



Mansi
Promptuarium Sa
crum

Tomus 3^o et 4^o

27







21a-6-12

Del Col^o de la Comp^a de Pns de Granada B.C.



Del. 17. 1785. Camp. in the month of June. 1785.

P R O M P T U A R I U M S A C R U M A C M O R A L E,

CHRISTI IESV SALVATORIS NOSTRI, VIRGINISQVE MA-
tris MARIAE, Vitæ ac Gestorum reconditissimis mysteriis, sanctorum Apo-
stolorum victricibus Trophæis, gloriøsis Martyrum Lanis, pretiosis Sum-
morum Pontificum Tiaris, Episcoporumque Infulis, Confessorum divi Pignori-
bus, niveis sacratissimarum Virginum Corollis copiosè locupletatum:

H O C E S T,

DISCVRSVS EXEGETICI

IN OMNES TOTIVS ANNI SOLEMNITATES, SANCTORVM-
que occurrentium, eorum præcipuè, qui in alma Vrbe sub præcepto
feriantur, Dies Festivos elegantissimè concinnati,

IN QVIBVS PER VIAM DISCVRSVVM COPIOSISSIMA SACRA-
rum Scripturarum, Sententiarum sanctorum Patrum, aliarumque
Expositionum, quæ ex Vitis illorum Sanctorum, de quibus Festum
agitur, luculenter non minùs quàm aptè deducuntur,
messis subministratur,

AB ADM. REVERENDO ET DOCTISSIMO DOMINO

JOSEPHO MANSI,
CONGREGATIONIS ORATORII IN ALMA VRBE PRESBYTERO
Italicè conscripti, nunc verò Latinè redditi, ac

IN QVATVOR TOMOS DIVISI.

TOMVS TERTIVS

TRES MENSES: IVLIVM, AVGVSTVM, ET SEPTEMBREM
complectens, simulque incipit à Festo S. Mariæ Magdalenæ, & terminatur in Festo S. Michaelis Archangeli.

*Omnibus Divini Verbi Prædicatoribus, Animarum Pastoribus, sacra Scriptura Interpre-
tibus, Catechistis, Ascetiorum Directoribus perutilis & necessarius.*

CUM INDICIBUS NECESSARIIS,

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JOANNEM WILHELMUM FRIESSEM, Bibliopolam, Anno M. DC. XC.

Permissu Superiorum,



72039

I N D E X

THEMATVM ET DISCVRSVVM, qui in hoc Tomo tertio continentur.

DE S. MARIA MAGDALENA

Discursus tredecim.

Discursus I.

Variis ex motivis admirabilis esse ostenditur
Magdalene conversio. 2

Et ecce mulier. Lucæ c. 7. v. 38.

Disc. II.

Exponitur ratio, quare S. Lucas ipsam proprio
nomine non appellârit; ubi etiam præcedens
vitæ suæ dissolutio, & ingens circa ipsam facta
mutatio consideratur. 6

Et ecce mulier qua erat in civitate peccatrix.
Luc. c. 7. v. 37.

Disc. III.

Deum hanc sanctam mundo in præclarum pœ-
nitentiæ speculum dedisse, ut unumquemque,
quantumvis etiam impium, ad eandem pera-
gendam invitaret; & quis sit verus pœnitendi
modus, ejus exemplo docetur. 9

Et ecce mulier qua erat in civitate peccatrix.
Luc. c. 7. v. 37.

Disc. IV.

De lumine & noticia, qua peccatum suum agno-
vit; necnon de modis, quibus Deus illam vo-
cavit ad pœnitentiam. 15

*Et cognovit quod Iesus accubisset in domo
Pharisæi.* Luc. c. 7.

Disc. V.

Qualiter Magdalena omnes respectus huma-
nos contempserit, omnem ruborem vice-
rit, atque in omnibus contradictionibus &
insultibus constans semper remanserit. 16

*Et cognovit quod Iesus accubisset in domo
Pharisæi, attulit alabastrum unguenti.* Lu-
cæ c. 7.

Disc. VI.

Suavissimum à Magdalena ad Salvatorem allâ-
tum unguentum multarum, earumque val-
dè mirabilem in ejus conversione relucen-
tium virtutum exercitium fuisse demonstra-
tur. 20

Attulit alabastrum unguenti. Luc. c. 7.

Disc. VII.

Varia illorum verborum S. Lucæ: *Stans retrò,*

expositiones considerantur, indeque nonnul-
læ moralitates eliciuntur. 23

Stans retrò. Lucæ c. 7.

Disc. VIII.

De mysteriis, ob quæ se Magdalena ad Salvato-
ris nostri pedes coniecit. 26

Stans retrò secus pedes ejus. Lucæ c. 7.

Disc. IX.

De lachrymis & fletu Magdalene, & quanti hic
æstimatus fuerit. 30

Lachrymis cœpit rigare pedes ejus. Lucæ c. 7.

Disc. X.

De capillis, quos hæc Sancta in detergendos &
lachrymis madefactos & ablutos Salvatoris
pedes adhibuit; qua occasione simul ostend-
tur ipsam omne id, quod offensæ instru-
mentum extitit, in instrumentum convertisse
pœnitentiæ. 33

*Et capillis capitis sui detergebat, & osculaba-
tur pedes ejus, & unguento ungebat.* Lucæ
cap. 7.

Disc. XI.

Circa unguentum, quo Magdalena pedes
Christi unxit, nonnulla tanguntur myste-
ria. 36

Et unguento ungebat. Lucæ c. 7.

Disc. XII.

De ipsius erga Christum ferventi & perseveran-
ti amore. 39

*Ex quo intravit, non cessavit osculari pedes
meos.* Luc. c. 7.

Disc. XIII.

Aliqui ardentissimi amoris Magdalene effectus
considerantur. 43

Dilexit multum. Lucæ c. 7.

DE FESTO

S. JACOBI MAJORIS

APOSTOLI

Discursus quinque.

Discursus I.

Varia tonitruum proprietates sancti Jacobi A-
postoli virtutibus & actionibus adaptan-
tur. 47

impo-

THEMATUM ET DISCURSUM,

Imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitruui, Marci c. 3. v. 17.

Disc. II.

Copiosa consideratur messis, quam S. Iacobus apostolus Ecclesie horreo inuexit, tameri aliàs quoad usque vixit, ad veram fidem paucos conuertent. 53

Ego vos elegi de mundo, ut fructum afferatis, & fructus vester maneat. Joan. c. 15.

Disc. III.

De gloria & insigni honore, quo S. Iacobus Major apostolus in hac præfenti vita exaltatus fuit; & de veneratione sepulchri ipsius. 57

Dic ut sedent hi duo filii mei unus ad dexteram suam & unus ad sinistram in regno tuo. Matth. c. 20.

Disc. IV.

De fervore, magnanimitate & promptitudine S. Jacobi apostoli in sustinendis tormentis, imò & morte ipsa pro Christi nomine. 61

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Matth. c. 20.

Disc. V.

Explicantur virtutes heroicae & merita insignia, quibus mediantibus S. Iacobus gloriam celestem est assecutus. 65

Sedere ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Matth. 20.

DE S. ANNA MATRE

BEATISSIMÆ VIRGINIS

Discursus quinque,

Discursus I.

Sanctam Annam sanctissimam Virginem suam pariendo se omnium Deo charissimis & sanctissimis antiqui Testamenti animabus superextulisse ostenditur. 69

Multa filia congregauerunt diuitias. Prov. 21. v. 90.

Disc. II.

Sanctæ Annæ nonnullæ accommodantur margaritarum proprietates & conditiones; liquidem ipsa ad instar Conchylii fuit, in quo uniones nascuntur. 73

Simile est regnum caelorum homini negotiatori querenti bonas margaritas; inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emisit eam. Matth. 88p. 13.

Disc. III.

Sanctissima Virgo thesaurus ille fuisse ostenditur, de quo in Evangelio fit mentio: sanctam verò Annam ejusdem thesauri ærarium fuisse monstratur. 77

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro. Matth. c. 13.

Disc. IV.

Virtutes & merita, aliâque magnæ hujus Sanctæ prærogativas, ex eo quod mater Genitricis Dei electa fuerit, ortas fuisse ostenditur.

Vna est matris sua, electa genitrici sua. Cant. cap. 6. v. 8.

Disc. V.

Ex etymologia nominis Anna, quod idem est quod gratia, variæ circa abundantem, quæ Sancta hæc locupletata fuit, gratiam, consequentiâ eliciuntur. 83

Gratia super gratiam mulier sancta. Eccles. c. 26. v. 19.

DE FESTO S. PETRI

IN VINCULIS

Discursus quinque.

Discursus I.

De catenarum & vinculorum sancti Petri ab Ecclesia tantoperè honoratorum gloria tractatur. 87

Ceciderunt catena de manibus ejus. Act. Apost. cap. 12.

Disc. II.

Occasione illorum verborum Psalmi: Dirupisti vincula mea &c. variæ devotulis S. Petri, & hujus festi institutione, considerationes adferuntur. 91

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Ps. 115. v. 17.

Disc. III.

Per solutas sancti Petri catenas, ejus, circa remissionem peccatorum, per vincula denotatorum, fuit figurata potestas: Significat etiam vincula idololatricam, à qua Romanam pariter & universum mundum liberavit, idque Christi legi illam arcè adstringendo. 94

Solve jubente Deo terrarum Petre catenas.

Disc. IV.

De catenis interioribus & spiritualibus, quibus sanctus Petrus adstrictus non timebat carcerem. 98

Erant Petrus dormiens vinculus carenis, Act. Ap. cap. 12.

Disc. V.

S. Petrus incarceratus, animę in peccato existentis figura fuit, cui cœlestia sunt subministrata auxilia, quibus mediantibus à peccato resurgat; id quod per hujus Festi Epistolam clarè demonstratur. 101

Quem cum apprehendisset, misit in carcerem Act. Apost. c. 12.

DE FESTO

S. MARIÆ AD NIVES.

Discursus quinque.

DISCURSUS I.

In nive beatissimæ Virginis protectio agnoscenda est, per quam carnis concupiscentiam devincimus, intactas virtutis castitatis nives conservando, 106

Nunquid ingressus est thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, qua præparavi in tempus hostis, in diem pugnae & belli? Job. c. 38. v. 22.

Disc. II.

Baniaræ facinus consideratur, qui in diebus nivis leonem, in quo carnis vitium denotatur, occidit; vitium autem istud Mariæ auxilio & protectione præcipuè superatur. 110

Descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus nivis. 2. Reg. c. 23. v. 20.

Disc. III.

Nix, quæ hodiernâ die descendit, puritatē Mariæ præfiguravit; cujus laudes fusuus exponuntur. 114

Aspergit nivem, pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus. Ecclesiast c. 43. v. 19.

Disc. IV.

Varia considerantur nivis proprietates, ex quibus qualiter nos castos conservare, & carnalis concupiscentiæ ignem fugere debeamus, docemur. 118

Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant. Sap. c. 16. v. 22.

Disc. V.

Alia nivis proprietates & conditiones hodiernæ festivitati adaptantur. 121

Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis est, qui misit illum, animam ejus requiescere facit. Prov. 25. v. 13.

DE S. LAURENTIO MARTYRE

Discursus octo.

DISCURSUS I.

S. Laurentium pluribus modis Martyrem dici potuisse etiam priusquam martyrio afficeretur, clarè ostenditur. 126

Laurentius ingressus est Martyr, & confessus est nomen Domini Iesu Christi.

Disc. II.

De S. Laurentii martyrio sub Triumpho symbolo tractatur, ad Invitatorium in Matutinis diebus alludendo. 129

Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus in caelis.

Disc. III.

Declaratur qualiter igniti carbones peculiare S. Laurentio refrigerium attulerint. 133

Disce miser, quod carbones tui mihi refrigerium præstant.

Disc. IV.

De confusione tyranni, utpotè quem S. Laurentius fortitudine suâ gloriôsè devicit ac derisit. 137

Deum meum colo, illi soli servo, & idè non timeo tormenta tua.

Disc. V.

De S. Laurentii patientia, & in martyrio exhibitâ lætitia, de quæ aliis ejus insignibus virtutibus. 141

Probasti Domine cor meum, igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. Pl. 16. vers. 3.

Disc. VI.

De immensa gloria, quæ S. Laurentio ex suo martyrio tam in cœlo, quàm in terra obvenit; de quæ beneficiis, quæ per illud in Ecclesiam redundârunt. 144

Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt.

Disc. VII.

Ignem divini amoris, qui in corde S. Laurentii flagrabat, adversus ignem quo à tyranno ustus fuit, mirè prævaluisse ostenditur. 148

Si transferis per ignem, flamma non nocebit tibi.

Disc. VIII.

De S. Laurentii martyrio sub figura sacrificii tractatur; undè nonnulli veterum sacrificiorum ritus considerantur, ex quibus S. Laurentii

rentii sacrificium holocaustum fuisse comprobatur, 152
Ego me obtuli Deo sacrificium in odorem suavitatis.

DE ASSUMPTIONE BEATISSIMÆ

VIRGINIS MARIE,
Discursus tredecim.
 DISCURSUS I.

De lætitia, quam Spiritus Angelici cœlestis paradisi in Assumptione Deiparæ Virginis habuerunt. 156

Assumpta est Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

Disc. II.

De inestimabilibus virtutum & meritorum thesauris, quibus Deipara Virgo hodie supernam Hierusalem locupletavit. 160

Ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & divitijs, & camelis portantibus aromata, & aurum infinitū nimis, & gemmas pretiosas, venit ad Regem Salomonem, 3. Reg. 10. v. 2.

Disc. III.

Agitur de Ascensione Christi, prout illi Assumptio Virginis Mariæ, ea quad antenus superior, comparatur. 164

Assumpta est Maria in cœlum.

Disc. IV.

Ut quis conceptum sublimitatis gloriæ, ad quam beata Virgo assumpta est, sibi formare possit, opus est primò gratiarum, donorum, meritorumque infinitorum cumulum scire, quo ipsa locupletata fuit. 167

Qua est ista qua ascendit de deserto, delitijs affluens. Cant. c. 8. v. 5.

Disc. V.

Gloria, ad quam B. Virgo à Deo exaltata fuit, eminentiam imperceptibilem esse variis rationibus demonstratur. 170

Exaltata est sancta Dei Genitrix ad cœlestia regna.

Disc. VI.

De B. Virginis in cœlis exaltatione, alijsque ab eadem in gloria receptis honoribus. 173

Assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

Disc. VII.

Ex profundissima B. Virginis humilitate in exaltationis ejusdem cognitionem deveniri posse ostenditur. 177

Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum. Ad Ephes. c. 4.

Disc. VIII.

Ideo B. Virgo sibi in tam eminenti gradu gloriæ acquisivit, quia virtutes suas in gradu heroico semper exercuit. 180

Qua est ista qua ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrha & thuris, & universi pulveris pigmentarii? Cant. c. 3. v. 6.

Disc. IX.

Tametsi beatissima Virgo in cœlos assumpta fuerit, ob id tamen nobis hic in terra constitutis majoribus auxilijs succurrere non desinit. 183.

Domine non est tibi cura quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi ut me adjuvet. Luc. c. 10.

Disc. X.

De profectu & emolumentis, quibus per intercessionem beatissimæ Virginis in cœlos assumptæ gaudemus. 187

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu decorato. Pl. 44. v. 10.

Disc. XI.

Quàm sit nobis beatissimæ Virginis Assumptio propitia, ut peccatorum advocata esse possit, & ut peccatores ad pœnitentiam reducendo veniam eidem imploret. 190

Virgo prudentissima quòd progredieris, quasi aurora valde rutilans.

Disc. XII.

De nonnullis convenientijs, ob quas corpus B. Virginis incorruptibile esse, & gloriosum in cœlo: assumi debuit. 193

Surge Domine in requiem tuam; tu & Arca sanctificationis tua. Pl. 131.

Disc. XIII.

B. Virginem præ amoris violentia mortuam esse ostenditur, quia Deo uniri suspirabat, ad quæ animâ & corpore tenus in cœlos evolavit. 197

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Cant. 2. v. 5.

DE S. ROCHO CONFESSORE

Discursus undecim.

DISCURSUS I.

S. Rochus variorum territoriorum existens dominus seu proprietarius in regionibus exteris peregrinatus est, ut regnum sibi Evangelicum præpararet. 200

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Lucæ c. 19. v. 12.

Disc II.

Idem S. Rochus consideratur prout depingitur in habitu Peregrini: & ex hujus conditionibus varia eliciuntur ejus virtutes & merita, 204.

Sint lumbi vestri praeincti Lucae c. 12. v. 35.

Disc. III.

Per adductam Josephi Patriarchae historiam de tormentis à S. Rocho in sua captivitate toleratis pulchrè dilleitur. 208

Beatus vir qui suffert tentationem Jacobi c. 1.

Disc. IV.

Cum S. Rochus ex materno utero coloratâ quadam Cruce signatus fuerit, ideo qualiter per totum vitam suam decursum crucem suam portaverit, ostenditur. 212

Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. c. 16.

Disc. V.

Ex variis expositionibus illorum verborum Psalmi: *In cathedra pestilentia non sedis*; S. Rochum valde ab illa alienum fuisse, ideoque sibi solemne illud adversus pestilentiam patrociniū comparasse ostenditur. 216

Beatus vir qui in cathedra pestilentia non sedet. Pl. 1.

DE S. BARTHOLOMÆO APOSTOLO

Discursus sex.

Discursus I.

S. Bartholomæus mediante oratione suâ, in qua assiduus erat, singularissimas sibi virtutes & dona comparavit. 220

Erat pernoctans in oratione. Lucae c. 6.

Disc. II.

Varia ejusdem Sancti considerantur præconia; idque per varias factorum interpretum expositiones illis Psalmi verbis adhibitas: *Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora ejus.* 224

Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora ejus. Pl. 103. v. 3.

Disc. III.

Causæ cur Deus hostiæ, priusquam ei sacrificium offerretur, pellem detrahi voluit, S. Bartholomæo applicantur. 228

Detrahitur pelle hostia. Levit. c. 1. v. 60.

Disc. IV.

Alia considerantur mysteria, ob quæ Redemptor noster pellem ejus detractam esse voluerit. 232

Pellem desuper excoriarerunt. Micheæ cap. 3. vers. 3.

Disc. V.

Qualiter hic S. Apostolus serpentinam æmulatus fuerit prudentiam, juxta datum à Salvatore discipulis suis mandatum. 234

Estote prudentes sicut serpentes. Matth. 10. v. 16.

Disc. VI.

Varia considerantur ab eodè Apostolo adversus mundum, carnem, dæmonem, omnesque alios inimicos reportatæ victoria; deque progressibus ejus, quos adversus dictos inimicos dimicando sibi comparavit. 239

Estote fortes in bello, & pugnatè cum antiquo serpente.

DE DECOLLATIONE

SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ

Discursus septem.

Discursus I.

Consideratur Herodis crudelitas, & e contra sancti Joannis Baptistæ innocentia. Item hujus libertas, quam etiam in carcere & compedibus victus exhibuit. Recensentur quoque nonnullæ rationes, cur Deus Præcursoris vincula & decollationem permiserit. 244

Misit Herodes, & tenuit Joannem, & vincxit eum in carcere propter Herodiadem. Marci cap. 6.

Disc. II.

Per historiam Evangelicam clarè ostenditur, quomam cautentur ab impudicis mulieribus scelera. 247

Vincxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Marci c. 6.

Disc. III.

Fit peculiaris reflexio ad modum, quo sanctus Joannes Baptista Herodem reprehendit. Ostenditur etiam qualiter aulae semper veritatem exhorrescant; danturque rationes cur Joannes nullam correctione suâ fructum attulerit. 250

Dicebat Joannes Herodi: Nen licet tibi habere uxorem fratris tui. Marci c. 6.

Disc. IV.

Differitur de aliquibus Herodianæ crudelitatis causis. Item de sensualitate, gula, & cho- reis ipsius. 253

Cœnam

Cenam ferit; cumque introisset filia Herodias, & saltasset & placuisset. Maici c. 6.

Disc. V.

Ostenditur detestandam esse Herodis in appetitibus suis sensualibus exortatem; e contra vero describitur S. Joannis Baptistæ circumspectio, qua usus est in Herodis & adulteræ confortis ejus reprehensione. 256

Pete à me quod vis, & dabo tibi, licet dimidium regni mei; & attulit statim caput ejus in disco, & dedit illud puella. Maici 6.

Disc. VI.

Consideratur sollicitudo, qua saltatrix caput sancti præcursoris obtinere procuravit; unde quam sint impii in appetituum suorum prosecutione solliciti, perpicue ostenditur. 259

Cumque introisset statim cum festinatione ad Regem, petiit dicens: Volo ut protinus des mibi in disco caput Joannis Baptista. Maici c. 6.

Disc. VII.

Agitur de Herodis tristitia, an scilicet illa vera an ficta fuerit; necnon de suppliciis quibus idem Herodes deinceps à Deo punitus fuit. 262

Et contristatus est Rex; propter jurandum noluit eam contristare, sed misso speculatore, præcepit afferri caput ejus. Maici c. 6.

DE NATIVITATE

BEATÆ VIRGINIS MariÆ

Discursus undecim.

DISCURSUS I.

Nativitas B. V. Mariæ sub symbolo auroræ consideratur. 266

Qua est ista qua progreditur quasi aurora con-
surgens? Cant. c. 6. v. 9.

Disc. II.

Tempus, quod Nativitatem Virginis præcessit, ad instar cujusdam tenebroræ noctis describitur, quæ postea ab ejus Natalibus velut ab aurora illuminata fuit. 269

Qua est ista qua progreditur quasi aurora con-
surgens? Cant. 6. v. 9.

Disc. III.

Mundus pro eo tempore, quo lux Mariæ in eonondum comparuit, ad instar cujusdam confusi chaos fuisse describitur. 272

Non va lux oriri visa est, gaudium, honor & tri-
pidium, apud omnes mira exultatio. Esther. c. 8. v. 18.

Disc. IV.

De variis motivis in Natali B. Virginis jubilandi. 275

Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ celebremus.

Disc. V.

De stupore, quo cælum & terra adimpleta fuere, quando hoc sanctitatis prodigiū primitus apparuit. 278

Qua est ista qua ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum. Cant. c. 8. vs.

Disc. VI.

Ostenditur quod salutem nostram B. Virgini in acceptis referre debeamus, eò quod per ipsam gratiâ & quodvis aliud bonū receperimus. 281

Hodie nata est B. Virgo Maria, per quam salus mundi credentibus apparuit.

Disc. VII.

De fortunatis Nativitatis beatæ Virginis auspiciis, maxime quia in hoc mense Septembri accidit. 285

Gloriosa Virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus.

Disc. VIII.

Nobilitatis encomium in Nativitate B. Virginis relucens consideratur. 288

Regali ex progenie Mariæ orta refulget.

Disc. IX.

De variis motivis lætitiæ totius universi in Nativitate Virginis Mariæ. 291

Nativitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo.

Disc. X.

Explicantur mysteria aliquot, ob quæ sancta mater Ecclesia B. Virginem, mox ut nata est, nobis videndam præbeat ut matrem. 294

De qua natus est IESVS qui vocatur Christus.

Disc. XI.

Cur in sacra Scriptura nulla Nativitatis, virtutum, miraculorum, aliorumque heroicorum operum B. V. Mariæ fiat mentio. 298

De qua natus est IESVS qui vocatur Christus.

DE S. MATTHÆO APOSTOLO

Discursus undecim.

DISCURSUS I.

Occasione verbi illius, vidit, agitur de efficacia, quam Christi aspectus in Matthæi conversione habuit. 303

Vidis

INDEX THEMATUM ET DISCURSUM

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. II.

Conversio S. Matthæi oculis Christi attribuitur. 306

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. III.

Consideratur hæc dictio, hominem, nequò varia Scripturæ loca expenduntur, quæ conversionem ejus prædixerunt. 309

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. IV.

Occasione avaritiæ, quam S. Matthæus abjuravit, ostenditur quam illa difficulter è corde eradicetur. 312

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. V.

È ipso quo S. Matthæus conversionem suam inter miracula Christi enumerat, quam illa admiranda & stupefenda fuerit, satis demonstrat. 316

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. VI.

De virtutibus, quæ in ejus conversione resplendent, 320

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. VII.

De conversione ejus valdè admiranda ob heroicum divitiarum contemptum, quem perfectè eas deserendo exhibuit. 323

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. VIII.

Quam efficaciter Christus invitavit, & quam promptè Apostolus invitanti Salvatore respondit, fusiùs ostenditur. 326

Ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. c. 9. v. 9.

Disc. IX.

De promptitudine obediendi, qua S. Mat-

thæus unico tantùm Christi verbò promptissimè paruit. 329

Ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. X.

Tantò admirabilior est hujus Apostoli conversio, quòd mundum eo præcipuè tempore contempserit, quo hic ei faventior erat. 333

Et surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Disc. XI.

De convivii illius, quod Apostolus Matthæus Christo exhibuit, nonnullis mysteriis. 337

Fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Lucæ c. 5.

DE SANCTO

MICHAELE ARCHANGELO

Discursus quinque.

DISCURSUS I.

De auxiliis & suppliciis, quas à S. Michaelè Archangelo adversus inimicum infernalem recipimus. 349

Sancte Michael Archangele defende nos in prælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

Disc. II.

De ejusdem Archangeli laudibus, præcipuè de epitheto illo, Magnus, quod ei à Daniele attribuitur. 344

Michael Princeps Magnus. Dan. 12. v. 1.

Disc. III.

De immensis beneficiis, quæ mundus ab eodem Archangelo hæcenus recepit, & porro etiamnum quotidie recipit. 348

Hic est Michael Archangelus Princeps militia Angelorum, cujus honor præstat beneficia.

Disc. IV.

Ex adducto Apocalypseos textu alia confiderantur ejusdem Archangeli encomia; & de beneficiis quæ nobis communicat. 352

Speret Angelus juxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua.

Disc. V. & ULTIMUS.

De zelo ipsius, quo in cælo & in terra, inter Angelos & homines omnem Deum offendendi occasionem è medio tollit. 357

Va homini illi per quem scandalum venit. Matthæi 18.

DE S. MARIA

DE S. MARIA MAGDALENA

DISCURSVS TREDECIM.

- DISCURSVS I.** Variis ex motivis admirabilis esse ostenditur Magdalena conversionis.
- DISCURSVS II.** Exponitur ratio, quare S. Lucas ipsam proprio nomine non appellavit; ubi etiam praecedens vitae suae dissolutio, & ingens circa ipsam facta mutatio consideratur.
- DISCURSVS III.** Deum hanc Sanctam mundo in poenitentiae praeclarum speculum dedisse, ut unumquemque, quantumvis etiam impium, ad eandem peragenda invitaret; & quis sit verus poenitendi modus, ejus exemplo docetur.
- DISCURSVS IV.** De lumine & notitia, qua peccatum suum agnovit; necnon de modis, quibus Deus illam vocavit ad poenitentiam.
- DISCURSVS V.** Qualiter Magdalena omnes respectus humanos contempserit, omnem ruborem vicerit, atque in omnibus contradictionibus & insultibus constans semper remanserit.
- DISCURSVS VI.** Suavissimum à Magdalena ad Salvatorem allatum unguentum, multarum earumque valde mirabilium in ejus conversione relucientium virtutum exercitium fuisse demonstratur.
- DISCURSVS VII.** Variarum illorum verborum S. Lucae: Stans retrò, expositiones considerantur, indeque nonnullae moralitates eliciuntur.
- DISCURSVS VIII.** De mysteriis, ob quae se Magdalena ad Salvatoris nostri pedes coniecit.
- DISCURSVS IX.** De lachrymis & fletu ejusdem, & quanti hic à Christo aestimatus fuerit.
- DISCURSVS X.** De capillis, quos haec Sancta in detergendos è lachrymis madefactos & ablutos Salvatoris pedes adhibuit. Qua occasione simul ostenditur ipsam omne id, quod offensae instrumentum extitit, in instrumentum convertisse poenitentiae.
- DISCURSVS XI.** Circa unguentum, quo Magdalena pedes Christi unxit, nonnulla tanguntur mysteria.
- DISCURSVS XII.** De ipsius erga Christum ferventi & perseveranti amore.
- DISCURSVS XIII.** Aliqui ardentissimi amoris sui effectus considerantur.

Variis ex motivis admirabilis esse ostenditur Magdalena
conversio.

DISCURSUS PRIMVS.

Et ecce mulier. Lucæ cap. 7. v. 37.

1. **S**anctus Evangelista Lucas, qui pari cum laude calamum & pennisillum moderari novit, S. Mariæ Magdalena conversionem Spiritu sancto instigante ad vivum depingere volens, hanc inter cæteras super chartæ Evangelicæ tela lineam duxit: *Et ecce.* S. Antonius de Padua notat, quod *Ecce* est adverbium admirationis, quia ipsa mirabiliter erat peccatrix, vel fuit mirum de ejus conversione. Nec tamen ipse solus fuit, qui similem super dictionem illam, observationem instituit; siquidem etiam Dionysius Carthusianus ita scribat: *Per demonstrationem hoc, Ecce, insinuat magnum, notabile, attentioneque dignum esse quod subditur.* Didacus Stella pariter scribit: *Ecce, ait Evangelista, advertite, considerate, attendite, & memorabile, & insuditum narrabo facinus, & mirabile.* Etenim sive ea quæ fecit Magdalena, sive quicquid Pharisæus ipsi objecit, sive verba quæ incarnata Sapientia loquendo protulit, sive denique tempus, locus, & omnes aliæ hujus historię circumstantiæ considerentur, omnia & singula ingentem parere in nobis admirationem sunt nata. Unde S. Bernardinus ait: *Ecce mulier donat admirationis excessum; in admirationem posuerat non solum homines, verum etiam ipsum Dominum.* Unde Isaiæ 21 Dominus ait; *Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum; Babylon enim confusio interpretatur, & signat Magdalenam, qua peccatorum confusio-nibus plena erat.* Nonnullas vero circumstantias, ob quas admirabilis fuit ejus conversio, examinemus,

2. *Ecce mulier.* Enimvero quod Petrus aliquis cadat & resurgat; quod unus Saulus transformetur in Paulum; quod Publicanus aliquis in unico momento fiat Apostolus; denique quod ad Deum se ferventer convertat aliquis Augustinus, mera quidem divinatæ omnipotentię & pietatis sunt opera: attamen in illis mutationibus haud immerito nos ad hoc reflectere debemus, quod ea omnes consummatæ fuerint in sexu quodam, qui longè superior est cœmineo, utpotè aliunde a deo fragili & lubrico, adeoque ad resurgendum difficili; adeo tardo ad bonum, adeoque in eodem semel inchoato instabili, ac proinde S. Lucas non sine mysterio dicit: *Et ecce mulier;* moxque adjungit, quod *erat in civitate peccatrix,* id est, ad colium seu facies usque luto immerfa fuit inhonestatis. *Si vis videre magnitudinem peccatorum ipsius Magdalena* (inquit S. Bernardinus) *considera verba Evangelii dicentis: Ecce mulier, ad demonstrationem peccatorum suorum, ac si digito ostenderentur præ admiratione dicendo: Ecce mulier proterva, &c.* S. Antonius de Padua argutè observat verbum hoc, *erat;* hoc enim inveteratam quandam & diu multumque continuatam significat peccandi consuetudinem, & consequenter magnam in sui emendatione difficultatem: *Si mutare potest Æthiops pellem suam?* Et quidum difficultas hæc in ipsa tantò major erat, quantò innumerabilioribus fuit laqueis constricta; siquidem *erat in civitate peccatrix,* non in villa quadam, aut castello, sed in ampla quadam civitate, nimirum juxta multorum opinionem in urbe Hierosolymitana, ubi haud dubiè incentiva erant multò majora,

Serm in
fer. 5.
Dom. Pass.

In Luc.

In Luc.

Ser. 46. in
fer. 5. Dom.
Pass. 4. 1.
c. 18.

Serm. 391
sabb post
Dom. 5.
Quadrage.

Serm. cit.

Jerem. 13.
23.

De
pas
Ose

Tr
abl
dun

Ma
Sap

maiora, in obsectorum illecebrosorum multiplicitate & varietate, ad eum ferè modum, quo merces aliqua in publico foro exposita majus habet spatium, emptorumque invenit majorem numerum; & quidem verè de illa dici poterat, quòd esset *merces ultronea*, non verò coacta; siquidem non lucri causà, aut propter aliud quodcunque alicujus interesse motivum (ut optè quæ variorum castellorum insignium opulentissima domina erat) corpus suum prostituere, sed tantummodo ut effræni carnis appetitui & sensualitati habenas laxaret; erant quidem sine dubio in civitate illa aliæ impuræ & lascivæ, eæque publicæ sëmînæ, veruntamen ex quo Magdalena hoc titulo peccatricis specialiter nominatur, credibile est eam omnium aliarum fuisse antesignanam. *Hujus mulieris peccatum* (inquit Didacus Stella) *ex eo maxime apparebat, quòd genere illustri atq; nobilitate erat, quæ quidè peccata magis notantur, magisq; scandalizant*; ac proinde credibile est, quod proprio nomine a nullo deinceps per antonomasiam appellaretur meretrix. Quis igitur pœnitentiam ipsius admodum admirabilem fuisse non dicat, quando è luto infamum peccatorum suorum eo modo se erexit, ut in Ecclesia Dei facta demùm sit verè speculum conversionis? S. Cyprianus impudicitiam *matrem impœnitentis* appellat. Ipsiusmet quoque æternæ Veritatis calamitas sensualibus scribitur: *Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt*; ac proinde quis est qui vel ex hoc capite, quàm hæc conversio admirabilis fuerit, non videat; siquidem non solum dedit cogitationes suas ut revertetur ad Dominum, verum semetipsam in manus Domini sui totaliter consignavit, adeo ut ab eo nunquam in tota vita sua, sive vivens, sive moriens divulsâ fuerit? ei etenim se totaliter consecravit cum omnibus potentis internis, cum omnibus sensibus suis, adeo ut ipsemet S. Cyprianus de ea scripserit: *Nihil sibi de se retinens totam se tibi devovit. Præterea Dominum cognovit*; novit ipsam, inquam tanquam verum Deum, quando pro peccatorum suorum venia & remissionè ipsam accessit. *Quis enim potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Porro S. Lucas clarè dicit: *Vt cognovit*. Quot quot autem hac sensualitatis pice infecti sunt, hunc Deum, qui *candor est lucis æternæ, speculum sine macula*, ne nominare quidè præ-

sumunt. Undè Scriptura sacra Rahab meretricem exploratoribus à Dei populo missis dixisse refert: *Dominus Deus vester, ipse est Deus in caelo sursum, & in terra deorsum*; ubi S. Cyprianus Hierosolymitanus ait: *Deum suum dicere non audebat, eò quòd se impuram sentiebat*. Et tamen hoc non obstante, Magdalena, tametsi autem in civitate peccatrix esset, ut cognovit, totam se illi devovit; siquidem arreptos fidenter pedes ejus lachrymis suis rigavit, capillis suis absterxit, & oculis dulcissimè delinivit, factaque est protinus in unico momento sponsa ejus individa & inseparabilis, rationabilis, Davide dicere valens: *Mihi autem adhasere Deo bonum est*. De mulieris illo, qui ad sumptuosam lautamque cœnam illam honorificè invitatus venire renuit, scribitur, ipsum aliam non habuisse cœnam illam declinandi rationem, quàm quod conjugali vinculo esset adstrictus: *Vxorem duci, ideo non possum venire*. Quæ excusatio aliquo modo fundata & rationalis fuisse videtur; nã ut Apostolus monet: *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu*. Undè etiam circa illa verba S. Anselmus & Beda scripserunt, illos qui satisfactionibus suis carnalibus, quantumvis honestè & intra matrimonii limites fruuntur, rerum spiritualium ut plurimum minus esse capaces: *minor est enim divina sanctitas ex ea parte curarum, quæ mundana cogitatur voluptas*. Undè facili negotio sic licet arguere: si is, qui uxorem duxerat, uxorem duxit, id est, qui uni duntaxat mulieri, eidemque conjugii & consorti suæ adstrictus erat, se cœnæ illi assistere non posse, quod idem est ac si diceret, se invitationes inspirationesque cœlestes respicere debere, ne Deo se dicare cogatur, expressè declaravit, facillè erit unicuique conjicere, quibus ligaculis & nexibus illa impedita fuerit, quæ erat in civitate peccatrix, quæ innumeris erat a malis circumdata & obseptâ, denique quæ ei vitio totaliter immersa erat, undè carnalis semper ab ea cogitabatur voluptas; ac proinde prodigium erat omni profus carens exemplo, quod tametsi ad prandium Simonis à nemine invitata fuisset, nihilominus, *Vt cognovit* quòd Iesus accubuisse in domo Simonis, non vocata, non ad convivium, sed ad nuptias abiit: ut desponeretur Christo, omnes illas dirumpendo catenas, quæ ipsam dæmoni, mundo, & carni tenebant adstrictam: *Sponsa-*

De bono pudic. Ose 5. 3.

Tract. de ablat. peccatum.

Mar. 2. 7.

Sap. 7. 26.

Ios. 2. 11.

Cath. 2.

Pf. 72. 28.

Luc. 14. 20.

1. Cor. 7.

240

Ose 2. 20

bo semibi in fide. Ipsamet testatur quotidiana experientia, quod tamen multi ab hac inveterata voluptatibus carnalibus vacandi consuetudine reducantur ad poenitentiam, pauci tamen sunt

Ser. 46. in ser. 5. Pass.
art. 1. c. 3.

qui in eadem stabiles persistant. Carnale peccatum, inquit S. Bernardus, propter originalem quandam suavitatem, maxime si nolitum sit, poenitentiam salutarem excludit. Consideratissime aliquando de mystico, cujus causâ sapientissimus Magister noster binâ vice se inclinavit, in terram sive pulverem scripserit, ut miseram illâ à Pharisæorum manibus eximeret adulteram? Hugo Cardinalis ait: Dicunt aliqui quod secundo scripsit poenitentiam mulieris.

Ioan. 8. 2.

Cur, utem eandem pulveri, qui ventorum quoddam ludibrium est, inscribere voluit? nimirum ut denotaret poenitentiam eorum, qui se sualium voluptatum prædâ facti sunt, ad quemvis tentationis & occasionis vicem esse instabilem, ut potest qui instat ventis: stantius protinus evanescit; id quod Cajetanus quoque confirmat dicens: *Luxuria facit hominem instabilem.* Hujus autem sanctæ peccatricis poenitentia & vitæ conversio in eo præcipue summe est admirandi, quod fuerit stabilis; quia Christus ei dixit: *Vade in pace*, id est, ut S. Vincentius Ferrerius declarat, quasi dicat: *Ego dabo tibi bonam perseverantiam.*

In cap. 16. Ezech.

3. Hieronymus velut indubitatam regulam esse tradit, quod *Vbi cæperit quis luxuriari: incipit deviare à vera fide.* Unde veritas practica est, quod hæretici, licet veræ fidei notitiam habeant, nihilominus ab hoc fordido carnalitate luto, cui semper infordelescere pergunt, ad eam negandam & detestandam permoveantur: sancta autem hæc poenitens, non obstante quod lascivia & sensuallitati totaliter in prædâ cesserit, *sansum abest*, quod ab aliquo fidei defectu retardata aut impedita fuerit, quominus se ad Deum converteret, ut potius hæc Christo attestante, eam impulerit, & coram Christo se sittere fecerit: *Fides tua te salvam fecit.* Dionysius Carthusianus vincula considerat, quæ eam in dissoluta & lasciva vita sua constituta tenebant, qualia erant: *Corporis pulchritudo, affabilitas in conversatione, nobilitas generis, opulentia rerum, irrefrenata libertas, prava societas, consuetudo iniqua juvenis*; ac tandem omnino attonitus concludit: *Cum tot haberet in-*

Serm. de S. Maria Magdal. epist. 36. ad Sabina.

Serm. 1. de S. Maria Magdal.

citamenta peccandi, tot retinacula in peccatis, tot impedimenta salutis, quæ unquam possit tam subitò esse convertendam? S. Bernardus *Ser. 39. cit.* in eadem ferè consideratione incidit, dum ait: *Pulcherrima in facie, magni naturalis, & boni intellectus, habebat valde pulchros capillos, & splendentes oculos*; ac demum proficquendo dicit ipsam ad imitationem Divitis illius Evangelici firmo se proposito delictis & voluptatibus consecratam esse voluisse, unâ cum eodè dicens: *Habes multa bona reposita in annos plurimos, Luc. 12. 19. requiesce, comede, epulare.* Ad hæc impugnabant ipsam assidue variegatæ, quibus abundabat, delictæ, floridissima illa in jucundissimo annorum suorum Aprilis consistens ætas, robusta corporis sanitas, atque naturæ suæ complexio, numerosæ charissimorum amatorum suorum turbæ, recens voluptatum præteritarum memoria, inestimabilis mundi sui muliebis in margaritis gemmisque pretiosissimis, totque aliis puellaribus ornamentis consistentes divitiæ, quæ unicum sunt, quod ab hoc lexi quodammodo adoratur, idolum; & tamen, ut cognovit quod Iesus, &c. pedibus se advolvit Salvatoris. Quærit S. Vincentius Ferrerius, quodnam in eo lateat mysterium, quod sancta mater Ecclesia hoc Evangelium usque in septimanam Passionis referret, cum tamen primâ facie nullam cum hoc mysterio connexionem habere videatur? ac tandem cum prudentia id factum esse respondet: *Ad ostendendum finalem fructum Passionis Christi, qui est, auferre peccata, & conferre remissionem, & quia in tota Scriptura non est Evangelium, in quo ita declaratur remissio peccatorum, sicut in hoc.* Ostendat etenim mihi aliquis, si potest, in toto sacrarum literarum volumine conversionem aliquam adeo admirandam & obstupescendam, sicut est ista, in qua tirio infernalis in brevissimo temporis spatio in Cherubinum convertitur paradisi. Præterea, ut Cajetanus optime ponderat. *Novum & inauditum genus oblationis & sacrificii pro peccatorum venia adinvenit hæc mulier procul dubio à Spiritu sancto inspirata.* Olim quidem varia instituta fuerant sacrificia in peccatorum expiationem offerenda; at vero Magdalena in Christo præstitis obsequiis novum & inauditum, &c. à Spiritu sancto inspirata.

Serm. in ser. 5. Pass. Dom.

4. Admirabilis quoque fuit isthæc conversio, ob

ob ingentem, quam in sancta hac pœnitente
causavit, mutationem, dum illam in unico mo-
mento ex peccatrice in Sanctam quandam emi-
nentissimam sanctitatem conspicuam convertit; si-
quidem dilexit multum; vias hanc mulierem?
quarebat ex illa? Christus; non est dubium
quin eam viderit, dixerat enim: *Si hic esset Pro-
pheta, sciret utique quæ & qualis est mulier,
quæ tangit eum, quia peccatrix est*; et vero
Christus ex mente Carthusiani per hæc verba di-
cere voluit: *Attende foraminam istam valde no-
tabilem cuius gesta sunt consideratione dignissi-
ma; nolabat ut in ea, quæ antea fecerat, oculos
suos desigeret, sed tantum in id, quod modo o-
perabatur. Magistri spirituales tres in via spiri-
tuali gradus distinguunt, ad quos gradatim, &
post aliquot annorum curriculum ascenditur.
Primus quidem gradus viæ purgativæ insiluit, in
quo anima Christiana passiones, malasque cor-
dis sui inclinationes, pravosque habitus radicatus
extirpat & deponit. Secundus gradus viæ illu-
minativæ est deditus, in eoque anima lumini &
notitiæ perfectæ Dei acquirendæ studet, seque in
Christianis exercendo virtutibus ad majorem
semper perfectionem contendit. Tertius deni-
que gradus viæ unitivæ vacat, quando nimirum
anima divino amore mediante Deo totaliter uni-
tatur, nec ab eo per quodcumque objectum ex-
ternum divellitur. Supra modum admirabilis æ-
stimanda est Magdalena conversio; siquidem om-
nes hæc tres vias, non post multos annorum,
mensium, septimanarum, dierumve gyros, sed ad
summum intra unius horulæ tempus percurrendo
abolvit; per viam quidem purgativam ambu-
lavit, dum audiit: *Remittuntur tibi peccata tua*;
hancque viam sancta hæc pœnitens adeo strenue
trivit, ut non solum ei peccata remissa fuerint
quoad culpam & pœnam externam, sed etiam
quoad temporalem, atque insuper ab ea in sem-
piternum omnes malorum habituum, pravorum-
que ad peccatum inclinationum evulsæ fuerunt
radices: *Pro multiformi gratia, qui culpas &
supplicia remittit, & dat premia*; imo tametsi
David valde de se lamentetur, quod præterito-
rum voluptatum sensualium continua memoria
irreconciliabili ipsum interiori bello infestet;
undè dicebat: *Peccatum meum contra me est
semper*; at tamen sanctissima hæc pœnitens inter-
nam à Deo recepit quietem & pacem, perpe-*

tuaque obtinuit præteritarum voluptatum ob-
secratorumque oblivionem, adeo ut Chryso-
stomus de ipsa scribere non dubitet: *illa in Evan-
gelio meretrix virgines quoque ipsas honestate
superavit*. Quod si autem de via illuminativa
loqui velimus, quis unquam cogitatione assequi
valebit, quales ille fuerint illustrationes intem-
peratæ, quas Christus sponsum ejus illi, in illo cognovi,
communicavit? *Qui manet in charitate, in Deo
manet, & Deus in eo*; ipsa autem dilexit mul-
tum, & ideo optimam partem elegit sibi, quæ non
auferetur ab ea in æternum, hanc nimirum cha-
ritatem ardentemque Dei amorem. *Et osculaba-
tur pedes ejus, scribitur ulterius de ipsa. Triplex
est enim osculum secundum Bernardum, ut pon-
derat Bernardinus: Primum est pedum, secun-*

Hom 6 in
Matth.

Ser. 46. in
ser. 5 Pass.
art. 1. c. 3.

5. Mirabilis item fuit hæc conversio, si confi-
deretur quod illa, quæ antea inferni mancipium
erat, adeo ut à septem daemoniis, quæ septem vi-
tia capitalia præfigurabant, possessa fuerit, tan-
dem adeo sancta evaserit, ut cum increata & in-
carnata illa Dei Patris Sapientia osculum non a-
peruerit, nisi ad raram de prædicandam Joannis
Baptistæ innocentiam, ex proposito tamen &
dedita opera Magdalenam non post elapsos ali-
quos à conversione sua annos, sed in eodemmet
conversionis suæ actu summa cum sacundia col-
laudavit. In Revelationibus S. Birgittæ legitur,
quod tres præcipue animæ Deo super omnes al-
lias magnoperè placuerint, nimirum anima ma-
guz Matris ejus, anima S. Joannis Baptistæ, & a-
nima Mariæ Magdalena; verum, inquires, que-
nam esse poterit inter Magdalenam & beatissi-
mam Virginem, quæ ab ipsa quoque originali
macula exempta remansit, & S. Joannem Bap-
tistam, qui in utero materno sanctificari meruit,
proportio decæ tibi pœnitentiæ virtutem in e-
minentissimo gradu suo in Magdalenam expres-
sam, de qua S. Ambrosius ita scribit: *Plus acqui-
sivimus, qui plus peccavimus; in illis namque
serventissimis & replicatis veræ contritionis
diviniq; amoris actibus tantum sibi lucrata fuit,*

Lib. 2.
c. 108.

In Ps. 32.

In Luc.

3. p. q. 86.
art. 5.

In Hym.

Pf. 50. 5.

ut Chryfologus dicat: *Confpicimus non falum caruiffe peccatis, fed ad totum fanctitatis veritatem per veniffe; ac proinde fallit indubiè in ipfa communis illa regula; quod fcilicet nemo repente fit fummus; Ecclefia quidem in principio Miffæ & Evangelii ipfam velut peccatricem introducit; in Introitu nimirum dum ait: Me ex-peccata verunt peccatores ut perderent me; in Evangelii verò principio etiam dicitur: Et ecce*

mulier quæ erat in civitate peccatrix: at verò protinus in fine ejuſdem Evangelii de ipſa dicitur: Dilexit multum. Sicut & in fine Miſſæ ab omni defiderio & affectu peccati, nec non ab omni via, quæ ad illud nos valet invitare, libera & immunis, atque ab omni culpa perimmentum odium & averſionem abſoluta deſcribitur: Omnem viam iniquitatis odio habuit.

Exponitur ratio, quare S. Lucas ipſam proprio nomine non appellârit; ubi etiam præcedens vitæ fuæ diſſolutio, & ingens circa ipſam facta mutatio confideratur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix.

Lucæ c. 7. v. 37.

TAmetsi in quæſtione poſitum ſit, an una tantum, an verò plures Magdalene fuerint, ſancta tamen mater Eccleſia de hac noſtra ſancta Pœnitente teſtimonium nobis perhibet, ipſam eſſe peccatricem illam, de qua in currenti agitur Evangelio; & quidem ſi ita eſt, cur igitur Evangeliſta per Spiritûs ſancti directionem illuſtratus ipſam proprio ſuo nomine non appellavit, ſed tantum dixit: *Et ecce mulier?* Porro dubium iſtud magis augetur, ſi conſideretur quod idemmet ſacer Chroniſta paulò poſt in ſequentis capituli principio devotarum illarum mulierum, quæ Salvatore per vicos & caſtella evangelizandi cauſâ proficiſcentem ſequebantur, mentionem faciens, Mariam Magdalenam expreſſè nominet: *Maria qua vocatur Magdalena, de qua ſeptem demonia exierant;* cur igitur hic in tanti ponderis hiſtoria nomen ejus ſubtrahat? Cajetanus inquit: *Nomen mulieris hujus tacetur à Luca propter honorem mulieris, cum deſcribitur pec-*

catrix, quam tamen Ioannes, cap. 12. nominat Mariam deſcribendo eam à laudabili officio, quò duxerit Dominum, & exteſerit pedes ejus capillis ſuis. S. Antonius de Padua inquit: Non ponitur hic nomen quia peccatores quamdiu ſunt in peccato, de libro Domini ſunt deleti; nam ut indelebili Spiritûs veritatis tententiâ ſcribitur: Deleantur de libro viventium, & cum iuſtis non ſcribantur. Hinc eſt quòd idemmet Evangeliſta pauperem illum, quidè tuo proprio nomine appellaverit, cujus anima in ſinum uſque Abrahamæ certatim portabatur ab Angelis, nomen verò divitis Epulonis omnino ſubtraherit, hoc tantum de eo dicendo, quòd ſepulcrus fuit in inferno. Didacus Stella morale quoddam ad noſtrâ ſpiritualem eruditionem adducit reſponſum, dicendo S. Lucam in nomine & familia divitis illius Epulonis perquirenda minime fuiſſe curioſum, ut doceat quòd non debemus eſſe nimis anxij in inquirendis proximorum peccatis, poſſimè in peccato carnis; indeque prog. editur ad perſtringendam nonnullorum Prælatorum imprudentiam, qui, ut ſcribit, dum exactè querere volunt quædam

Serm. in
ſer. 5. poſt
Dom. Paſſ.

Pſ. 68. 29.

Luc. 16.

quædam semiocculia, pluribus ea faciunt mani-
 festa. Modestus Archiepiscopus Hierosolymita-
 nus, ita appellatus in Bibliotheca Photii Cod.
 91. in ea est opinio, quod sicut Petrus, qui an-
 tea Simon vocabatur, postea Petrus denominatus
 est ab immobili fide, quam habuit in petram
 Christum: sic & illa princeps discipulorum ob-
 puritatem & amorem quo Christum complexa
 est, ab ipso nominata est, cui idem sit nomen
 quod Dei Matri. Sciendum est enim quod Mag-
 dalena non sit ejus nomen proprium, sed appel-
 lativum, eo quod castelli, quod Magdalum vo-
 cabatur, Domina & patrona erat, ac proinde hoc sup-
 posito cessat omnis admirandi ratio, cur scilicet
 Evangelista ipsam pridem sequenti capite, non
 verò antea Mariam appellavit; siquidem ex illius
 opinione suppositione dici potest Salvatorem
 nostrum ei tunc pridem hoc nomen imposuisse,
 non verò antea, eo quod tunc, & non antea ipsum
 & discipulos secuta fuerit; & fortasse hoc est
 quod S. Ambrosius dicere voluit, dum ita scri-
 bit: *Quando non credit, mulier est; quando con-
 verti incipit, Maria vocatur, hoc est, nomen
 ejus accipit, qua parcurrit Christum. Vene-
 rabilis Beda autem observans quod eademmet,
 quæ cap. 7. dicitur peccatrix & mulier, ipsissima
 illa sit, quæ capite octavo vocata est Maria
 Magdalena, ita scribit: Pulchre Evangelista, ubi
 eam cum Domino iter facere commemorat, no-
 to hanc vocabulo manifestat; ubi verò pecca-
 tricem, sed penitentem describit, mulierem ge-
 neraliter dicit, ne nomen tanta fama prisci er-
 roris nota fuscaret, de qua demonia septem exi-
 sse referuntur. Qua in re omnibus nobis utilif-
 simum suggeritur monitum, videlicet eandem
 & abscondendam esse, quoad fieri potest, alienam
 infamiam, & quantumvis etiam scandalum ali-
 quod publicum sit, cavendum tamen esse, ne no-
 men & cognomen personæ indicetur, quando
 nulla id requirit necessitas. Aliter tamen Didac-
 us Stella opinatur, dum ita scribit: *Quia potissi-
 ma peccatrix erat, & ita cognita & famosa
 peccatrix, quod nomen amiserat; ideo nomen
 peccatricis subtrahit, existimans quod eo ipso,
 quo hoc solum literis consignaret, Et ecce mu-
 lier quæ erat in civitate peccatrix, ipsam iis
 verbis clarè & perspicuè satis denotari; verumta-
 men ut verum fatear, quisquis substantiam illam**

mutationem, quæ ex statu culpæ translata est ad
 statum gratiæ, seriò considerat ipsam eandem
 esse haud immeritò dubitabit. Enimvero totam
 hanc difficultatem B. Laurentius Justinianus
 duobus quasi verbis mirabiliter resolvit, dum ait:
*Erat quippe ipsa, sed altera per essentiã ipsa, per
 gratiam altera; unde jure de ipsa dici potest:*
*Hæc mutatio dextera Excelsi, prout liquet exa-
 minanti infinitam distantiam, qua illa verba: In
 civitate peccatrix, incredibiliter distant à se-
 quentibus: Dilexit multum; Remittuntur
 tibi peccata tua, fides tua te salvam fecit,
 vade in pace; quæ omnia eminentissimè sancti-
 tatis & perfectionis sunt indicativa.*

2. Sanctus Bernardinus sanctam hanc Pen-
 nitentem insignibus hinc & exquisitis elogis
 condecorat, dum ait: *Tu speculum peccato-
 rum; tu gaudium Angelorum; tu peniten-
 tia forma; tu sanctitatis exemplum; tu mu-
 lierum penitentium fortitudo; tu discipulæ
 Veritatis; tu Sapientia stola; tu Apostolo-
 rum Apostola; tu solitariarum securitas; tu
 contemplantium titulus; tu divini amoris
 fornax; tu latitia devotorum; tu divino-
 rum sensuum apotheca; tu ararium chari-
 smatum divinum; tu templum Dei, tu habi-
 taculum Spiritus sancti; ac tandem concludit
 quod quicquid lingua hominis in ejus laudem
 valet exprimere, id totum meritorum tuorum
 eminentiæ longè sit inferius: *Quicquid potest
 lingua enarrari, minus est à laude tua, à glo-
 ria tua, Didacus Stella dum majores iniquita-
 tis tuæ excessus circa carnis & sensualitatis vitium
 accidisse considerat, opportunè ipsam ad sacra-
 tissimam Salvatoris humanitatem veram omnis
 puritatis scaturiginem genuflexam accessisse di-
 cit: *Vt divino contactu pudicitia sua sarcinet
 ruinas, & concupiscentia deinceps frantum inji-
 ceret.* S. Paulinus quoque piè admodum medi-
 tatur ipsam sanctam quadam cum astituta calici vi-
 ni illius se astrinxisse, de quo scribitur, quod
 Germinat virgines, vivificum panem manibus
 & ore præsumpsit, sanguinem quoque calicis,
 antequam fieret calix sanguinis, osculis fulgenti-
 bus prælibavit. S. Petrus Damianus itidè hanc
 mutationem admirandam fuisse ex eo confide-
 rat, quod fomitem concupiscentiæ antea ei præ-
 dominantè extinxerit: *Cælestis sapientia carnis
 ejus incentiva perdomuit & extinxit; ac tan-
 dem***

Serm. de
 S. Maria
 Magdal.

Pf. 76. u.

Ser. 46. a. 3.
 cap. 7. in
 ser. s. Pass.

Lib. 31. de
 Virg.

Epist. 46.

Zach. 9. 28

Ser. 28.

Serm. 46.
cit. 1. 1. 1.

dem ad divini amoris ignem, qui in ejus corde flagrabat, dirigens subiungit: *Sic sancti Spiritus ardor lumbos ejus ac renes excoxit. ut dum vasculum suum quotidianis superna gratia fluentis infunderet, carnis extincta materia nullum titillantem luxuriam fomitem ministraret.* S. Bernardinus ad hoc se reflectit, quod in septem rebus præcipuè Deum suum offenderit, quas sequentibus verbis enumerat, dum ait: *In delitiarum cultu, in infecti vis oris osculis & affatu, in vano capillorum ornatu, in lascivo oculorum aspectu & respectu, in superbo totius corporis incessu, in inverecondo luxuria actu, & in peccandi proposito & conatu.* Præ cunctis tamen verissimum est quod S. Gregorius & venerabilis Beda pariter hisce verbis notavit: *Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat; oculis terrena concupierat sed hos jam per penitentiam conterens, flebat; capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed jam capillis lachrymas tergebat; ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia figebat.*

Pf. 117. a. 6.

3. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, sancta hæc penitens verè dicere potuit; siquidem hæc mutatio dextera Excelsi: etenim quis unquam credere potuisset, quandam adeo famosam meretricem in quandam adeo heroicè perfectione conspicuam Sanctam transformandam esse? Ecce mulier (inquit Didacus stella) in qua sanctissima Trinitatis gloria resulget, in cujus eximia penitentia gaudent Angeli, demones stupent, segnes & ignavi viri confunduntur.* Dionysius Carthusianus serm. 1. ex us, quos in ejus laudem conscripsit, cum stupore admiratur ingentes cœli thesauros, qui largâ manu in magnam hanc animam fuere effusi: *Tantis à Deo vivo & vero est decorata virtutibus, tantis gratis exaltata, tantis privilegiis honorata, ut certè ab ejus praconio omnis deficiat lingua hominum in hac vita.* Porrò Deus noster ipsemet, qui spirituum ponderator est, in ejus laudem dixit: *Optimam partem elegit, qua non auferetur ab ea; est que credibile laudem hanc excessivam prorsus atque*

Luc. 10. 43

eximiam fuisse; siquidem Ecclesia sancta Dei, quæ à spiritu sancto regitur & gubernatur, in festo solemnissimo, quod inter cætera festa de beata Virgine per totum anni circulum celebratur, id est, in Assumptione & Coronatione illius, hæc à dilecto Filio ejus ad sanctam Mariam Magdalenam pronuntiata verba, eidem adaptat; hæc quæ antea septem daemoneum receptaculum fuerat, postea in solitudine Marthienis, ut cum cœlesti sponso suo arctius constringeretur, ab Angelorum choris septies in die celum versus elevata fuit. S. Thomas de Villa-Nova in Concione de hoc festo, ita nobis ipsam cum Angelis fermocinantem introducit: *Adjuro vos filii Jerusalem, ut si in veneritis dilectum, nuntietis ei quia amore langueo; quàm ditcrepans finis ab exordio vitæ! Demum verò sanctam hanc Eremiticam exteriori quidem in vultu à sole denigratam & obfuscata, illuminatam verò tantò magis interiori hisce verbis alloquitur: Nunquid tu Magdalena illa potens & nobilis, qua quondam rivalium oculos tuâ pulchritudine derinebas, mentesque hominum decore tuo nimio enervabas? nunquid non tu insignis illa peccatrix & delitiosa, qua mundi hujus inanes pompas longo apparatu superfluoque fastu ducebas? ubi obsecro tam multa divitiæ? ubi turba ministrantium? ubi splendor vestium? ubi mollities unguentorum? ubi thorus delitiosus? ubi ampla adificia? ubi gemmarum candor? quam mutatio hæc? quid tibi & eremo? tandem verò in persona sanctæ penitentis per illa ex sacris Canticis desumpta verba sanctus Archipræsul respondet: *Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decoloravit me sol; quæ tamen verba non de luce corporali solari, sed de corusco Solis justitiæ lumine intelligebat: Sol inaccessibilis charitatis, cujus amore flagro, hic me decoloravit, hic omnem suctum terrena vanitatis in me penitus absumpsit, potentis virtutis illius omnis ista mutatio est.**

Deum hanc sanctam mundo in præclarum pœnitentiæ speculum dedisse, ut unumquemque, quantumvis etiam impium ad eandem peragendam invitaret; & quis sit verus pœnitendi modus, ejus exemplo docetur.

DISCURSUS TERTIVS.

Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix.

Luca cap. 7. v. 37.

Valde celebris est illa, quam Surius refert, S. Mariæ Magdalena à S. Michaele Archangelo facta apparitio, dum is ei Mariæ deferta inhabitanti felicissimum hoc attulit nuntium: *Deus quem tantum, O Magdalena, concupiscis, & semper habes te vult hunc locum lachrymis irrigare profusus, ut futuris sæculis exemplum pœnitentiæ perpetuo fias; atque ideo etiam B. Laurentius Justinianus in hoc festum scribens, de ea dicit: Nobis facta est occasio spei, conversionis speculum, magisterium pœnitentiæ. Verum inquires fortasse ex quo Evangelista illam nobis velut meretricem ob oculos ponit: Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, quæ ratione igitur hæc ex tot tantisque scandalis famosa mulier nobis exemplaris loco servire poterit? Didacus Stella ait: Ecce mulier, quæ antea fuit in causa, ut universus mundus periret, nunc iterum est causa suo exemplo, ut per pœnitentiæ ad Deum revertamur; id quod etiam Dionysius Carthusianus confirmat, dum ait: Appellatur peccatrix, ut ejus exemplo ad pœnitentiæ provocemur. Videamus igitur quænam nobis ad bonam quandam & stabilem conversionem instituendam documenta ministret.*

1. Cæsarius Arelatenfis optimè considerat, quod sancta hæc pœnitens in pulcherrimo ætatis suæ flore, in jucundissimo delectationum suarum vere, quando si unquam alias, tunc vel maxime libertate sua, divitiis atque delitiis suis frui poterat, ad Deum syncerè conversa, rigidam in-

Mansueti Januarij Tom. II.

ce, erit agere pœnitentiæ. *Nec ipsa se reservavit, ut in fine vitæ pœnitentiæm ageret, sed dum adhuc poterat peccare, sic voluit peccata deserere, ut illam de adulteriis suis non impossibilitate subtraheret, sed voluntas. Omnino mystica sunt illa sanctæ Lucae verba: Ut cognoscat. Siquidem ad primum animæ ipsius insulsum lumen ad primam ei datam inspirationem, nulla ne vel unius diei aut horulae mora interposita, in eodem puncto temporis, quo cœlestem illum prothomedicum præsto esse cognovit, ad illum se pro salute recuperanda protinus recepit, neque convivii finem præstolata fuit, irruens quasi importuna convivio, (ut hodie in lectionibus legimus) opportuna beneficio, quia sine ullis petitis inducis DEO sese dedere optimè novit, vocationique interiori perfectè respondit & correspondit, idque cum plenitudine non solum affectus, sed & effectuum subsecutorum, omnibusque ostendit, quanta cum cura exequendum sit illud Spiritus sancti monitum & salutare consilium: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Unde Didacus Stella ait: *Ubi primum fuit conscientia quod Christus erat in domo Pharisei, absque mora aliqua propria domo desertæ officina peccatorum, tetendit ad domum, ubi erat vera salus.* Quamnam putas esse causam, cur Magdalena nunquam Salvatorem nostrum ad aliquod domi suæ præparatum convivium invitasse legatur, ne quidem post suam conversionem? Hospitio quidem in domo Marthæ sororis suæ exceptus fuit, at verò prouti sanctus Vincentius Ferrerius probat, duæ hæc sorores jam inter se divisam habebant hæreditatem paternam*

B

ternam



ternam; ac proinde seorsim habitabant. Zachæus Christum in habitationem suam gaudens recepit; Sanctus Matthæus pariter etiam postquam ejus se disciplinae subiecit, lautum ei instruxit convivium, cur igitur non & Magdalena illum invitat? scitis, quid ad id responderi possit? Nimium duo illi Zachæus videlicet & Matthæus avaritiæ peccatis immersi erant: at verò Magdalene domus publicum quoddam erat prostibulum, atque ideo minime consentaneum erat ut filius virginis qui est *candor lucis æterna* pedibus limen domus suæ calcaret. Didacus Stella verò dicit: *Sic Petrus ut pœnitentiam ageret, locum & societatem peccati deseruit, hoc est, palatium Pontificis.* Quo in facto ipsum nobis insigne documentum morale tradidisse, ait: *Vt per hoc nobis innuat, quod nulla est vera pœnitentia, ubi occasio peccandi non tollitur.* Sancta quoque pœnitens nostra tergem domui illi vertit, in qua peccaverat, siquidem ex voluptatum præteritarum memoria, ex effigierum inhonestarum, donorum & munerum ab amatis collatorum, nec non ab universæ alterius à pestilenti fornicationis habitu contaminatæ suppellectilis præsentis objecto, multi in ipsa concupiscentiæ stimuli resuscitari poterant: aut verò dici quoque potuisset, ideo ipsam non invitasse unquam Christum in domum suam, sed potius ad publicum quoddam importunè irruisse convivium in præsentia plurium, qui ipsam gravissimorum peccatorum ream feminam esse cognoscebant, seque in habitu cujusdam publicæ pœnitentis Christo Domino stetisse, quia *erat in civitate peccatrix*, ad significandum, quod ex quo scandalum & peccatum ejus publicum fuisset, justum & æquum esse, ut omnibus manifestè appareat ejus emendatio & pœnitentia.

30. *Verè hac mulier fuit perfectè conversa & reversa*, inquit Bonaventura, qui & S. Gregorii autoritatem sequentibus verbis adducit: *Quia quot in se habuit oblectamenta, tot de se invenit holocausta*: consideratque insuper mulieres in quatuor hisce rebus specialissimè peccare solitas esse: *In nutibus oculorum, in capillorum superflua præparatione, in voluptatibus osculorum, in suavitatibus unguentorum, & ideo perfectæ pœnitentis oculi serviebant ad lachrymandum, capilli ad ter-*

gendum, os ad osculandum, unguenta ad unguendum. Beatissima Virgo Maria de Zachæo & sancta hac pœnitente sanctæ Brigittæ hæc verba revelavit: *Quia in omnibus membris offenderant Deum, omnia membra dederunt ei ad satisfaciendum pro offensis.* Ecce tibi hic insinuatam aliam conditionem ad veram solidamque pœnitentiam valde necessariam; etenim si tot modis, perque tam varias culparum species Deum offendere præsumpsimus; justum & æquum est, ut cum nobis per varios servitii & obsequii actus reconciliare satagamus. *Convertit ad virtutum numerum, numerum criminum.* De impio in Ezechiele scribitur: *Si egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque judicium & pignus restituerit, rapinamque reddiderit, in mandatis vita ambulare velit, nec fecerit quicquam injustum, vita vivet.* Observate, obsecro, quot & quanta facere debeat, ut Deum sibi reconciliet: *Fecerit, restituerit, reddiderit, ambulaverit*; adeoque non sufficit pœnitentia, nisi satisfactionem annexam habuerit; etenim restituere oportet rem aut famam ablata, injuriam remittere, reconciliari inimico, ab injusta lite desistere, resarcire illata damna, scandalum è medio tollere, denique malæ societatis & conversationis filum totaliter rumpere, ac tandem viâ à priori quæ ad præcipitia ducebat, prorsus diferente incidere & ambulare: *Rigavit, tersit, non cessavit osculari, unxit, dilexit*; Quibus actionibus egregiè nos docuit, qualiter post respicientiam nobis operibus virtuosis & Christianam pietatem redolentibus strenuè ac servidè nobis sit insistendum. Sanctus Cyprianus de hac sancta pœnitente ita scribit: *Vsa est capillis pro linteo, oculis pro catino, lachrymis pro baptismo, cor contritum erumpit in lachrymas, fides lavit, charitas unxit, caput vero pro suppedaneo stravit, crinibus circumfusus pedes sacros involvit & tersit*; ad ejus proinde imitationem unusquisque sinceram pœnitentiam agere volens, omnem in id operam collocare debet, ut si antea satyricis, maledicis, aut lascivis poematibus aut compositionibus faciendis deditus fuit, deinceps verbo Dei predicando, erudiendis in via salutis indoctis, libris sacris & spiritalibus componendis & in lucem publicam divulgandis serio vacet: *Divitiæ, quæ antea pompæ & superbiæ fo-*

Lib. 4. c.
10.

Ezech. 33
15.

Trac. de
ablut. po-
dum.

mentum erant, vel quæ in ludos, crapulas, lubricam conversationem, impendebantur, inter pauperes & egenos liberaliter distribuuntur, faciaturque, ut cum debito decore resplendeat cultus divinus, & sic de omnibus aliis licet discurrere.

Rom. 8. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra, sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem.* Notentur verba illa: Humanum dico, quasi dicere vellet; ad magna & ardua vos adstringere nolo, sed in debilitatem vestram oculos dirigens, facillimum quoad possum, vobis consulo, nimirum, ut quicquid antea in vobis ex dispositione arbitrii vestri servire debebat peccato, nunc sinceram agentes poenitentiam in DEI servitium adhibeatis. Unde Origenes ait: *Pudorem hisce verbis auditoribus incutit Apostolus, ut hoc saltem obsequii iustitiae impendant, quod prius impenderunt iniquitati.* Idemmet Doctor qualiter gressus nostros qui antea currebant ad effundendum sanguinem, deinceps ad bonum retorquere debemus, egregie exemplificat, dicens: *Currebant prius pedes vestri ad effundendum, nunc ad liberandum sanguinem currant, protendebantur manus prius, ut aliena diriperent, nunc protendantur, ut propria largiantur, circumspiciebant prius oculi alienam ad concupiscendum, nunc circumspiciant pauperes ad miserendum, & uniuscuiusque membri ministerium, quoad exhibuit vitis, aptet virtutibus.*

4. Considerandum est insuper, quantum se sancta hæc poenitens continuato semper fervore in via DEI progrediendo reformavit; Etenim quæ antea continuo iocabatur & ridebat, postea lachrymis caput rigare, ab iis deinceps fundendis nunquam cessatura, quæ antea fastuosa & elata superbitque vestimentis induta incedebat, rudibus deinde vestibus fuit contenta, iisque usu ac temporis diuturnitate consumptis, capillis suis totum corpus contexit, ut pote quæ ad terram usque crescentes defluerunt; quæ antea in superbix signum extento collo ambulabat, postea ad pedes Salvatoris humillimè prostrata jacebat, quæ prius velut Samaritana & Dæmoniaca omnibus execrabilis erat, demum insigne hoc à Salvatore retulit elo-

gium, optimam partem elegit Maria, quæ non auferretur ab ea; quæ paulò ante in lautis convivis primum obtinere locum quærebat, nunc à convivis mensæ accumbentibus contumelari & digito monstrari, & ut ita dicam, canis instar sub mensa convivantium Salvatoris pedibus adreperere non erubescere, ad adeò rigidam se abstinentiam reducens, ut S. Thomas de Villa-Nova de illa scribens dicat: *In humanis artibus angelicam personam agebat: sine cibo, sine potu, sine veste solis cælestibus inhians.* Antea conversationibus hominum & vanis mundi gaudiis totaliter dedita fuerat, nec alteri rei studuerat, quam ut videre posset alios, & ab aliis videretur, siquidem erat in civitate peccatrix: postea verò ab uniuscuiusque se aspectu subducens per triginta annos continuos in solitudinem quandam sese abdidit; quæ antea ad nihil adeo afficiebatur quam ad gemmas, margaritas, monilia, vestes, auro, argenteve rigelcentes, & cuiuslibet aromatici odoris fragrantiam, illa postea vix sibi assumpsit, unde corporis sui nuditatem contegeret, factaque est corpore tenus scorpionum duntaxat atque ferarum sociæ, licet anima tenus cum Spiritibus Angelicis, cælestique sponso suo jugiter conversaretur. Ecce igitur ad vivum tibi delineatum illud, in quo vera quædam poenitentia consistit, nimirum si operam demus, ut in nobis vera sit mutatio affectuum, morum, verborum, cogitationum, ac desideriorum totaliter ab iis differentium, quibus quondam in statu peccaminoso agitari solebat: *Agnosco jam vere Obeata mulier* (inquit S. Thomas de Villa Nova) *quoniam omnia illa secularia non tam reliquisti, quam commutasti; Angelos pro rivalibus amatores suscepisti; cælestibus dapibus pro terrenis frueris, & pro coruscantibus gemmis meliores multo pretiosioresque anima margaritas invenisti.*

5. Verum enim verò dicite sodes, O Auditores, ex quo sancta hæc poenitens nostra plenariam consecuta fuerat omnium peccatorum suorum remissionem & indulgentiam & quoad culpam, & quoad poenam, quo sine igitur ad ultimum usque annorum vitæ suæ finem adeo rigidam atque austeram prosequi voluit poenitentiam? Etenim illud Spiritus sancti dictum in ipsa locum non habuit: *Nescit homo, sursum amore an odio dignus sit, siquidem*

Conc. de S. Maria Magd.

Eccl. 8

DE S. MARIA MAGDALENA.

dem ipsiusmet æternæ veritatis testimonio ipsam in gratia Dei stetit, sanctamque fuisse certissimum esse novimus, dixerat enim illi; Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, ac denuo: *Vade in pacem*; in interiori animæ suæ hinc imperturbabilem quandam experiebatur conscientia suæ quietem, nec ullis subjecta erat tentationibus, neque jam extra Dei amicitiam statui aut excidere poterat, utpotè quæ inviolabilem illius in æternum duraturæ acciperat promissionem illis verbis: *Optimam partem elegit sibi Maria, qua non auferetur ab ea in æternum*, & tamen licet nullam quoad se pœnitentiæ necessitatem haberet, quia tamen perpetuum quoddam futura erat illius exemplar & speculum, ideo omnibus in se ipsa manifestum esse voluit, quod quantumcumque aliquis salutis suæ securitatem & promissionem habeat, & tamen si certus sit remissum sibi esse peccatum, ejusdemque pœnam temporalem pariter & æternam; at tamen à pœnitentiæ prosecutione cessare nunquam debeat, cum illud habeamus indubitatum axioma: *De propitiato peccato noli esse sine metu*. Quis de gratia & amicitia Dei certior Petro erat? & tamen ad ultimum usque Spiritum peccatum suum quotidie deflevit. Unde i.lem S. Thomas de Villa Nova ait: *Audistis tenera atque delicata fœmina tam duram, tam rigidam, tamque diuturnam pœnitentiæ triginta enim annis, ut dicitur solitariam vitam duxit, disparique*

Luc. 10. 43

Ecc. 5. 5.

Angelorum brutorumque comitatu sociata (postea verò nobis pigritiam nostram atque fœcordiam graviter exprobrat, qui licet gravissimo peccatorum pondere onusti simus, pœnitentiæ tamen semper declinamus) Idcirco credendum est Dominum voluisse in corpore tamdiu manere, & in vasta eremo habitare, ut sicut illam remittendo peccata, futuris sæculis exemplum misericordiæ reliquerat, ita etiam vitæ asperitate eadem pœnitentiæ fuerit cunctis spectaculum, ut etiam inde peccator, & ad sperandam veniam, & ad agendam pœnitentiæ invalesceret, essetque in ea & speranda & consequenda gratia documentum, frustra enim speratur commissi criminis venia ab eo, qui negligit pœnitentiæ. Tandem ulterius prosequendo docet nos quod oculos nostros non ad facilitatem, quàm sancta hæc pœnitens nostra peccatorum suorum consecuta est absolutionem, quam ad continuatam à se ceptam rigidissimam pœnitentiæ; postquam enim audiverat peccatorum suorum indulgentiam; & postquam secura facta fuerat, adhuc tamen non contemnit pœnitentiæ, quæ se meminit deliquisse, tu autem nondum audisti vocem Domini peccata tua remittentis, & in tanto discrimine & periculo male securus dormis, & quæ si receptâ veniâ negligis pœnitere?



De lumine & noticia qua peccatum suum agnovit, nec non de modis, quibus Deus illam vocavit ad pœnitentiam.

DISCURSUS QVARTVS.

Vt cognovit, quod Iesus accubisset in domo Pharisæi.

Luçæ cap. 7.

EX quo conversio Magdalene, utpotè tenacissimo sensualium voluptatum luto profunde admodum immerse valde admirabilis fuerit, scire perciperem, unde nam vel maximè ad respiciendum, habitatumque peccatum suum detestandum permota & excitata fuerit. Porro ad hoc ut Petrus perjurus factus ad fletum permoveretur, benigni Salvatoris nostri oculo opus fuit: *Respexit Petrum, & servit amare;* ut Saulus in Paulum, sive ex persecutore in Apostolum transmutaretur, necessum fuit, ut in terram ipse prosterneretur, prodigiosamque Cœli lucem prius intuendo oculorum suorum lucem amitteret: *Circumsulsi eum lux de cœlo, aperti que oculis nihil videbat;* ut Publicanus ille transformaretur in Apostolum, relicti que cunctis thesauris suis pauper evaderet, opus fuit voce Redemptoris; aut vero ut sanctus Hieronymus scribit: *Fulgor & majestas Divinitatis occulta, qua etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu.* At verò in presenti casu nostro in obscuro relinquitur, an Salvator ipsam ad respiciendum vocaverit, aut invitavit. Sancta quoque Mater Ecclesia & sacri Evangelista, quoniam ipsius ad respiciendum efficacissimus impulsus fuerit, nobis minime declarant. Existimo tamen, ni fallar, emendationis & pœnitentiæ suæ causam hisce verbis: *Vt cognovit, attribuentem esse: Tenebra erant super faciem abyssi, terra inanis & vacua.* O quam confutum Chaos mundus erat, priusquam Deus lucem creasset! *Dixit Deus, fiat*

*lux, & facta est lux; Vix autem DEUS lucem creatat, cum ecce mox venustas & pulchritudo, nec non insignis totius universi architectura sese prodere cepit. Enimvero quis est, qui in animo hujus peccatricis confutum quoddam Chaos extitisse non agnoscit? Tenebra erant super faciem abyssi, sufficiat dicere, quod erat in Civitate peccatrix; bibebat sicut aquam iniquitatem. Sed quid tandem? Spiritus Domini ferebatur super aquas; interius in corde suo laborabat Spiritus sancti inspiratio, quæ ipsam invitans densas illas enormium peccatorum tenebras serenabat, enoimitatis illorum suggerens notitiam: Dixitque Dominus: Fiat lux; DEUS enim ipsam ad respiciendum perducere volens radium ei immisit illius sanctissimi Spiritus, qui lucis titulo passim decoratur: O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium. Unde sanctus Bernardinus ad eam conversus ait: *Aperias fenestram tui intellectus, ut intret lumen veritatis & illuminet illum; agnoscere eam fecit infamiam suam, ob quam passim per universam urbem digito demonstrabatur ab omnibus; Et ecce mulier qua erat in civitate peccatrix ipsa namque erat quoddam veluti totus Inferni mancipium, ac proinde septem Dæmonia in hujusce servitutis evidens signum in anima ejus continuo impudabant, utpote quæ quidam Sathanae uncinus erat, qui in illud perditionis barathrum innumerabiles animas attrahebat; unde idem Sanctus non immerito de illa dicit: *Occidisti mille animas;* Hanc ei agnitionem multasque alias illustrationes ei DEUS ille communicavit, qui eras lux vera, illuminans omnem homi-**

Auc. 22 61.

Act. cap. 22, 6.

Lib. 1. in Matth. c. 9

Gen. 1, 2.

Serm. 39. in Sabb. post Dom. 5. Quad.

nem. Idemmet sanctus Bernardinus insuper dicit, quod ad hoc ut anima quædam in culparum abyſſo ſepulta verè reſurgat. *Primum oportet, quod habeat lumen, intellectum, & cognitionem, quia ſi non cognoſcit malum, non poteſt deſerere illud, atque ideo protinus ut illud cœleſtis lucis ſpiraculum animam ejus ſubintrouivitis. Abiecit opera tenebrarum, & induit arma lucis.*

Ioan. 19.

2. *Cognovit.* Nimirum eum, quem Phariſæus ne quidem Prophetam eſſe credebat, verum Deiffilium eſſe, qui pro animarum noſtrarum ſalute, nec non peccatorum remiſſione in hanc exterminii terram deſcenderat. Unde ſanctus Auguſtinus ait: *No verat, quanto morbo laboraret, & illum ad ſanandum eſſe idoneum, ad quem venerat, ſciebat.* Porro ita qualiter ipſa perſpicacis intellectus ſui oculum acutiorem red diderit, ſcire deſideretis, audite, quid ſanctus Bernardus hac de re ſcripſerit: *Purgatur lachrymis oculus caligans, & acuitur viſus, ut intenderet poſſit in ſereniſſimi luminis claritate.* Verum enimvero pulchram quandam audite Alberti Magni obſervationem, dicentis:

Hom. 20. inter 50.

De conv. ad cler.

In Luc.

Recognovit ſalutem in ſalutis auctore, & hoc eſt, quod dicit, quod Ieſus accubuiſſet; Non illum Magiſtri, Domini, Chriſti, aut Meſſiæ titulo honorat, ſed Ieſum quod idem eſt, quod *Salvator* appellat, etenim probe ipſum eundemmet eſſe intellexit, cui ſacraſſimum hoc nomen cœlitus inditum fuerat; quoniam putas ſine? *Ipe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis;* ideoque prima eſſe voluit è toto numero populi illius, quæ ad peccatorum remiſſionem poſtulatam coram hoc JESU ſeſe ſuppliciter præſentaret; *Hac igitur ſpe concepta,* inquit idemmet Albertus, *ex notiſſima nominis Salvatoris ampliustracta fuit.*

Matt. 21.

Ps. 50. 14.

3. *Vt cognovit, quod accubuiſſet.* Videtur ſancta pœnitens ab illo momento à ſuperiori luce illustrata, ſacraſſimi illius corporis intellexiſſe virtutem, in convivio Eucharistico animabus infirmis communicandam; intellexiſſe inquam videtur, quod ad ſiſtendum ſanguinis illius fluxum, de quo David adulter factus quondam dicebat: *Libera me de ſanguinibus DEVS, Deus ſalutis mee,* ſacroſanctæ humanitatis Chriſti ſimbriam contingere expediret. Unde Chryſoſtomus dicit: *Cernens in menſa Domi-*

num, non quaſiſit ſicut Chananaamicas, ſed ipſum panem amplexata eſt. Porro audito nunc Chryſoſtomo, Chryſologum quoque audire non diſpliceat, qui ingenioſè admodum confiderat, quod ex illo Chriſti in convivio Phariſæi ſuper lectum cœpto accubuit ſancta pœnitentis anima velut ex evidenti ſigno perſpicuè intellexerit, ſe cœleſtibus ejus locuplerandam eſſe theſauris, ipſumque infinitam ſuam erga illam exercere pietatem decreviſſe: *Vt cognovit, quod Ieſus accubuit, non ad ſtantem, non ad ſedentem audeat venire peccatrix, Deus enim cum ſtat corripit, cum ſedet, judicat, priſtratis ergo conſacet, dum decumbit;* nimirum intelligebat clarè ipſum convivium hoc ad iſſe, non tam ut Phariſæi invitantis nutrireſſet epulis, quam ut ejus portaretur amaris lachrymis: *Phariſæi domum Chriſtus intravit, non accepturus Iudaicos cibos, ſed divinam miſericordiam largiturus, accubuit pœnitentis lachrymas potaturus.*

Serm. in pec & Phariſ.

Ser. 93.

4. *Vt cognovit, quod accubuiſſet in domo Phariſæi.* Efficaciſſimum hoc ſanctæ pœnitentis ad generoſam reſipitentiæ ordiendæ reſolutionem ſtatueſſendum motivum fuit. Jam enim primum veritatis lumen & agnitionem Chriſtum prædicantem auſcultando reſeperat: *Declaratio ſermonum tuorum illuminaſt & intellectuſt dat parvulis,* audiens vero Chriſtum hac prima illuſtratione communicata minimè contentum ad inſtar ſolliciti & anxii paſtoralis, amiſſa ovis veſtigia indeſeſſe quaerendo ſectari, divino amore magis ſauciata fuit. *Vt cognovit, quod accubuiſſet in domo Phariſæi.* Circa quæ verba S. Vincentius ita ſcribit: *Chriſto ordnante quidam invitavit Chriſtum, ſcilicet Simon leproſus, cujus domus erat circa domum Magdalene; & Chriſtus, ut Magdalena haberet majorem occaſionem videndi, voluit, ut comederent circa januam domus, januis apertis, & Chriſtus voluit tenere dorſum ad januam, ne ipſa recundaretur intrare.* Et credibile eſt, ſanctam pœnitentem mox ut Chriſtum ad Phariſæi illius prandium acceſſurum eſſe intellexit, ſimul etiam per Spiritus ſancti inſtinctum ſinem à Chriſto intentum omnino penetratſe, ſcilicet quod ad illud convivium accederet, non accepturus Iudaicos cibos, ſed divinam miſericordiam largiturus. Cajetanus verò aliam

Ps. 118. 130.

Serm. de S. Maria Magdal.

opi-

opinionem sectatur, à jam dicta parum differrentem, dum ait: *Nacta commoditas mulieri huic significatur, ex accubitu Iesu in domo Pharisæi, aut ex vicinitate, aut quod in eadem domo, in alia tamen contignatione habitaret, vel etiam in domo Pharisæi, ubi erat accessus familiarior* (inquit Albertus Magnus) *& quietior, & major opportunitas obsequendi, quam in via publica, in qua frequentantium impediebat multitudo.* Magdalena igitur, una cum hac agnitione & lumine, quod non solum ex prædicatione in templo habita, verum etiam interitus per Spiritus sancti impulsu hauserat, Salvatoris combinando benignitatem & sollicitudinem, qua ad ipsam in viam salutis redigendam urgebatur, ut cognovit, obtulit alabastrum, id est, cor suum in veræ compunctionis ferventissimos actus contritum attulit, sibi que se cum ad misericordiam proclivem & inclinatum inventuram tanto magis persuasit, quanto is se ad ipsam inquirendam, & invitandam ad veniam magis anxium & sollicitum esse probaverat. Unde Chrysologus ait: *Inclinem ad misericordiam supremam didicit majestatem, & ideo credidit, quod esset ad veniam sibi promptus, cujus hanc reddidit rationem: Qui Pharisæi venerat tam promptus ad mensam, Huic Chrysologi opinioni Didacum Stellam pariter adungere possumus dicentem. Videns B. Maria Magdalena Christi benignitatem, & quod tam familiariter conversabatur cum superbia Pharisæi, quod in domo eorum accumberet, cum essent inimici ejus & hostes, ex hoc mota fuit ad quærendum illum, non, inquit, repellat me iste, quamvis peccatrix sim, quandoquidem cum suis inimicis & cum peccatoribus conversatur.*

5. *Cognovit.* Nimirum infelicem & miserabilem statum suum, in quem eam peccatum suum redegerat. Quærit sanctus Augustinus, quidnam Spiritus sanctus insinuare voluerit, quando primos parentes nostros post prævaricationem suam oculos aperuisse dicit: *Aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos.* Ergone antea non se videbant, interrogat Sanctus? Imo verò; & quod plus est, adeo benè & acutè vidit Adam, ut non solum omnes viderit animalium species, earumque singulis propria nomina indiderit, verum etiam in distinctione proprie-

tatum uniuscujusque discernere potuerit: ut videret, quid vocaret ea, Ino & de Eva scribitur: *Vidit mulier lignum, &c.* Respondet igitur sanctus Augustinus, oculos prothoparentum post peccatum apertos esse ad cognoscendum bonum quod amiserant, & mala innumera, ad quæ ob culpam suam condemnati fuerant. *Aperti sunt oculi amberum, non ad videndum, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant:* Magdalena antea veluti cæca fuerat, siquidem perditionis barathrum, cui jam pedes suos immiserat, minime videbat; *cognovit*, quod pro voluptatibus momentaneis jacturam fecisset regni cælorum, quod in gravi DEI indignatione consisteret, quod inimicas haberet creaturas universas ob Creatorem offensum, qui armat creaturam ad ultionem inimicorum. *Cognovit* semetipsam ab inferni Spiritibus esse possessam, suamque domum vivum quendam esse infernum, siquidem de uniuscujusque lascivæ mulieris habitatione proprie dici potest: *Via inferi domus ejus:* Item sanitatem, pulchritudinem, juventutem, in quibus suam positam habebat fiduciam, fugaces esse & evanidas: *florida & virens juventutis* (inquit S. Bernardus) *ad instar floris & fæni arefcit.* *Cognovit* vitam & conversationem suam etiam in mundi æstimatione vituperosam & infamem esse, quia mulier meretrix, *Tanquam stercus in via conculcabitur;* seque perpetuè vituperii nota nobilissimam suam contaminare prolapiam, *Cognovit* Divinam justitiam instar ensis cujusdam ex filo tenuissimi super seipsum penduli, sibi imminere, nisi serio conversa respiscat. *Cognovit* quam longanimis erga se fuerit divina misericordia ad pœnitentiam eam expectando, quam sollicita in ea invitanda, quam prompta & benigna in ea recipienda & amplexanda, cunctisque peccatis suis æternæ oblivioni tradendis. *Cognovit* enim, quod ubi abundavit delictum, superabundaret & gratia; *Cognovit* intra se tot scelerum conscientiam suam procellosi maris instar perturbantium sydereis & continuum remorsum, quia *Cor impij quasi mare fervens, quod quiescere non potest;* cum tamen econtra *secura mens sit quasi jugs convivium.* *Cognovit* quantopere verum sit, quod rosa subito quidem virescat, semper tamen spinis obseptata

In Luc.

Serm. 93.

Lib. 4. de Civit. Dei. 17.

Gen. 3. 7.

Sap. 7. 18.

Prov. 7. 17.

Eccl. 9. 10.

Rom. 5. 20.

Isai. 57. 20
Prov. 15. 15

rema.

remaneat, nec ullam esse voluptatem hic in terris, quæ suas secum non adferat zelotypiarum, suspitionum, anxietatum, & infirmitatum sæpe numero valdè fastidiosarum & incurabilium puncturas. *Cognovit* quod *Momentaneum est, quod delectat, æternum quod cruciat. Cognovit* quam fugax sit hæc vita, tameti in venustissimo annorum flore, in deliciarum divitiarumque culmine constituta, prouti in filio viduæ Naimiticæ viderat, ut potè in qua civitate, prout graves auctores asserunt, morabatur, quique Naimiticus juvenis, prouti alii tradunt, inter amasiarum suorum amantissimos unus, nec infimus erat, & tamen in eundem in feretro extinctum, ac demum ab eodem Salvatore resuscitatum conspexit. *Cognovit*, quod suspiriis & lachrymis non solum ab inferni, sed & tot tantorumque scelerum abyssu eximi, & in cœlestem quandam Seraphinum transformari posset, quodque sua pœnitentia non solum sollicitum hunc pastorem, tanta

cum anxietate requirentem, sed & omnes lætificatura esset Hierarchias cœlestes; nam si verum est, quod *gaudium est coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente*, quanto magis super ea quæ omnibus sæculis futuris cunctis peccatoribus ad sui conversionem animum præbitura erat, firmamque fiduciam? *Cognovit* denique cum quanto lucro & profectu suo amorem, quem antea in creaturis habebat dispersum, in suum posset transferre Creatorem & Salvatorem, quodque alias veriores delicias majoresque ac solidiores consolationes & gaudia stabiliora ab hoc cœlesti Sponso receptura esset, quam à mundo, ut proinde satis perspicuè videatur quanto cum lumine, quantaque cum agnitione intra se resoluta dixerit: *Surgam & circumibo Civitatem, quam, quem diligit anima mea, &c.*

Qualiter Magdalena omnes respectus humanos contemplerit, omnem ruborem vicerit, atque in omnibus contradictionibus & insultibus constans semper remanserit.

DISCURSUS QUINTVS.

Vt cognovit, quod Iesus accubuisse in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti. Lucae cap. 7.

*De ani. lib.
22. cap. 5.*

Albertus Magnus inter alias humanæ naturæ proprietates verecundiam quoque & erubescenciam à pravis operibus nostris obortam recenset; hæc etenim homini adeo est propria, ut in nullo animalium cæterorum deprehendi possit; Et quidem tametsi id de omnibus hominibus universaliter verum sit, verissimum tamen esse, quod verecundia in fragiliori sexu hominis potius

simum locum habeat, ipsa nos edocet quotidiana experientia. Hoc autem vel indubitato fundamento supposito, consequens est, ut sanctæ Magdalene virtus ex eo vel maximè elucescat, quod scilicet in conversione omnem vicerit ruborem & erubescenciam. *Irruperat mulier* (inquit sanctus Augustinus) *in habitaculum alienum, sed non accesserat ad DEVM alienum*, quamvis enim DEVM se summa cum benignitate recepturum esse firmissimè crederet, attamen simul etiam, Christum DEVM illum esse sciebat,

In Ps. 56.

Iob. 4. 18. sciebat, qui in Angelis suis reperit pravitatem, ipsam autē ex altera parte illam esse, de qua dicitur: *Erat in civitate peccatrix.* Adhuc ipsa domum ingrediebatur talium virorum, de quibus ipsemet Salvator dixerat, quod quoad exteriorē apparentiam boni aliorum exempli, laudabilis quē & virtuosā vitā adeo zelantes essent, ut quod aliis ne festuca quidem esse credebatur, hoc illis ingens quaedam trabs esse videretur; & tamen licet se enormibus peccatis obnoxiam esse sciret, ut potē quibus universam graviter scandalizaverat civitatem, ad hoc tamen adeo criticos & rigidos confores ingressa fuit; undē facile est unicuique conjicere, qualis fuerit ipsius consilio, ut potē qua se ab illis digito monstrandam, atque ab illis Pharisæis hypocritis gravis rigidaque censura fulmine impetendam esse sciebat. Nazianzenus Nicodemum synagogæ Principem *Nocturnum tantum Dei cultorem* appellat; & alibi aliā quadam occasione de ipso loquens dicitur: *Dimidia tantum ex parte Christianus amans Nicodemus;* siquidem cum Christo sociatus, ab aliis videri erubescerebat, ideoque ne ab aliis observaretur, sub noctis tenebris ad eum meticulousē accedebat: Magdalena autem licet nobilissimā esset progenie oriunda, variorum castellorum proprietaria Domina, dives & opulenta, rarissimāque pulchritudine conspicua, cui proinde nobilissimū Hierosolymæ heroēs & equites ab obsequiis quotidie erant, nihilominus in ipsa meridie, sub tempus prandii ē domo sua sola, sparsis post tergum & in facie capillis, neglectā & lacerā veste induta, plorans & ejulans Christum humillimē accessit; non prætolata noctem, neque incognita ipsum convenit, quin potius ab unoquoque videri & observari voluit; & sicut antea per suam dissolutionem atque licentiosam vitam toti civitati scandalum dare non erubuit, ita quoque nunc omnem verecundiam ruborem vincere voluit, emendationem, resipiscentiam, & conversionem suam unicuique manifestando. Poruisset utique nonneminem famulorum suorum ad Salvatorem mittere, eundem ut domi suæ ipsam conveniret, enixē rogando; siquidem jure sibi persuadere potuisset, quod instar solliciti pastoris, qui amissam ovem suam anxie investigat, perque montes & devia sectatur, quique ut Samaritanam lucrari posset:

Ioan. 4. 6. *Fatigatus ex itinere sedebat supra fontem, ad Mansi. Sanctuarii Tom. III.*

ipsam non dedignantur quantocius venturus esset, ut ipsam veluti amissam oviculam lucrari, & ad ovile suum lætus reducere posset; id tamen neutiquam facere voluit, quin potius ipsam adeo contemptam se confusiori & pudori huic subjicere & exponere voluit; poterat quoque hanc suam insignem penitentiam ad finem usque prandii differre, & donec Salvator solus esset, prætolari, id tamen nequaquam fecit. *Discite Hom. 33 in quo dolore ardet* (inquit Gregorius) *qua fiera Evang. & inter epulas non erubescit.* Hoc quoque erubescentiæ & ruboris sui meritum magis augetur, si consideremus, qualiter Redemptor noster eo tempore in nullo profus apud Synagogæ Principes pretio aut astimatione fuerit: *Numquid ex principibus aliquis credidit in eum?* Passim per ludibrium meribulus, Samaritanus, demoniacus appellabatur; extrinsecus miserē vestitus, pauperatē, mortificationem, mundi que contemptum annuntiabat; & tamen hoc non obstante non solum ad ejus pedes se prosternit, verum etiam eisdem lachrymis suis abluat, capillis abstergit, osculatur, & pretiosissimis delinit unguentis; quam igitur, quantamque ipsam interius expertam fuisse existimatis contradictionem? quantum illi bellum movere potentissimi humani respectus? quam in ea sensus nondum satis edomitus? sed tunc vel maximē, si unquam aliās recalcitrans, sustinuit repugnantiam? quia *erat mulier in civitate peccatrix.* O felicissimam peccatricem! siquidem domo suā egreditur firmo sibi factō decreto, de mundo pedibus conculcando. *Mundum sub pedibus constituit,* inquit Didacus Stella. Author operis imperfecti, dum verba parabolæ de vinitoribus, filium Domini vineæ ad eos cum hac concepta spe: *Verebuntur filium meum,* benignē misium occidentibus, tractaret, alludens ad id quod Deus solā pietate motus, peccatoribus, postquam ab isdem sæpenumero mortaliter offensus est, facere solet, alludens dicit: *Misit confundere illos, non punire, nā pro tantis injuriis benigna Domino sufficiebat sola vindicta pudoris;* quæ verba sanctæ huic penitenti facile applicare possumus; nam tamen si verum sit, quod hæc *erat in civitate peccatrix,* at tamen pro tantis injuriis benigno Domino sufficiebat sola vindicta pudoris. Considerat Sancta culpam suam, quibuscum Deum suum & non alios offenderat, multum

Hom. 33 in quo dolore ardet

Ioan. 7. 48

Matth. 21.

33.

titu linem & gravitatem, ac proinde pro fide omnino satisficere decreverat, idque magno cum rubore & confusione sua, utpotè qui omnes respectus humanos pedibus suis subjecerat, ut deinceps coram solo Deo constituta, soli quoque Deo placere posset. Undè Chrysologus ait:

Serm. 93.

Venit Deo satisfactura, non hominibus placitura. S. Paulinus sanctum Magdalena ausum, quo domum alienam ingressa, ad convivantes invitata non accessit, considerans dicit: *Ille vi*

Epist. 4. ad Sever.

*petulans penetra vit, qua rapitur regnum cælorum, & ut verum fatear, causam ejus significatoribus, magisque mysticis verbis significare non poterat; siquidem Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, id est, illi ejus sibi possessionem vendicant, qui sibi metipsi violentiam inferunt, qui contra mundi torrentem vestigia sua figunt, omnesque in animo supplantant humanos respectus. Nec est quòd, veluti duriculè sonans verbum illud, petulans, admiramini; siquidem S. Augustinus eam quoque in hac occasione impudentem & inverecundam appellet: *Qua fortasse frontosa eras ad fornicationem, frontosior facta est ad salutem; quotiescunque enim de animæ suæ salute asseveranda agitur, omnis deponendus est verecundiæ rubor; hancque viam ingredientis, audaces esse oportet & generosos, Deus, qui animarum nostrarum sponsus est, in sacris Cantibus hoc à sponsa sua unice effligit: *Ostende mihi faciem; quasi diceret, vultum tuum coram me discoperias. Verùm, inquires, nunquid majoris modestiæ & pudicitie signum est, si sponsa vultu & facie obvelata incedat? S. Vincentius Ferrerius dicit: *Loquitur hic Christus persona penitenti, etenim quando anima aliqua à pristinis peccatis respiscens, veram vult agere penitentiam, sponsus nequaquam permittit ut verecundetur & erubescat, ac diverticula quærat; quin potius revelatam peccatricis animæ faciem videre desiderat, ita ut virtuosè operando non erubescat; hoc enim si in ipsa deprehendat, eandem veluti unice dilectam sponsam tractabit, eique gratiarum omnium communè abundantiam; undè pergit dicere: *Sanctæ vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. & facies tua decora.* Hac virtute David se præditum fuisse probavit, qui tamen potens & coronatus Rex esset, publica tamen obsequii, devotionis & reverentiæ erga Deum, necnon contemptum sui-****

Matt. 11. 12

In Ps. 123.

Gen. 2. 14

Serm. 20. post Dom. Trinit.

ipsum evidentissima signa exhibuit. Undè sanctè gloriabatur: *Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atrius domus Domini, in medio tui Jerusalem;* idemque sancta hæc penitens ad literam adimplevit: siquidem quæ erat in civitate peccatrix, in eademmet civitate publicè coram omnibus, sine ullo humano respectu, qui detinere posset, publica penitentiæ signa edidit.

2. *Frontosior facta est ad salutem.* De ejus heroica in superando se ipsam mortificatione scribitur: *Subitò quasi meretrix audax intravit in domum, & attritam publicis aspectibus frontem obtulit Salvatori.* Primum quod fecit, postquam Pherisæi domum ingressa fuit, est, quòd faciem suam, deposito omni verecundiæ rubore, Salvatori nostro nudam & revelatam ostenderit: *Audacter intravit, non respexit ad*

Pharisæum, sed recto limite direxit ad fontem pudore privata, & penitudine armata. Innocentius III. in sermone de hoc Festo, peccatum hujus penitentis publicum esse considerat: *Quia notorium notabili satisfecit pudore.* In moderno quodam Ecclesiastico exponente Commentatore legisse memini, quòd peregrini caput S. Mariæ Magdalena venerantes, in fronte ejus quandam carnis notabilem particulam conspiciant, haud secus ac si in ea parte, qua Christus eam tetigit, etiamnum viveret; quod si verum est, necessum est dicere infinitam illam Sapientiam ex peculiari mysterio ita disposuisse, ut continuum hoc miraculum in ea præcipuè corporis parte perseveraret, in qua tantum habuit meritum; siquidem frontem suam penitentiæ tempore revelando, omnibusque sine metu exhibendo, adversus omnes respectus humanos, lascivorum juvenum derisiones (nam animalis homo non percipit ea qua sunt spiritus) Pherisæi obmurmurationes, omnesque alias à demone, mundo & carne, quibuscum antea arctissimè colligata & dedita fuerat, sibi inrentas contradictiones solidam se & constantem esse probavit: neque solum in hac conversionis suæ occasione imperterritam omnibus frontem exhibuit, verùm etiam deinceps semper in aliis occurrentiis, tamen enim magnifici territorii Domina, ex patrimonio opulentissima pariter & nobilissima esset, vestigia tamen Salvatoris pedestri semper itinere, unè cum Apostolis, qui vi-

les piscatores erant, aliisque Mariis, & nonnullis

Hom. de Pen.

Oliver. in Eccl. c. 48. sub vers. 16.

nullis sceminis devotis, sibi tamen quoad naturales & potentiam longè inferioribus prosequi nequaquam erubuit. Quando pretiosissimum illud unguentum super caput & corpus Salvatoris munificentiſſimè effudit, à Juda traditore publicè increpari patienter sustinuit. Denique cùm Christum in passione sua in ipsum utque Calvarie montem, donec spiritum emitteret, imperterrita sequeretur, sine ulla formidine inter medios deguit lictores; ac demum postea dum corpus Christi mortuum è Cruce depositum clauderetur in sepulchro, armatis militum turbis tanto cum rigore custoditum inter milites imperterrita permansit; denique perfidi quoque restitit Judæis in ipsius mortem conjurantibus, quando eam mari sine remigio inpositam, ventorum ac tempestatum voluerunt esse praedam. Manutius in Apophtegmatibus suis de quodam Philonide Syracusano refert, quod cùm multis obnoxius esset infirmitatibus, intolerabilem parentibus suis causaverit nauseam; accidit autem die quadam, quod cùm soror ipsius insignem Menecratis medici eximii depradicaret scientiam & experientiam præstantiam, ipse subito ingenti medicum illum consulendi desiderio correptus, eum diligenter pervestigavit, ac tandem eum apud certum quandam Dominum convivam esse intelligens, vehementer sanitatis suæ desiderio excitatus, ad eundem mensæ etiamnum accubentem accesserit, cùmque eo de statu morbi sui multis contulerit; scribit autem insuper dictus Author: *Ejus adventus ira & fremitus in Principibus causa fuit, sed in Menecrate propria gloria cupido summi gaudii & delectationis.* Infirmus autem se excusavit dicendo: *Parcite quæso, parcite graviter laboranti, nemo acriter laboro.* Dicit fodes quis unquam magis nauseabunda infirmitate correpta fuit, ipsa Magdalenâ; siquidem erat in civitate peccatrix; deo quæ dicere poterat: *Non est sanitas in carne mea à facie ira tua, spuerunt & corruerunt sunt cicatrices meae,* ob ingentia scandala sua ab omnibus execrabilis habebatur & exosa; protinus vero ut à Martha sorore Christi, qui medicus ille erat, qui de seipso dicebat: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus,* summam benignitatem intellexisset, omni eadem cum sollicitudine perquisivit. Et ut agnovit quod Iesus accubisset in domo Simonis, in-

ter medios convivas irrui, ut vulnera animæ suæ huic cœlesti medico ostenderet, quicquid in eam cæteri convivæ conitorum & calumniarum murmurando effluerent. Nihil ad propositum aptius aut melius dici poterat. S. Augustinus in Homilia, quæ hodie ad Matutinum lecta est, ita ait: *Vidistis mulierem in civitate famosam malâ utique famâ quia erat peccatrix, non invitata irruiſſe convivio, ubi sum medicus recumbebat, & quassisse piâ impudentiâ sanitatem, irruens quasi importuna convivio, opportuna beneficio noverat enim quantum morbo laboraret, & illum ad sanandum idoneum esse, ad quem venerat, sciebat.* Undè proprie et illa Cantorum verba competunt: *Quis det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam nunc nemo despiciat?* Exhibet enim se hæc anima, quasi nihil adeo vovens & optans, quam ut toris extra portas Hierosolyma dilectio suo occurrere, & suaviter deosculari posset, substracto sub pedibus suis quovis vano mundi respectu, parvi & flocci faciendo quicquid mundus accat. Undè S. Apostolus dicit: *Propter quod & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est;* nosque ad similem contem, tum fideliter exhortans statim subiungit: *Exeamus igitur ad eum extra castra improprium ejus portantés.* Porro sancta nostra penitens idiplum executioni fideliter mandavit, priusquam moneretur à S. Paulo, & antequam Christus ipsi & nobis hoc post se relinqueret exemplum, siquidem ipsa foras extra Hierosolymam per tot dominia & castella secuta est Christum, qui erat opprobrium hominum, & abjectio plebis, & præcipue usque in Calvarie montem, & ubi Christus tanquam infamis malefactor inter duos latrones crucifixus fuit. Non potuit tamen tunc dicere: *Me nemo despiciat;* quia incredibile est, quot ibi pro amore Christi injuria, opprobria & convitia sustinuerit. Idem Paulus iterum scribit: *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contemptâ,* id est, ut ait S. Anselmus, *neglectâ verecundiâ humanâ.* Porro Christus eam licet publicâ meretricem suscipere, & pro illius peccatis tanta cû infamia crucifigi non est dedignatus aut verecundatus, ideo quæ justum quoque erat ut ipsa nõ ve-

Cant. 5. 12

Hebr. 13. 12

Hebr. 12.

2/37.6.

Matt 9. 12

recundaretur ipsum publicè prosteri & sequi, hacq; ratione ruborem, qui nihil est aliud quàm genas tingens sanguis, pro rubore Christi reponere. Enimvero hoc in ipso mirandum est, quòd cum Petrus Cellensis animam quandã ad peccatum suum etiã cum modico verecundiã rubore confitendum invitaturus, eidẽ dicat: *Sanguinem pro sanguine reponere. scilicet profuso in ara Crucis effusum in rubore confessionis*; hæc tamen sancta penitens nostra toties hunc ruborem devicerit, proutquam sacrosanctum hunc sanguinem in Cruce pro se effundi videret. S. Gregorius pulchram adducit rationem, cur scilicet solida, firma & imperturbabilis ab erubescencia se superari nunquam permiserit, dum ait: *Non erubescis convivens, non timet despici; nam quã sa-*

metipsam graviter erubescerebat intus, nihil esse credidit, quòd verecundaretur foris. & vehementer salutis amor foras expulit humanum timorem. Dionysius vero Carthusianus sanctam penitentem in eo, quòd scilicet tantoperè vexaretur à respectibus humanis, tanquẽ graviter à rubore & verecundia, huic sexus, maximè à lasciviã pice coinquinato a deo familiariter propria infestaretur, summè gavilam fuisse existimat, ut vel sic monetam sibi compararet, quacum aliqua saltem ex parte diving justitię satis facere posset, *Non solum non verebatur confundi, despici, irrideri, imò omnia ista optavit, ut Deo, quem ipsa inhonoravit, aliquam compensationem honoremque faceret.*

De Peni-
bus c. 1.

Hom. 34.
in Evang.

Suavissimum à Magdalena ad Salvatorem allatum unguentum multarum, earumq; valdè mirabilium in ejus conversione relucens virtutum exercitium fuisse demonstratur.

DISCURSUS SEXTUS.

Attulit alabastrum unguenti. Lucæ cap. 7.

1. **Q**uando vas illud unguento preciosissimo refertum considero, quod Magdalena ad Salvatorem attulit, cujus fragrantia sese per omnia sæcula effudit nõ solum in cœlo, sed & in terra; undè ad stuporem usq; innumeras per omnem ætatem animas attraxit, diceat: *in odorem unguentorum tuorum currimus*, verificari mihi videtur, quòd quondam Salomon de vero Salomone in sacris Canticis prædixit, dum ait: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. In accubitu suo*. Etenim Deus noster nuptias adire videtur, quando animas convertit, ideoq; quando mulierem illam Samaritanam ab errore ad salutis statum reduxit, animarum conversionem lapidissimum cibum suum appellavit: *Cibum habeo manducare, quem vos nescitis, Ubi Chry-*

ostomus ait: *Hominum salutem hic cibum vocavit. Nardus mea dedit odorem suavitatis*. Porro ad convivium istud vas quoddam odorifero unguento refertum subintulit, Hugo Cardinalis ait, id est, Maria Magdalena humilis & devota dedit odorem suum; hac Gloriosa verba illa: *Nardus mea dedit odorem suavitatis*, illustrat. Quemnam vero odorem alabastrum illud spiret, S. Ambrosium exponentem auctoritate: *Multorum enim florum*, inquit, *in unum collecta gratia spargit odorem varias suavitates*. Albertus Magnus de eodem ita scribit: *Hoc igitur unguentum de diversis aromatibus confectum unitionem significat devotionis, & compunctionis, & charitatis*. Enimvero si alabastrum hujus preciositas & valor consideretur, de hoc Cardinalis Baronius, non inopportune ad propositum nostrum refert, potentissimum Persarum Regem Cambylen Regi Æthiopiæ inter cætera regia dona alabastrum quoddam unguenti misisse, de quo

Cant. 1. 21.

Ioan. 4. 32

Art. 31. 29

quo in specie dicit illud à Constantino Magno unà cum multis alijs reliquijs collocatum fuisse in foro Constantinopolitano, ab eodem demum loco in longè digniorem translatum fuisse à Theodosio Magno. S. Bonavenura quoque prædictum sacrorum Canticorum oraculum in hac occasione effusi ex alabastro unguenti adimpletum fuisse scribit: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. Hac autem aromata sive unguenta, qua attulit Magdalena Christo, designata sunt in 2. Paralipom 9, v. 9 Non fuerunt aromata talia, ut hac, qua dedit Regina Saba Regi Salomoni* In præfenti igitur Discursu in id totum conitar, ut in pretiosissimis hęc unguentorum odoribus, multarum, earumque valde insignium virtutum, quæ in magnæ hujus Sanctæ conversione mirificè resplendunt, agnoscamus exercitium.

Concord.]
Evang.
c. 45.

2. *Dedit odorem suavitatis, vivacissimæ nimirum fidei, per quam cœlesti sponso suo mirificè placuit, qui proinde ei protelatus est: Fides tua te salvam fecit. Primum quidem in Magdalena hoc admirandum est, quòd cum reliqui omnes à Christo sanitatem corporalem requirerent, hæc sola in omnibus Evangelis mentis sanitatem, & peccatorum remissionem requisivit.* Porò hæc consideratione diu ante Janenium usus est D. Chrysológus, dum ait: *Sola hæc ad honorem ei conferendum, & anima incolumitatem acquirendam accessit.* Cananea ut filiam suam à Spiritibus infernalibus liberaret, Christum accessit: *Filia mea male à demonio vexatur; Maria Magdalena autem Christum quaesivit ut peccatorum suorum ab eo absolutionem acciperet. Pro honore Dei & anima directione, nec sicut ad hominem nudum accessit.* Damnatos spiritus ab oblectis corporibus expellendi donum Apostoli quoque & alii habuerunt; imò & septuaginta duo discipuli dixerunt: *Etiam demonia subjiciuntur nobis; at verò quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Porò hæc illius de Christi divinitate viva fides tantò in ea admirabilis resplenduit, quantò Pharisæi, scribæ & sacerdotes, qui majori scientiâ, lumine & agnitione Dei præditi fuisse supponuntur, Salvatori horribilius hęc verbis contradicebant: *In Beelzebub principe demoniorum ejicit demonia; ipsa verò non obstant quòd à septem demonibus possideretur, hanc tamen vivam fidem erga Deum exercuit; quæ etiam in eo tantò cla-*

Hom. Et. 17
Matth.

Luc. 10. 17.

Luc. 11. 17.

rius eluxit, quòd in convivium hoc irruens ne verbum quidem dixerit, imò ne quidem os suum aperuerit, nec sinem, ob quem pedibus ejus involveretur, manifestavit; sed tantum inter amarissimas lachrymas atque suspiria, promptissima humilitatis & devotionis exhibuit obsequia; nimirum perfectè credens, illum verè esse eum, qui *scrutatur verba & corda*, qui proinde optimè sciebat, quid esset in homine; flebat etiam, quia probè sciebat, quòd *cor contritum & humiliatum non despicit Deus.* Simile quid S. Ambrosius in Petro amarè fiente notat, qui nullo pror us verbo Christum est allocutus, quia ipsum angustias suas in corde suo perfectissimè legere sciebat, ut proinde ve bis, quibus mentem tuam ei expleret, minimè opus esset.

3. *Dedit odorem suavitatis.* S. Bernardinus scribit, alabastrum hoc juxta S. Isidorum, lapidem fuisse candidum variis coloribus distinctum, ex eoque vas istud unguenti fuisse fabricatum; addit quoque lapidem hunc eâ fuisse virtute præditum, ut facilem faceret reportari in controverfiis & præliis victoriam, valdeque fuisse ad conciliandum & conservandum sibi bonos amicos potentem; undè sanctus hic Pater per alabastrum illud cor intelligit sanctæ nostræ poenitentis: *Firmissimum cor candidum per propostum innocentis vite variis coloribus interitum, propter dolentem memoriam præteritarum culparum, valuit ad victoriam obtinendam de carne, diabolo atque mundo, & in eo ad Christum admirabilis amicitia generata & conservata est.* Possemus meritò adungere, per varios hujus alabastri colores varias figuratas fuisse virtutes, quas sancta hæc poenitens in semetipsa exhibuit, de quibus B. Laurentius Justinianus ita scribit: *Maxima perfectio fuit hujus mulieris fides, vehemens amor, vera compunctio humilitas sancta, manifesta cognitio, perseverantia constans, obedientia velox.*

Ser. 46. in
fer 5. dom.
Pass. a. 1.
c. 2.

Serm. de
S. Maria
Magdal.

4. *Dedit odorem suavitatis, vivæ cujusdam spei, qua se ab ipso benignè excipiendam, atque ab omnibus quantumvis innumeris & enormibus peccatis absolvendam esse confidebat, quæ in ea magnoperè ex ea notitia excrevit, qua Pharisæum à lepra ab ipso sanatum fuisse sciebat.* Undè, ut ait Chrysolomus: *Vehementer speravit anima quoque sua sordes facile posse ab eo detergi. Est quoque haud parvè verisimile ipsam ex eo quoque majori cum audacia se co-*

Hom. 80.
in Matt.

ram eo sitisse, quia probè satis perfectam sibi habebat ejus erga alios peccatores haud obscure exhibitam benignitatem. utpotè qui *cum publicanis & peccatoribus manducabat.*

5. *Dedit odorem suavitatis*, amoris & dilectionis erga Deum, quoniam dilexit ultimum. Apollolus ait: *Finis autem precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Num fortè ardentissimam hanc flammam videre in ea aut experiri desideratis? conscientiam suam per amarissimas super Salvatoris nostri pedes effusa lachrymas abluit, indeque imperturbabilem quandam obtinuit conscientiae puritatem, adeo ut audire meruerit: *Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. De fide autem non ficta*, quam hæc in ejus corde valida fuerit, satis liquet ex hæcenus dictis.

6. *Dedit odorem suavitatis*. Heroici contemptus sui ipsius, & omni exemplo carentis mortificationis, profundissimæque humilitatis, utpotè quæ illam à S. Hieronymo postea traditam veritatem dñi antè cognovit, videlicet quòd *prima Christiani virtus est contemnere & contemni*; nihil fecit Pharisæi illius, omniumque aliorum convivarum fannas & derisiones, ad plurias sibi à rivalibus & amatoribus suis, qui huic ejus tam ingenti maxime displicenti mutationi acquiescere nequaquam poterant, illatas injurias & impropria solida stetit; neque solùm illà vice, sed & aliàs sæpè visa est solutis passitque capillis capitis sui, pauper culis lacerisque vestibus induta, malæque composita per publicas plateas discurrere, pectusque suum continuis singultibus & placenti ferire, per urbem haud secus ac si furibunda esset, oberrans, donec tandem summa cum humilitate animique submissione ad Christi se pedes prosterneret, qui, ut alibi diximus, tunc *vermiserat, & opprobrium hominum, & abjectio plebis.*

7. *Dedit odorem suavitatis*. Nimirum veræ cujusdam compunctionis: *Magno lachrymarum imbre madefacta* (ita Didacus Stella scribit) *ex gemitibus è caelo irruentibus divino ardens amore in Deum transformata se intra privatam domum claudens vociferabatur.* S. Vincentius Ferrerius istud Magdalene alabastrum considerans ita scribit: *Alabastrum est cor peccatoris, in quo est unguentum pretiosum & medicinale contritionis ad curandum peccata; nã gustu hujus unguentis curat omnes culpas pec-*

catorum mortalium; undè subjungit, quòd de hoc unguento intelligendus Psalmista loqui, quando scribit: *Qui sanat contritos corde, scilicet à plagis peccatorum, & alligat omnes contritiones eorum*; etenim unico, vel saltem paucis ferventissimæ contritionis suæ actibus omnia sua licèt innumera peccata delevit, non solùm quoad reatum culpæ, verùm etiam quoad poenæ temporalis reatum.

8. *Dedit odorem suavitatis*, scilicet plenæ cujusdam perfectionis; siquidem semetipsam unà cum omnibus suis potentius interioribus & exterioribus Deo suo promptè contecravit, illud Apolloli monitum perfectissimè exequens, dicens: *Sicut exhibuistis membra vestra servare immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc membra vestra exhibete servare justitiæ in sanctificationem.* Attulit Salvatori unguenta (inquit S. Bonaventura) *ad impendendum familiare obsequium, ad quod admissa fuit, scilicet ad exhibendum Christo ex devotione, quod carni suæ exhibuerat ex libidine.* Beda quoque super eundem S. Lucam ita scribit: *Quod ergò turpiter sibi exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat.*

9. *Dedit odorem suavitatis*, id est, promptæ cujusdam solitudinis, qua divitiis respondebat inspirationibus. S. Thomas de Villa-Nova ita de illa scribit: *Quid insolentius, quid insolentius, tam sine modo, tam sine tempore? nunquid non expectaret modicum, ut Dominus exiret de domo Pharisæi, aut in eadem domo post convivium? nequaquam, sed in eodem momento ut cognovit quòd Deus se invitaret, attulit alabastrum unguenti, id est, cor suum contritum tulit ad Christum.* Didacus Stella ita scribit: *Dilectio nescit supportare moram, poenitentiam non distulit, nec ad vesperam, nec ad mane prestolata est.* Cui consonat S. Asterius dicens: *Nec uno quidem temporis momento peccatorum medicum dimisit.* Undè illud nobis documentum reliquit, quod postea à Tertulliano de poenitentia tractante traditum fuit, nimirum: *Rara occasionem inopinata felicitatis.*

10. *Dedit odorem suavitatis*, stabilis videlicet & perseverantis cujusdam conversionis; quia postquam plenariam illam recepisset peccatorum suorum indulgentiam, nunquam deinceps lapsa fuit; undè melius S. Augustinus dicere potuit: *Postquam intellexi me pretioso Christi sanguine*

2. Tim. 5.

Rom. 6. 19.

In Luc.

Serm. de Poen.

Lib. de Poen. 64.

Serm. in fer. 5. Doct. in Pass.

sanguine esse redemptum, nolui me amplius exhibere malo; fuitque hoc ipsum ex mente venerabilis Bedæ per illa verba significatum, dum ait: Vade in pace, quasi dicat, ne à via veritatis in viam scandali ulterius labaris. Et quidem ex quo S. Gregorius ait: Quæ diu male ambulaverat, vestigia recta quærebat, ad pedes se Salvatoris prosteruens, nullum profectò erat periculum, ut deinceps, postquam illa vestigia prosequi proposuisset, in viam, imò præcipitia pristina denuò deflecteret; dicit enim Christus: Ego sum via.

11. *Dedit odorem suavitatis, nimirum perfectæ cuiusdam gratitudinis, & singularis erga benefactorem suum. Ex quo enim anxius illius pastoris pedes amissam ovem, quæ ipsa erat sollicitè querentis defatigati erant. iustum esse censuit, ut profundissima cum humilitate coram iisdem sese provolveret, devotissimaque iis oscula imprimeret, lachrymis dilueret, & abstergeret capillorum suorum concinnis, ac denique pretiosissimis unguentis perfumaret, & quid am-*

plius in sinceræ gratitudinis signum facere poterat?

12. *Dedit odorem suavitatis, liberalitatis nimirum & perfecti omnium bonorum temporalium contemptus; siquidem non solum in domo Pharisei coram convivantibus, sed & in aliis occasionibus unguenta magni valoris & pretii in Christi honore liberaliter effudit; miram quoque modestiæ suæ sparsit fragrantiam, quando in conspectum Christi se sistere non præsumpsit, stans retrò pedes ejus; odorem quoque contemptus omnium rerum mundanarum fragrabat, dum deinceps divitias, nobilitatem, libertatem, pulchritudinem, voluptates, delicias, conversationes lascivas penitus aspernata, totaliter se humili Christi sequela, necnon vitæ plusquam Apostolicæ addidit; exemplum quoque dedit mansuetudinis, dum ad Pharisei injurias & murmura non indignabatur, &c. Undè merito Innocentius III. in serm. de hac festivitate de ea dicit: quod fuerit virtutibus universis exornata.*

Varia illorum verborum S. Lucæ: Stans retrò, expositiones considerantur, indeque nonnullæ moralitates eliciuntur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Stans retrò. Lucæ cap. 7.

5. **D**UO hæc verba, quantumvis brevia, magnum in se continent mysterium, id eoque iustum ut illa seorsim ponderemus. Porro verbum hoc Stans, situm quendam corporis in pedes erecti denotare, ideoque primâ facie cum obsequiis ab ipsa Redemptori præstitis minimè concordare videtur; quòd si enim in pedes erecta stabat, quomodo Christi plantas pronos corpore prostrata lavare, osculari, & capillis

fuis abstergere poterat? & tamen S. Lucas ait: Stans retrò secus pedes ejus, lachrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat. Sciendum est igitur, olim apud convivas in more positum fuisse, quòd manducantes in lectis quibusdam procumbentes jacuerint, ita ut capite mentem versus spectaverint, pedibus & reliquo corpore in directum extenso; quo supposito magis augetur mota difficultas: cum enim sancta Pœnitens altioris staturæ fuerit, prouti ex capitibus pedumque ejus magnitudine, utpotè quorum

unus hîc Romæ in ecclesia S. Celsi asservatur, clarè videri potest; qua ratione igitur in hisce obsequiis non genuflexa ministrare poterat? & quidem verè ita est; veruntamen *ly stans*, quoad literam, corporalem ejus coram Salvatore præsentiam indicat, non tamen in pedibus erectè conlidentis, cum etiam genuflexa præsens esse possit; magna igitur cum advertentia Evangelista pœnitentem nobis per *ly stans* depinxit; si quidem antea in sensualitatis lutum prolapsa nunc demum ad pœnitentiam resurrexerat, antea de illorum numero erat, de quibus scribitur:

Ps. 144. 14 *Alle vat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Ubi S Hieronymus legit, omnes jacentes. Ex Hebræo legitur, omnes incurvatos. Maldonatus literalem dictionis stans, sensum declarans dicit: Stans, id est, consistens rectò, credibile non est tam altum fuisse thorum, ut stans rectà mulier pedes oscularetur, & capillis tergeret: stetit igitur, id est, constitisse dicitur. Eum vero ut ad rem propius accedamus, à sacris interpretibus ex hoc verbo stans eruta mysteria penitus contemplemur.*

2. *Stans*. Hugo Cardinalis addit: *Parata servire Deo, quem jacendo ferè offenderat; etenim fervorem proprium esse dominorum suorum reverentiam erecto corpore circa eorundem mensam consistere, ut administranda tercula, & quodvis aliud occurrenti servitium prompti existant.*

In Luc. 3. *Stans; in quo (juxta Alberti Magni expositionem) notatur, quòd per rectitudinem erecta & parata stetit. Stans enim paratus est obsequi; quamvis ex eodem verbo aliud insuper documentum eliciatur, nimirum necessariæ rectitudinis, quam anima quædam in divino servitio apprehendere debet; siquidem ut Salvator ait:*

Matt. 6. 22 *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; & significat quòd qui obsequi debet Domino, rectitudini debet se coaptare; intentionis enim rectitudo omnium anima est operum nostrorum, ut potè quæ meritum suum apud illum Deum recipiunt, qui scrutatur renes & corda.*

4. *Stans*; Pape, quot ante ejus conversionem in pauculis hisce verbis: *Et ecce mulier in civitate peccatrix. in ea notantur miserimi lapsus!* at verò mox ut se coram Salvatore stetit, seu ut melius dicam, mox ut ad sacrosanctos pedes provoluta cecidit, de ea si, inquam, aliàs verè dici

potuit ipsam ab omnibus lapsibus suis erectam gloriosè resurrexisse. *Et bene stans* (inquit Chrysologus) *quia jam cadere non poterat, qua ad pedes Christi meruit pervenire.* *Serm. 92.*

3. *Stans* ad denotandam pœnitentiæ ipsius stabilitatem & permanentiam; undè sanctus Bernardinus ait: *Stans, quia quando conversitur* (verba sunt de muliere quadam sensualitatibus dedita loquens loquens) *debet stare firma, ita & taliter quòd sit semper propositi, quòd nolit amplius peccare.* Et alibi idemmet pariter Sanctus ait: *Sans, id est, non ultra in malis progreditur; stans in tanto castitatis & honestatis proposito firma, quòd potius eligeret milies mori, quàm amplius vivere in lapsum carnis.* Undè Apostolus ait: *Qua secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur;* cum igitur concepta ejus ob Deum suum offensum tristitia, moeror & plandus supra modum intensus fuerit, quid mirum si ipsam in sanctis suis propositis adeo stabilem esse experiamur.

6. *Stans*; quia, ut in Discursu V, de hac solemnitate superius diximus, ad cunctas occurrentes sibi contradictiones, adversus omnia ludibria & subsannationes, quibus conversioni ejus obstaculum ponere moliebantur, intrepidam se, constantique & cordato pectore præditam esse probavit; vel etiam dici potest Evangelistam per *ly stans*, prophético spiritu prædixisse, quàm post aliquot deinceps annos Christum inter carnifices ad passionem ejus confectando, demonstrata erat generosam animositatem, quæ Desparæ Virgini correspondebat, de qua dicitur quòd *stabat juxta crucem*, ad ejus alludendo constantiam. Patiformiter enim veridicus Spiritus sancti calamus hoc eodem verbulo *stans*, ad S. Mariæ Magdalene ad Salvatoris sepulchrum necesse corde consistentis honorem utitur, dum ait: *Stabat ad monumentum;* denique de eadem in Calvario monte consistente Evangelista pariter dicit: *Stabant autem juxta crucem Iesu mater ejus, & Maria Magdalena.* Undè sicut S. Antonius de sanctissima Virgine Despara ait: *Stabat, non murmurabat quòd filius innocentissimus pateretur;* ita nos quoque idem verbum *stans* glossare possumus dicendo, quòd Magdalena ad Pharisei murmura, populi derisiones & ludibria, aliæque sexcenta conversionem ejus impedire conantia obstacula minime

10. 20. 11.
10. 20. 15.
4. par. tit.
15. c. 41. §. 2.

me indignata fuerit, eo quod oculum in peccata sua directum semper haberet, sed stans intrepidè perseveravit.

7. *Retro*. Porro quando defui in omnium convivantrum conspectu mortificatione subeunda agebatur, apertum eis vultum intrepida ostendit, ac verò duos oculos suos jam in duos lacrymarum fontes convertos, nec omnia alia quæ sacrosanctis pedibus ipsius præstabat humillima obsequia, ab eorundem oculis abscondere omnino conatu studuit, siquidem omnem prorsus fugiebat exteriorem apparentiam, & ostentationem, ad oppositum ejus, quod in suis ceteroquin virtuosis operibus, pharisaica intendebat hypocrisis.

Lib. 5. in
li. Reg. c. 2.
Ps. 33. 17.

8. *Retro*. S. Gregorius ait: Peccatores cum mala committunt, a facie Domini fugiunt, cuius rationem David reddit, dum ait: *Vultus autem Domini super facientes mala*, ut perdat de terra memoriam eorum; ulterius verò Gregorius prosequitur, dicens: *Sed cum redire penitendo delibent, quasi post tergum Domini sunt quia & discedere longius nolunt, & tamen presumere de Deo quasi amici non possunt; actandem ad sanctam hanc penitentem descendens dicit: Hinc est, quod peccatrix mulier retro stetit dicitur.* Didacus Stella super illud ly *Retro* aliam quandam considerationem habuit, dum ita ait: *Retro itaque stetit, illic enim assistere voluit, ubi peccata eam constituerant; nam quemadmodum mundos corde Deus pro oculis habet, sic peccatores post terga habet; quanto igitur locum hunc rationabilius possidet, quæ erat in civitate peccatrix?* Chrytologus quoque & ipse hujusce positionis sive situs mysterium pulchrum adducit, dum ait: *Stans retro, quia reus animus post tergum stat ad veniam, quia per culpam novit se vultus fiduciam perdidisse; denique Dionysius Carthusianus dicit, ipsam ob peccatorum suorum turpitudinem coram Salvatore comparere non præsumpisse, ad eum fere modum, quo de Publicano illo scribitur, quod non audebat oculos ad cælum levare; Unde S. Bernardinus dicit: Quia Mariam pudebat ire ante vultum Christi stabat retro confusa ad instar Publicani.*

Scrip. 93.

Ser. 39 in
Sab. Dom.
5. Quadr.

9. *Stans retro*. Ex ea namque notitia, quam habuit, ut cognovit, redemptorem peccatorum suorum grave onus humeris & tergo

Manfij Sanctuarij Tom. III.

suo impositurum esse probè sciebat juxta illud supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Unde Didacus Stella ait: *Propterea retro stetit, quia legerat in Psalmo: supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: & sic supra dorsum Christi peccata constituere voluit: denique stabat retro, quia non justificabitur in conspectu ejus omnia vivens; à tergo ut scapulis suis obumbret nos; à tergo, inquam, ut post tergum suum projiciat omnia peccata nostra.* Enim verò adeo immensum in se pondus peccatorum continet, ut eorum unicum duntaxat, tamen illud vanitatis & superbiæ peccatum esset, pulcherrimum cælorum angelum à sublimissimo cæli empyrei vertice in profundissimam abyssi voragine præcipitare sufficiat, atque ideo vix nobis, & vix Magdalene, nisi Redemptoris humeros præsto habuisset, in quos ingens illud onus exonerare posset, secus enim in infernum utique ipsam nobiscum præcipitasset.

Pf. 128. 3.

10. *Stans retro*. S. Gregorius ait: *retro quidem stat pro verecundia peccati.* Et S. Bernardinus dicit: *maximam verecundiam peccati sumens, ideo deicitur retro; unde nec pro verecundia audebat aspicere in faciem Christi Iesu, sed retro accessit; solent etenim impii, ut plurimum confundi & erubescere, quo minus peccata carnalia in conspectu uniuscujusque publicè committant, nec tamen Dei oculos quidem verentur, unde nonnulli eorum intra se dicebant; quis me videt? tenebra circumdant me, quem vereor? & tamen majorem meritò DEI quam hominum habere respectum deberent; hunc igitur turpem errorem Magdalena exemplo suo correxit & emendavit, siquidem penitentiam agere instituens, coram hominibus ne quidquam erubuit, nec ab illis subnari & detideri se curavit, cum tamen in conspectu Christi peccatorum suorum verecundiam nequaquam dissimularet; atque ideo stans retro penituit.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Retro propter verecundiam, secus per confidentiam; ideoque in Esdra quoque scribitur, quod illi applicare haud est difficile; Deus meus confundor & erubescere levare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicata sunt super caput nostrum; etenim evidentissimum optimæ cujusdam conversionis vestigium censendum est, si*

Ser. 46. in
ser. 5. pass.
41. c. 3.

Ecd. 28.
25.

1. Esd. 9.

D pro-

proterva & insolens, quæ in peccatis & dissolutionibus committendis antea se prodebat inveterandâ, in sanctam quandam & virtuosam commutetur peccatorum commissorum erubescens; unde S. Bonaventura ita nos docet, dum ait:

In Luc.

In pœnitente anima debet esse pudor, timor & dolor; pudor erat, quia stabat retro; timor, quia secus pedes; dolor, quia lachrymis rigabat. Unde Innocentius Tertius ser. de S. Maria Magd. ait: Notabili confusa pudore stetit retro erubescens ante faciem Domini apparere.

Ser. in ser.
s. Dom.
Pass.

II. Stans retro; Sanctus Vincentius Ferrerius optimè considerat, quod inter alias ad veram quandam pœnitentiam requisitas conditiones, hæc non sit omnium minima, scilicet mala societatis vitatio, hanc habuit Maria Magdalena, & tangitur ibi: Venit retrò se-
cans pedes ejus, in quo innuitur, quod retro

mittenda est mala societas; adducitque testimonium quoddam Origenes dicentis, sanctam hanc post ejus conversionem in nullum virorum præterquam solum Christum Dominum oculos suos defixisse, quia occasione hominum tantum offenderat Deum; ecce quomodo dimisit retro malam societatem juxta verbum Domini: Vade retro Sathana.

12. Stans retro: Dicere etiam cum Alberto Magno possumus, quod se directè penes Dominum in via adsequendum eum aptavit; Is namque dixerat: Qui vult venire post me, sequatur me; non dixit precedat, & diffidentia sui ipsius dedita, fiduciæque in Christum firmiter collocandæ totaliter intenta erat, Unde S. Antonius de Padua ait: Retro, quia ejus vestigia imitari proponebat.

In Luc.

Ser. in ser.
s. Dom.
Pass.

De mysteriis, ob quæ se Magdalena ad Salvatoris nostri pedes conjecit.

DISCURSUS OCTAVVS.

Stans retrò secus pedes ejus. Lucæ cap. 7.

SANCTA huic pœnitenti retrò se post Salvatorem collocasse (stans retrò) minimè sufficiebat, verum insuper pedibus ejus se arctius adstringere cupiebat, Secus pedes ejus, ne in verecundam putaret, & impudentis audacia ut Cajetanus scribit, facile enim audacia & præsumptio ejus scandalizare nonneminem potuisset, qui postquam de ea dici audisset, & ecce quæ erat in civitate peccatrix. Christo tamen versa in eum facie inverecundè se stetit, & ideo non coram Christo prodit, sed stans retrò secus pedes ejus, non juxta caput aut latus, sed juxta pedes Iesu se collocavit, Cui observatiō Origenes quoque consonat, dicens: Non fuit causa ad caput Christi venire, sed lachrymis pedes ejus lavit, quasi vix etiam pedibus ejus digna, præ tristitia operantis pœnitentiam in-

salutem stabilem. Ipsam alias odoriferis unguentis pretiosissimis caput Salvatoris delinivisse legimus, hodie verò vix se ad deliniendos eodem pretiosissimo unguento pedes se prosternere ausa fuit, idque sumptu cum prudentiâ (ut sanctus Hieronymus notat) probe namque sciebat, quod non poterat statim capite Domini meretrux digna fieri, sciebat inquam, quod peccatrici adeo enormi primum vitæ spiritualis gradum conscendenti ad pedes usque Salvatoris pertigisse sufficeret, sic namque progressu temporis sperare poterat futurum aliquando ut altius ad caput usque proveheretur, illoque dignissimo encomio digna fieret, Maria optimam partem elegit, quia ut scribitur in sancto Marco, Eractio alabastris effudit super caput ejus, Enimverò graves à multarum earumque enormium iniquitatum conscientiam patiebatur remorsus, & ideo indignam se esse sentebat, quæ:

Marc. 14.
3.

quæ in ejus conspectu compareret, sed solum hoc unicum sperabat salvatorem non dedignaturum esse, quin eam velut vile propodium pedibus suis conculcaret; unde Dionysius Carthusianus ait: *Secus pedes, quia pedes sunt inferiores partes corporis ejus, ad eos audacius fiducialemque accessit.*

Ser. 45 in
fer. 6. p. 2.
ras.

2. *Secus pedes.* Sanctus Bernardinus sanctam hanc poenitentem veluti in seipsam reverentiam, sibi que propriam suam superbiam hisce verbis impropertantem introducit: *O cor meum & corpus meum superbum! o gressus mei inflati, humiliamini ad pedes, imo si fas est, sub pedibus Salvatoris, esto caput meum schabellum pedum suorum, ut de humilitate sua recipiat remissionem superbia tua.* Didacus Stella optinè considerat, quod Spiritus sanctus nobis Magdalenam ad Redemptoris pedes lex diversis vicibus provolutam representet; primo videlicet, ut jam diximus, in hac conversionis suæ occasione. *In signum contritionis; secundo cum sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius; Tertio quando pro fratre mortuo Lazaro orabat; Quarto in cena Bethania, cum unxit pedes & caput Domini; Quinto in die resurrectionis Christi, cum cadens ad pedes, noluit Christus ut tangeret eum; Sexto in eodem die resurrectionis Domini, cum ceteris mulieribus, quando tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.* Et quidem tametsi Evangelium id quod jam dicturus sum, non expresse asserat, verisimile tamen est, sanctam hanc poenitentem primam fuisse, quæ pedibus Salvatoris sese advolveret, eosdemque osculis delineret, alias verò Marias idiplum quoque exemplo ejus fecisse, *pra mul-ta reverentia.* (inquit Theophylactus) *non audiens aliam partem corporis attingere quam extremas illas, nec mirum sanctam poenitentem adeo sacratissimis Salvatoris pedibus fuisse devotam, cum enim juxta hos veramin via salutis directionem accepisset, erga eosdem devotam quandam & reverentem semper conservavit gratitudinem; imo ex quo de Resurrectione mentio facta fuit, advertendum est, ipsam à Christo à mortuis resurgente ut resurrectionis gaudium Apostolis annuntiaret, ad eosdem ablegatam fuisse. Unde sanctus Cyrillus Alexandr. ait: Mercedem autem perseverantia lachrymarumque suarum illico reddidit, quia missus ad discipulos, ut*

Lib. 12. in
Joan. c. 51

eis hoc Evangelium asserat, quod Christus jam surrexerit; indeque Christum sanctæ Poenitentis pedes honorare voluisse, colligit, idque ut piè credere possumus, ut obsequiis pedibus suis exhibitis piè corresponderet, unde subdit: Largitur ergo Dominus illi mirabilem quamdam pedum pulchritudinem, pulcherrimi enim sunt, ut Propheta dicit, pedes Evangelizantium bona.

3. *Secus pedes ejus.* Sanctus Bernardinus Ser. 39. in dicit: quod per hoc innuatur timor reverentialis; cum dicitur secus pedes ejus; *Vbi prius esset superba, & volebat sibi inclinari, & antecedere alios superbia, nunc stabat humiliter secus pedes Christi.* Et quidem ob hujus suæ profundæ humilitatis merita piè credere possumus ipsam tot gratis cœlestibus fuisse locupletatam; unde sanctus Augustinus ad illa verba, *Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius, se respiciens ita scribit: quanto autem humiliter sedebat, tanto amplius capiebat, confluit enim aqua ad humilitatem convallis;* ideoque mirum non est, quod in animam illam quæ paulò ante septem erat Dæmoniolorum receptaculum, integros depluerit cœlestium divitiarum torrentes. Porro in Epistola hodierna sanctæ nostræ Poenitentis verba illa Canticorum applicari audivimus, *Cant. 3. 4. Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, neque enim umquam deinceps sive in vita sive in morte, sive post Resurrectionem Salvatoris sacrosanctos hosce pedes deseruit, prouti videre est, (observante id ipsam Didaco Stellâ, & sancto Bernardi no confirmante) in sepultura Christi; dum enim hic à cruce deponitur, sanctissima Virgo & Magdalena poenitens sacrosanctum hoc corpus, sustinuerunt: quæ autem id ratione fecerint, si placet, audite: etenim virgo caput, Magdalena verò pedes est amplexata, prouti post se scriptum reliquit Simon de Cassia dicens: *Dominicus pedes illico recognovit, ad quos adnota multorum peccatorum remissionem acceperat* (id est, quando ad eosdem post resurrectionem tenendos & amplexandos occurrit.) *Ex quo in amore facta ferventior semper illos animo & situ suo corporis repetebat.* Severus de hoc sanctis Mulieribus concessio privilegio resurrectionem Resur. Salvatoris ante omnes alios cognoscendi tractans, ait; *Illa quidem tenent pedes Christi Gen. 25.**

Ser. 27. de
verb. Do-
min.

Cant. 3. 4.

Ser. 45. in
fer. 6. p. 2.
ras.

Lib. 9. c. 33

Ser. de
Resur.

Et merentur excursus, ac fide adstringunt sui vestigia Salvatoris, ut totius Deitatis per veniant ad honorem. In Genesi vaticinium illud quo Esau frater natu major Jacobo natu minori deserviturus esse prædicabatur, hisce verbis describitur, *Major serviet minori*; at verò observatisne aliquando modum quo duo hi fratres divina in lucem editi fuere providentiâ Scriptura dicit: *Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, proximus alter egrediens plantam fratris tenebat manu.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Illud quod sub planta est, conculcatur;* Verum enim verò, quânam ratione Jacob simul cum fratre Esau ex utero materno egrediens, manumque suam illius pedibus supponens majoratum, quem super Esau deinceps habiturus erat, indicare poterat? potius enim exinde omninò contrarium formari debuisset iudicium & prognosticum, siquidem illud quod sub planta est, conculcatur. Sciendum est igitur regulam hanc in Christi schola omninò fallere, quanto enim magis quis pro ejus amore contemnitur & humiliatur, tanto amplius erigitur & exaltatur. Unde Diodorus ait: *Jacob Esau fratris sui calcaneum tenens ex utero matris egressus est, quo factò ostendit Deus Jacob in certamine pietatis Esau fratre suo præstantiorem fore;* quæ omnia Magdalena quadamtenus applicari posse videntur, dicendo, quod ex eo quod ad pedes Salvatoris in loco videlicet adeo humili prostrata jacuerit, nequaquam in æstimatione nostra diminui debebeat mirus sanctitatis ejus conceptus; ex quo enim sacratissimas hæc plantas tenebat, suam super omnes alios peccatores poenitentes exaltationem haud obscure indicabat.

4. *Secus pedes*; sancta Poenitens merito dicere poterat, *Iniquitates meae supergressa sunt caput meum & sicut onus grave gravata sunt super me: multiplicata sunt super capillos capitis mei.* Hoc autem iniquitatum suarum grave onus ad Redemptoris nostri pedes deposuit, certo sciens easdem inventuras esse ibidem plenam remissionem. Unde S. Bernardinus ait: *Gratia tibi ô beatissima peccatrix, ostendisti mundo virtutum peccatoribus locum, pedes scilicet Iesu, qui neminem spernunt, neminem projiciunt, neminem repellunt, suscipiunt omnes.* Verum enim vero advertendum est simul cum fiducia & plena erga pietatem divinam confidentia, metus quoque justitiæ ejusdem Dei conjunctus esse debeat, unde B. Petrus Damianus in hoc festum ita scribit: *Pedes duo Christi sunt misericordia & judi-*

cium, quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda; ac proinde sancta hæc poenitens ambo hosce amplexata est pedes, siquidem post receptam hanc plenariam indulgentiam, specialem immensæ redemptoris pietatis effectum adhuc divinæ justitiæ adeo rigorosam & asperam per universum austerissimæ læ vitæ decursum facere voluit poenitentiam.

5. *Secus pedes.* Hugo Cardinalis ait, *quia qui antiquitus suscipiebant hospites multa eis exhibebant officia, abluiebant enim eis pedes, ministrabant eis necessaria: ipsa festinavit abluere pedes ejus, ut hospitem præveniret in hujusmodi obsequiis, etenim Saluator noster potius in corde & anima Magdalena hospitabatur, quam in domo Pharisei, & ideo merito disposuit, ut illa non hic illud præstaret obsequium.* Albertus verò Magnus dicit, *pedes etiam Domini Iessi hoc obsequio indigebant.* Divinus enim hic pastor ob sollicitudine per avia & devia montiumque ardua præcipitia quæ sitam ovem hanc perditam, de fatigatus planè erat, inque animam ejus velut hospes & advena ingressus est, siquidem *Erat in civitate peccatrix;* defatigatus inquam erat, quia ut quis è lubricæ sensualitatis luto animam aliquam eripiat, sanguinem etiam ipsemet Dei filius sudare debet, prouti in conversione Samaritanæ perspicue videre licet, ubi dicitur, *quod fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem;* hosce autem pedes sancta poenitens nostra lachrymis suis rigavit & balneavit. Unde S. Bernardinus *Ser. 45. in ait: Magdalena prostravit se ad pedes Domini fer. 6. Pa-*
ipso osculando, & suis solitis lachrymis balneando & clamando, dicens: O sanctissimi pedes, vos docuistis me, quo pacto debeam me fugere & exire de manibus diaboli.

6. *Secus pedes.* S. Augustinus ait, *Accessit non ad caput Domini sed ad pedes, & que diu male ambulaverat, vestigia recta querebat,* id quod etiam S. Gregorius similibus ferè verbis confirmat: cum enim rectam ingredi viam statuisset, eum sollicitè inquirat, qui dicit: *Ego sum via, suosque pedes post ipsum dirigit, quia vestigia recta querebat, idque ut Chrysologus ait, Ut Christi vestigiis innixa percurreret per viam vita, que per viam cucurrerat mortis.*

7. *Secus pedes.* Didacus Stella existimat Magdalenam ex solus humilitatis instinctu Dominum non in suam invitare domum, sed in aliena eidem occurrere voluisse, ut potè quæ verum esse sciebat, quod *Hic peccatores recipit, &*

Apud Esau
pomin
sat.

Ps. 37. 5.

Ps. 39. 13.

Rom. in
Dom. in
fra. o. a.
Ep. ph.

Ser. 45. in
fer. 6. Pa-
raso

Horn. 32.
inter 30.

manducat cum illis. Loquitur autem præfatus author velut ex ore & persona pœnitentis dicens: Scio, sed ita sum peccatrix, quod non mereor, ut sub lectum meum venias, nam que communicatio lucis ad tenebras, mihi enim sufficit, si tanquam canicula concedatur, esse ad pedes ejus sub mensâ. Et quod micæ immensa ejus bonitatis & misericordia colligere detur, ac tandem conceptum suum hisce verbis concludit: Quia igitur beata hac mulier in hoc fuit modesta, quod dedignata est Christum introire domum suam, ideo postea meruit, quod sæpenumero in illa hospitaretur.

8. Secus pedes. Quemadmodum sancta pœnitens sollicita erat, ut invitationibus quibus à Deo invitabatur ad pœnitentiam integrè responderet, ita ad Salvatoris pedes sese provolvens aliud nihil intendebat, quam ut peccato-

rum suorum velocem & acceleratam sibi acquireret veniam & absolutionem; nam ut Chrylogus scribit: Ad pedes tendit semper, citam veniam qui requirit; Et ideo de Sunamitide illa muliere scribitur, eam ad pedes se Elisæi prostravisse, ut filii sui ab eo obtinere posset refectationem; apprehendit pedes ejus; unde Magdalena quæ antea per culpam mortua fuerat, per peccatum mors, protinus per obtentam peccatorum veniam consolationem accepit. Secus pedes ejus; Et quidem tamen nullum penitus locuta fuit verbum, ejus tamen pro ea loquebatur lachrymæ; hæ enim in causa illius adeo efficaciter perorabant, ut audire meruerit: Remittuntur tibi peccata tua. Et S. Paulinus ait: Ad pedes Christi cucurrit, sequens in illis abluir,

Ser. 93.

4. Reg. 4.
17.Epist. 4. ad
Sever.

De lachrymis & fletu Magdalena, & quanti hic æstimatus fuerit.

DISCURSVS NONVS.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Lucæ cap. 7.

*Ser. 2. de
Petr.*

*Serm. des.
Maria
Magdal.*

In Luc.

*Lorinus in
Psob.*

Luc. 8. 6.

Guerricus Abbas de lachrymarum virtute tractans, in ea fuit opinione, quod videlicet in via Dei, seu in via spiritus & sanctitatis, primum & præcipuum locum obtineat *Luctus pius atque religiosus in doctrina spiritus, & in ordine primus, & utilitate invenitur præcipuus;* atque ideo Magdalena huic lectu in conversione sua merito primum locum attribuit, *lachrymis cœpit rigare pedes eius;* Neque fletus & plandus hic medio cras fuit, siquidem S. Petrus Damianus illum hac phrasi expressit: *Oculis inundantibus vestigia Salvatoris infundit.* Cajetanus dum illam priusquam se Christi pedibus adolveret, flere cœpisse considerat, inde per efficacem consequentiam fletum hunc amarissimum fuisse colligit. *Stans cœpit rigare; non dedit rigavit sed cœpit rigare, quia stans infantum prorupit fletum, ut antequam se inclinaret, incepit rigare lachrymis pedes eius.* Idem quoque Cardinalis meditat, sanctam hanc penitentem tantarum gelu iniquitatum congelatam (nam quoniam abundabat iniquitas, refrigescibat charitas) ingentem quandam glaciæ molem in pectore suo condemnasse: *Gennerat mulier hac gelu quoadam intra pectus peccatorum frigore confectum, sed accedente ad divinum ignem liquefactum est gelu de corde suo, & magno impetu defluxit unda.* Porro author quidam magnam arguere notat differentiam, quæ inter verba *ablueri* & *rigare*, intercedit; primum namque raram quandam denotat pluviam, quæ madefacit, sed terram interius minimè penetrat: Verbum *rigare* autem indicat aquam ipsa terræ viscera permeare, ideoque S. Lucas non sine mysterio verbo *rigare* utitur, nimirum ut copiosissimum ejus fletum nobis demonstret. Semen quod super petram cecidit,

postquam non nihil germinasset, exaruit, cujus in promptu causa est, quia humorem, unde nutritur, sibi attrahere non potuit, *natum aruit, quia non habebat humorem;* nec tamen id de eo quod in templis spargitur, verbi DEI semine dicere non potest, siquidem illud hodie quando adhuc erat in civitate peccatrix super durissimam cordis Magdalena petram cecidit, & tamen *ut cognovit, cœpit rigare pedes eius;* perque hanc amari fletus sui pluviam illud divini verbi semen eo modo in corde suo crescere fecit, ut ad illud promptè & expedite excipiendum ad ejusdem verbi pedes frequentissimè confederit: *Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* Chryostomus de copioso, quem Magdalena effudit, plandus & lachrymis tractans, ita scribit: *Grandis gloria martyrum, sed martyres effundunt sanguinem, peccatores effundunt lachrymas, ac tandem ad illas quas gloriosissima hæc penitens effudit, perveniens, dicit: Meretrix non fudit sanguinem, sed fontes lachrymarum profudit, & delevit peccata sua.* Chrysologus fletui huic pluvie epithetum attribuit, siquidem in eadem pluvia naturæ ordinem perversum fuisse considerat, siquidem terra pluvias suas cœlum versus submittit: *En mutatur ordo rerum, pluviam terra cœlum dat semper, ecce nunc rigat terra cœlum, imo super cœlos, & usque ad ipsum Dominum imber humanarum profilit lachrymarum, ut juxta Psalmistam, & de aquis fletuum cantetur, & aqua qua super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* S. Bernardinus ad hoc spectatim refert, quod in Evangelio frequenter flevisse legatur: *Legitur Mariam semper flere, & cœpit tunc per contritionem, & ejus lachryma etiam moverunt Christum lachrymari pro fratre suis quoque amarissimarum, quas circa sepulchrum effudit, lachrymarum mentis, specialissimam illam*

Luc. 10. 39.

*Hom. 2. in
Ps. 50.*

Ser. 98.

*Ser. 19 in
Sabb. Dom.
1. Quadr.*

iam attribuit prærogativam, qua Christum à mortuis resurgentem præ cunctis aliis videre meruit.

2. *Lachrymis cœpit rigare.* Probè quidem Christum peccatores recipere sciebat, nullos tamen alios, quam verè pœnitentes. Unde Nazianzenus veluti ex Dei ore loquens dicit: *Recipio pœnitentes s; lachrymis rigatos videro.* Hæ autem lachrymæ in ipso tanto magis inundabant, quanto amplius divina erga eam misericordia accretcebat, id quod Simon de Cassia optimè consideravit, dum ait: *Et quo mansuetius patiebatur Iesus illas lachrymas defluentes* (hic enim illas tanto cum gaudio super pedes suos emanare patiebatur, ut ne vel unicam illarum lachrymulam in alium decidere locum permisit) *& ejus ad motas manus*, (pie enim credere possumus, ipsam eisdem pedes manus suis lavisse, & absterfisse capillis suis, ac demum unguento imbuisse) *eo stuebans uberius*, inquit idem Venerabilis Doctor, quanto enim lachrymas suas Salvatori acceptiores esse videbat, in tanto prorumperebat largiores suavitatis & dulcedinis planctus, de quibus sanctus Augustinus scribit: *Dulciores sunt lachryma pœnitentium, quam gaudia theatrorum.*

3. *Lachrymis cœpit rigare.* Sanctus Ambrosius considerabilem quendam describit lachrymarum effectum, dum ita ait: *Bona lachryma in quibus est redemptio peccatorum;* Hæ autem peccatricis lachrymæ, non solum bonæ, sed & optimæ fuerunt, siquidem sibi dici audivit: *Remittuntur tibi peccata tua, vado in pace.* Sanctus Eucherius scribit, quod eodem temporis momento, quo aquæ lachrymarum à pœnitentis oculis manarunt, omnium quoque peccatorum suorum indulgentia plenaria eidem cœlitus affluerit: *Gutta lachrymarum cadit in terram, & venia delictorum descendit de cælo.* Athenis inter alios Deos, quibus sacrificia offerre confueverant, unus erat, quem DEUM incognitum nominabant: *Ignoto Deo;* Huic autem DEO lachrymarum sacrificium offerri solitum fuisse dicunt. Unde sanctus Paulus Apostolus Atheniensibus Evangelium prædicandi & annuntiandi, iisdem veram Christi notitiam ministrandi occasionem captavit: *Quod ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis*, huncque ipsis ignotum DEUM redemptorem nostrum esse apertè monstravit: *De ipso etenim verè scribitur: Vere tu es Deus*

absconditus; Quid igitur mirum si Magdalenæ eidem in peccatorum suorum expiationem hoc lachrymarum sacrificium obtulerit, eo vel maxime, quod cum antea ipsi ignotus fuisset, mox tamen ut aliquam ipsius agnitionem & notitiam accepit, *ut cognovit, lachrymis cœpit rigare pedes ejus;* probè namque sciebat, quod verum sit sacrificium Deo *Spiritus contribulatus, corque contritum & humiliatum DEVS non despiciat,* ut David ait, qui & alibi scribit: *Ps 19. v. 30. Memor sit Dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat;* ubi Origenes ex Græco legit: *Holocaustum tuum pingue fiat & speciosum;* Ex Hebræo verò legitur: *Holocaustum tuum pretiosum fiat.* Quam autem modo sacrificium hoc Deo gratum futurum esse existimatis? S. Gregorius ait: *Sunt quidam qui etiam seculum relinquentes, totum quidem quod habent, offerunt, sed tamen in bonis qua habent, minimè compunguntur. & bonum quod agunt, holocaustum est, sed quia flere non sciunt, seque ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustum non est, holocaustum quippe siccum est bonum opus, quod orationis lachryma non infundunt, holocaustum vero pingue est, quando hoc quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur.*

4. *Lachrymis cœpit rigare.* Nescio an fortè aliquando animadvertentis, quod licet sancta pœnitens ad impetrandam sibi peccatorum suorum absolutionem, atque ad tot excessuum & scandalorum, quæ pro tempore quo erat in civitate peccatrix, publicè dederat, veniam postulandam Christum accesserit, nunquam tamen os suum aperuisse legatur, nisi fortè ad sacratissimos Christi pedes osculis demulcendos; verisimile est enim, quod si aliqua verba locuta fuisset, eadem à sancto Luca, qui in enarranda nobis sanctæ pœnitentis historiam adeo accuratus fuisse noscitur, silentio nunquam præterita fuissent. Sanctus Ambrosius quoque de pœnitentia sancti Petri tractans, se quidem amarum ejus fletum legisse dicit, non tamen legisse, quod verbum aliquid inter hæc lachrymas protulerit: *Non lego quod dixeris, lego quod fleveris.* Singultus igitur, suspiria, & planctus, interioreque compunctionis actus, causæ suæ fuerunt eloquentissimi & efficacissimi advocati; hi coram signatura gratiæ emphaticè perorarunt: *Veniam non postulans.* (inquit de lachrymis

Orat. 2 de
Baptis.

Lib. 9. c. v
39.

Lib. 2. in
Luc.

In Lib. 2.
Reg.

Act. Apost.
17. 23.

Isa. 45. 15.

Ps 19. v. 30.

Hom 10.
in Ezecho

Ser. 46. de
Petr. chrymis idemmet Archiepiscopus) & meren-
tur, causam non dicunt, & misericordiam con-
sequuntur. Ipsa quidem, ut Carthusianus ait,
promptissima iussit ad instituendam vivā
voce generalem culparum suarum confes-
sionem, veruntamen bene sciebat Christum
eadem peccata sigillatim in corde suo de-
scripta perspicue legere, quamvis etiam dici
possit, sua quippe peccata non verbis sed voci-
bus confitebatur. Chrylостomus de hoc Con-
versionis ejus mysterio in Homilia quadam
tractans, cum ipsa Cananæam mulierem con-
tulit, dicens, quod hæc fortiter clamabat, mi-
serere mei fili David, at peccatrix hæc non cla-
morem edebat, sed considerans, quod ipse omnia
ut Deus nosset; silens ore, corde cum cordis in-
spectore loquebatur. Sic quoque Magdale-
næ ad impetrandam peccatorum remissionem
minimè opus fuisset, in domum Pharisæi se
ut reciperet, siquidem planctus & fletus ejus,
qui ad ipsum usque DEI thronum in Empy-
reo ascendit, etiam à longinquo pro ea inter-
cedere potuisset, Unde Petrus Cellenfis ait:

Lib. de pœ-
nit. cap. 12 O lachryma humilis, tua est potentia, tuum
est regnum, tribunal judicis non vereris, nisi
tamen in Pharisæi domum ipsa concessisset,
alterum illud mortificationis, verecundiæ,
submissionis & contemptus sui ipsius sacri-
ficium, Christo magnopere acceptum ne-
quaquam obtulisset. Notanda autem sunt
verba, quæ idem author de lachrymarum ef-
ficacia & virtute subiungit, dum ait: Non est,
qui te perturbet ab ingressu secretorum, ab in-
terpellatione pro culpis reorum, non est, qui te
accedere vetet. S. Eligius Episcopus Nov, id

Hom. 6. quod de S. Petro fiente quidem nullum verò
verbum proferente jam diximus, considerans,
ait: Cur hoc? nisi quia utiliores sunt preces la-
chrymarum, quam imploratio sermonum, qui
sermo in precando falli non potest; sermo enim
interdum non totum hominis profert negotium,
lachryma rotum semper loquentis produunt
affectum. Utinam nobis oculus esset adeo per-
spicax & ad videndum acutus, qui eoulque
pertingere posset, ut quam gratæ lachrymæ
Deo illi, qui spirituum ponderator est, existant,
quantaque sit earundem efficacia & energia
perspicue videre posset. Chrylостomus ait:

Hom. 6. in
Matth. Ea que in secreto mentis agitabat, multo his
ferventiora erant, qua tantummodo Deus ipse
cernebat; cernebat autem amorem & dolorem,

unde illa procedebant. Præterea nunquid mi-
rum est, animam ejus adeo strictè cum DEO
unitam & conglutinatam fuisse, ut ipsemet de
eadicat: Optimam partem elegit sibi Maria,
qua non auferetur ab ea, nam ut idem san-
ctus prosequitur, dicens: Nihil ita nos conglu-
tinat, atque unit DEO, ut illa lachryma, quas
& peccati dolor, & amor virtutum effundit? S.
Macharius ad illa verba: Optimam partem ele-
git sibi Maria, oculos suos dirigens, exclamat:
O pretiosas illas margaritas in deflutione bea-
tarum lachrymarum, ô societatem arctam
sponsa erga sponsum animarum.

S. Lachrymis cœpit rigare; conversioni suæ
ad incretam sapientiam in compassionem
erga se commovendam initium nequaquam
per teneras affectuosasque conciones dare vo-
luit, siquidem ut sanctus Maximus ait: Lachry-
ma verecundia consulunt pariter & saluti,
neque erubescunt in petendo, & impetrant in
rogando, verecundiam etenim suam omnino
dedebeat, causam suam verbis perorare, ideo-
que lachrymas interponendas esse censuit; ob-
servanda autem hic est phrasis quædam, quâ S.
Lucas in hoc Evangelio utitur, neque enim de
unguentis, de absterfis per capillos pedibus, ali-
isque obsequiis eodem modo quo de fletu &
osculis loquitur, de his enim dicit: Cœpit rigare,
nec terminum rigandi declarat, de osculis quo-
que Christus dicit: Non cessavit osculari, idque
ut denotaret, quod tametsi in omnibus aliis
pietatis & devotionis exercitiis aliqua indulge-
ri possit intermissio, hæc tamen in descen-
dis peccatis nostris, & amando Deum locum
habere non debeat; Cœpit rigare, nunquam
cessatura. Unde S. Augustinus ait: Non solum
in domo S. monis, sed etiam post adventum Spi-
ritus S. hoc ardentè perfecit, semper enim dole-
bat, semper in vita sua flebat; unde dicere po-
tuit: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac
nocte, quia sicut panis semper manducatur, ita
quoque monere voluit, David dandam esse
quotidie operam, quotidiano planctu vel-
uti solido animæ nutrimento, ad eum modum
quo panis necessarium est corporis nostri

nutrimentum & susten-
tatio,

Serm. ad
Eratres 20

Hom. 16.

De capillis, quos hæc Sancta in detergendos è lachrymis manufactos & ablutos Salvatoris pedes adhibuit. Qua occasione simul ostenditur ipsam omne id, quod offensæ instrumentum extitit, in instrumentum convertisse pœnitentiæ.

DISCURSUS DECIMVS.

*Et capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus,
& unguento ungebat. Luc. cap. 7.*

I. **Q**uin Magdalena Salvatoris pedes lachrymis suis lavare volens, magnam subtilissimi & candidissimi lini quoad eosdem abstergendos uti potuisset, habuerit abundantiam, profus indubitatum est, & tamen operæ pretium se facturam putavit, si elegantem comam suam solveret, eandemque in ministerium adeo dignum adhiberet, *Et capillis capitis sui tergebat*, facti hujus examinemus mysteria.

2. *Capillis.* Lachrymis communiter margaritarum titulus tribuntur; nec immeritò: re vera enim tanti sunt valoris, ut usdem æternum quoddam regnum nobis comparare valeamus. Chrysostomus de lachrymosis S. Davidis peccata sua desistentis oculis tractans dicit: *Quid oculis illis formosus perpetuo lachrymarum imbre, & quasi margaritarum decore ornatis.* Porro monilia isthæc, hæcque margaritas lachrymarum pœnitentis Sancta hæc, ut piè credere possumus, tanti pretii esse existimavit, ut ne vel unicam lachrymæ stillam instructivos effunderet, omnes à se effusas lachrymas super capillis suis excipere & colligere voluerit, ut inde diadema in cœlis capiti suo imponendum magis locupletaretur; optimè namque intelligebat illam omnibus in via & servitio Dei ambulantis & laborantibus summè proficuum veritatem, nimirum quòd quidquid Deo datur, aut ad ejus obsequium exhibetur, id totum in maximum redundet benefi-

Manlii Sanctuarrii Tom. III.

cium & lucrum nostrum; Deus enim *bonorum nostrorum non eget*, & proinde quando Magdalena lachrymas suas super Christi pedes effudit, ex istdem veluti totidem momentibus ditissimam gloriæ coronam capiti suo imponendam abundè locupletavit.

3. *Capillis.* In principio hodierni Evangelii animam sanctæ pœnitentis ad gulam usque peccatis immerfam vidimus: *Et ecce mulier qua erat in civitate peccatrix*; in ejusdem verò Evangelii fine eam veluti sanctam deo venerati sumus, ut ipsamet prima & infallibilis Veritas de ea testimonium perhibuerit, quòd videlicet ad eminentissimum usque sanctitatis gradum pertigerit: *Dilexit multum.* Unde ve superiùs ex sententia Chrysologi diximus: *Conspicimus eam non solum caruisse peccatis, sed ad totum sanctitatis verticem pervenisse*; siquidem ab omnibus culpis & pœnis etiam temporalibus peccatis suis debitis haud secus absoluta remansit, ac si sacro lavacro tincta fuisset; inò verò hic unicus ejus finis fuit, ob quem lachrymas in capillis suis collegerit, ut videlicet hæc lachrymarum suarum aquâ baptizaretur, quam proinde postquam super Redemptoris pedes effudisset, super caput suum sparso capillitio pariter refudit; estque hic conceptus ipsiusmet Chrysologi, cujus hæc sunt verba: *In peccatrici caput purgandis criminibus refluebat unda, ut suo fonte mulier in novum baptisma suorum dilueret illuvies peccatorum*; non ei baptismus, qui *flaminis* appellatur, sufficiebat, utpotè quæ conata est quantum potuit,

Serm. 95.

E

tuit,

suit, ad alterum sibi adhiberet, qui *fluminis* cognominatur; siquidem *lachrymis cepit rigare*.

4. *Ex capillis capitis sui*. In sacris Canticis cœlestis amator animæ dilectæ sponsæ suæ dixisse fertur: *Vulnerasti cor meum soror mea* Cant. 4.9. *Sponsa, vulnerasti cor in uno oculorum tuorum & in uno crine*. Porro divinam justitiam, quæ gladio vindicativo ad peccatores castigandos dexteram suam obarmavit, per oculos plangentes animæ cujusdam contritæ vulnerari exemplo nobis clarissimo in hujus sanctæ penitentis conversione ostenditur; at vero quodnam in eo mysterium latere potest, quod per unicum hujus animæ capillum rapiatur? Quotidiana nobis demonstrat experientia, quod non solum mulieres, sed & viri comam nutriant, eidemque annulos hinc inde inferant, atque ideo capilli vanitatem mundanam repræsentant. S. Ambrosius dum sanctam hanc penitentem capillos capitis sui Redemptoris pedibus substermentem considerat, ita ait: *Expande capillos, serve coram eo sui corporis dignitates*. Etenim tunc nos vanitatibus nuntium remittere vere probamus ut veritatem sedemur, quando nos Christi pedibus substerimus, id est, quando ob ejus amorem omnes humanos respectus abjicimus; tunc enim hunc Deum verè ligamus, plenèque nostri juris esse facimus: verum enim vero quanto Magdalena amore Filius Dei captus fuerit, quantoque amoris vulnere cor ejus vulneraverit, vel ex hoc fatis arguere possumus, quod in ea non tantum unus oculus plorare visus fuerit, *non in uno oculorum*, sed ambo flumina lachrymarum effuderint; non unico duntaxat crine Christum vulneravit, sed omnes cincinnos comæ suæ solverit, ut exinde peditergium plantis ejus pararet. *Capillis capitis sui tergebat*.

5. *Capillis*. Memorandum quod Scriptura sacra heroica Samsonis facta celebrare volens, eadem virtuti Spiritû sancti attribuat, unde frequenter dicit: *Spiritus Domini irruiit super Samson*; huic enim Samson admirabilem illam in acceptis referebat fortitudinem, quæcum solus omnique subsidio aliorum destitutus, integros dissipavit armatorum exercitus; at vero, inquit, qua ratione Philisthæorum mancipium & ludibrium factus, robur istud unâ cum cæteris donis perdidit? quia nimirum amoribus captus fuit Dalila rex illius formæ, quæ capillos, in qui-

bus omnis ejus fortitudo residebat, ei præcidit, indeque factum est, quod recessit ab eo Dominus. Quanto autem feliciores hujus nostræ Dalila, quæ erat *in crivitate peccatrix*, capilli fuere; hi etenim antea quidem funes & catenæ erant, quibus ibi astrictas tenebat, veluti mancipia in æternæ perditionis barathrum agebantur præcipites; at vero dum eosdem solutos super Salvatoris sacratissimos pedes explicabat, eundem, quem antea amiserant, tunc reunierunt, sibi que adeo perenniter adstrinxerunt, ut ab illa immaculata anima nunquam deinceps recesserit. *Non recessit, sed accessit Dominus ad eam*; siquidem optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum. Quod si præcisi Sampsonis capilli jacturam causârunt Spiritû sancti, hi sanctæ penitentis capilli in adeo pium & religiosum ministerium adhibiti sanctissimum hunc Spiritum sanctæ penitentis conciliarunt, licet antea à septem Spiritibus tartareis obfessa fuisset. Fortè habitantis in ea Spiritû sancti indicium aliquod desideratis? proprius Spiritû sancti effectus est plena peccatorum remissio; unde in oratione quadam, quæ in *Feria 3. Pentecostes* ultima est, ab Ecclesia dicitur: *Ipsè est remissio peccatorum*. Amorem cordibus nostris infundit: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*. Hostem quoque infernalem penitus dissipans pacem animæ conciliat: *Pacem repellas longius, pacemque dones prothinus*. Ecce igitur qualiter Magdalena capillos suos explicante, *irruit in eam Spiritus Domini*; neque enim solum candida facta est per puritatem columba; sed & *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexist multum*, sibi que à Christo dici audivit: *Vade in pace*.

6. *Capillis*. Magdalena veram vitæ morumque conversionem inlituere volens, ad id singulariter connitebatur, ut Christo sponso suo dicere posset: *Regnum mundi, & omnem ornamentum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amavi, in quem credidi, què dilexist*; ad contestandum enim, quod omnem mundum muliebrem pedibus suis substravisset, quod cunctas margaritas disperdidisset, sericas Phrygiæque operis vestes dirupisset, omnesque dissipasset suffusus, unguentorumque odores, & cunctas alias femineas vanitates & elegantias pedibus suis protrivisset, cla-

rum quoddam & indubitatum hujus in dissolutione comæ capillorum tuorum edidit testimonium, utpotè qui vera sunt vincula, quæ sceminas innoxias vel maximè irretitas & illaqueatas retinent; per comæ namque dissolutionem & passos crines unicuique notum esse volebat se in sanctam denuo libertatem restitutam esse. Undè Clemens Alexandrinus ait: *Soluti capilli predicabant liberationem à nimio amore superfluo ornatus.*

Lib. 2. p. 2.
dag c. 8.

7. *Capillis.* In sacris Canticis quædam Ipon si, id est, ipsiusmet Dei, anxietas artificiosè exprimitur; siquidem ab anima sollicitè exposcit, ut cordis suam libram aperiat, utpotè cujus comæ ex guttis nocturno tempore caput ejus

2. *irrorantibus immauerit: Aperi mihi, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis nocturnis.* Per hos autem capillos rorem antelucanum inter nocturnas tenebras delapsam stillantes, peccatorum multipliciter intelligere possumus, utpotè quæ opera tenebrarum communi nomine appellantur, de quibus etiam David ait: *Multiplicata sunt super capillos capitis mei;* & hinc est quòd Sponsus animam ad indulgendum sibi in ejus corde hospitiæ sollicitet. Ecce tibi igitur, quanta cum circumspicione sancta hæc pœnitens, quæ fuit

Ps. 39. 13.

in civitate peccatrix, majoribus jure quam Palmitta de suis iniquitatibus dicere poterat: *Multiplicata sunt super capillos capitis mei, totam comam leu capillaturam capitis sui cum omnibus cincinnati Christi pedibus subjecerit, ut illam abstergeret, lavaret, atque in fletu & lachrymis suis purificaret. Lavamini, mundi estote,* monebat olim Isaias, id est, ut Lyranus benè glossat, *à peccatorum maculis, lachrymis contritionis.*

Isa. 1. 16.

Isa. 3. 16.

8. *Capillis.* Isaias cap. 3. compassionem suam, qua erga mulieres Hierosolymitanas afficiebatur, hisce verbis expressit: *Elevata sunt filia Syon, & ambulaverunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant;* hinc autem factum, si de Magdalena sermo fuerit, adde quòd erat *in civitate peccatrix,* ac proinde eam vobis veluti mulierem quandam perditam, omniq; modestiæ, ruboris, & verecundiæ expertem imaginari potestis; sed ecce qualiter, ut se emendet, ad pedes Christi provolvatur, capillos suos super eodem in signum verecundiæ explicans, ut se deinceps pudicam, mortificatam, modestam probe

velle ostendat. Etenim, si S. Gregorio Nysseno credamus: *Per capillos pudicitiam, & pudorem, & continentiam, & mortificationem corporis intellige.*

Tom 7. in
Cant.

9. *Capillis capitis sui tergebat.* Observare insuper hoc loco possumus, quòd dum capillos suos pio huic & religioso ministerio adhibet, eodem tempore ad id conata fuerit, ut Christus animæ suæ corporisque, & omnium potentiarum suarum possessionem acciperet, adeo ut deinceps perenniter sua maneret: *Optimam partem elegit,* quæ non auferretur ab ea; possessio enim, ut Legistæ dicunt, idem est, quasi pedum positio. Qui quidem conceptus, ni fallor, à Chrylostomo indicatus fuit, dum ait: *Capillis abstergebat pedes ejus, honorabilis in toto corpore membrum, caput dico suum, pedibus subjecit.* Et quidem piè credere possumus in ipsa, utpotè quæ Apostolorum Apostola fuit, adimpletam esse Apostolis à Salvatore nostro factam promissionem, quæ dixit: *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt.* Capillus de capite veitro non peribit. Hoc est, ut Origenes declarat, *omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum servantur apud Deum;* id namque quoad ipsam plenè verificatum esse invenimus: siquidem ad perpetuam ejus laudem, omnia quæcunque fecit, à sacris Evangelistis accuratissime conscripta esse voluit, prouti non solum in Evangelio currente, sed & in multis aliis occasionibus factum esse perspicuè videmus, præcipuè quando pretiosum illud unguentum super caput ejus effudit, cujus fragrantia non solum domum istam, in qua contigit, sed & omnia sæcula futura adimplevit: *Vocumque praedicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo.*

Hom. 81. in
Matth.

Matth 20
10.

Luc. 21. 18.

Matth. 26
13.

10. *Capillis capitis sui.* Titus Bostrensis ait: *Vt per ea aucuparetur sanitatem, per qua juventutem pellexerat ad noxam; cum quo consonant sequentia verba Euthymii dicentis: Vide quòd ab his, unde prius ipse venabatur perditionem, ab eisde nunc venata est salutem; lacrymis enim amatoris & capillis curiosus concinnatis, ac unguento lascivo juvenes dementabat; quæ verò primum fuerant instrumenta peccati, ea nunc facit instrumenta virtutis.* Chrylogus quoque in hoc obsequio præcipuè quandam veræ conversionis agnoscit conditionem, in eo videlicet consistentem, quòd id, quod instrumentum pœnitentiæ faciat, id ipsum quod antea

Serm. 93

culpæ fuerat instrumentum, ut juxta Psalmistam verticem capilli, ex quo ambula verat in delictis suis, in sanctitatem tali verteret servitute. Hugo Cardinalis observat, quod mulieres incautam juventutem tribus incentivis ad peccata pertrahere soleant, nimirum, Oculis, capillis, & osculis; oculis, aspectus illicito faciendo, & luxuriosè amando; capillis, eos ornando, componendo, & tingendo; osculis, &c. idè tria ponit Lucas, in quibus Magdalena obsequium tribuit Christo. Arsenius Abbas admodum celebris interrogatus, cur in cella sua aquam valde putridam, intolerabilem in ea causantem fetorem, semper servaret? respondit; Lubens fetorem hunc excipio in locum odoramentorum, quibus in palatio Regum sui olim oblectatus, ut in die judicii de intolerabili illo gehenna fetore liberet me Dominus. Omnino igitur credibile est Magdalenam post acceptum à Deo lumen, ut cognovit,

omnia incentiva, quibus hactenus ad peccandum usa fuerat, in penitentia instrumentum pie convertisse. Undè S. Paulinus ait: *Quicquid Christo impendimus, nobis potius conferimus; denique illa profundendo Christum, se abluit; pedes illius detergendo sua peccata mundavit; illum diligens se dilexit, & idè meruit audire; Fides tua te salvam fecit.* Verum quidem est quod suos dissipaverit capillos, quod pretiosissima unguenta, quæ habebat, consumperit & dissipaverit; quod sanguineas lachrymas ediderit; veruntamen omnis hæc jactura lucrum pariebat; undè de unguento illo, cujus causam ipsimet quoque Apostoli murmurabant, utpotè prodigè super Christum effuso, Christus illud minime profutum, dissipatum aut perditum esse; quin potius in omnem usque æternitatem servari dixit: *Sinite illam ut servet.* Undè Salmeron ait: *Sic effusa non pereunt, sed servantur.*

Epist. 4.

Tom. 4.
par. 3.
1745. 300

Circa unguentum, quo Magdalena pedes Christi unxit, nonnulla tanguntur mysteria.

DISCURSUS VNDECIMVS.

Et unguento ungebat. Lucæ c. 7.

3. **Q**UODSI Magdalena Salvatore nostro ad mensam confidente, convivio illi subintulisset vel exquisita fercula, aut vina generosa, vel appetibiles ex raritate fructus, videri potuisset minus obtulisse opportunius, magisque proprium, quàm pretiosa secum adferendo unguenta, quid vas unguenti ceteroquin pretiosi manducantibus prodesse poterat? Enimverò Lucas Burgenfis benè notat, antiquis in more positum fuisse, quod peregrinis ad mensam suam invitatis aromatum suffius, necnon unguenta pretiosa offer-

rent, prouti ex Discursu, quem Christus Magister noster cum Pharisæo habuit, haud obscure deducitur: *Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos.* Merito igitur sancta hæc penitens hoc alabastro instructa inter præsentis convivas apparuit, faciliorem enim ad hanc mensam aditum se habituram esse speravit, adferendo id quod in tali convivio deberat, obsequio tali ac tanto hospiti ex debito præstando, maximè cum Poëta canat: *Munera crede mihi placant hominesque Deosque.* Didacus Stella exemplum Jacobi Patriarchæ adducit; sicut enim hic fratrem sibi iratum muneribus obviam missis placare studuit, ita quoque Magdalena se Deum offendisse, eumque consequenter

quenter sibi iratum esse sciens, vas illud attulit pretiosissimo unguento referunt, tandem vero omnes alios obsequiorum actus, quibus Christus profecuta fuit, considerans, ita scribit: *Quia retro stetit, conspectum resurgentis prima omnium meruit; quia pedes Christi humiliter tenuit, ipse discipula esse meruit, & ut ab eo doceatur; quia lacrymarum emisit flumina, flammam in se volu pratis extinxit; quia Christi lavit pedes, occasiones peccati à se mundavit; quia crine suo terpsit Domini pedes, idè maculas suorum criminum à Dei memoria detersit; quia pedes Christi osculata est, reconciliationis pacem acquisivit.* Demum vero finem declaraturus, quem sibi alabastrum hoc unguenti adportando propositum habuit, ulterius discursum suum profecutur dicens: quia unxit unguento, severum & iratum iudicem placavit. Enimvero indubitatum est huic poenitenti, utpotè sceminæ nobili, opulentæ, variorum castellorum Domine & Gubernatrici, alia dona tum pretiosa, tum nobiliora minimè defuisse, & ideo merito dubitare quis posset, cur reliquis aliis donis unguentum istud secum attulerit? Idemmet Stella ait: *Sciebat quòd peccata coram Deo sunt valdè foetida.* In præsentis Evangelio, in cuius enarratione S. Lucas adeo exactus est & punctualis, certa quædam concurrunt circumstantia peculiari quâdam notâ dignissima; Evangelista enim unguentum solummodo nudè & simpliciter nominat, non vero addit, illud pretiosum fuisse, aut exquisitam de se spirasse fragrantiam, prouti aliis in aliis occasionibus scriptum fuisse noscimus, quando eadem poenitens hunc eundem Dominum unguento perunxit; alibi enim de unguento alato dicitur: *Maria accepit libram unguenti Nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes ejus capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti.* Nec est quod mihi hic aliquis id ex oblivione calami S. Lucæ factum fuisse dicat; siquidem in cunctis aliis historiis satis accuratus, prudens & circumspexus fuisse noscitur; ac proindè haud dubiè hic aliquod latet mysterium, id quod tandem Origenes deprehendisse videtur, dum ait: *Considero quàm cautè apud hos, qui peccatricem non retulerunt, unguentum ejus pretiosum laudatur: apud Lucam autem, qui exposuit peccatricem, unguentum simpliciter nominatur, nec pretio-*

Ioan. 12. 3

Hom. 31.
in Matt.

sum, nec Nardi pistici. Et rationem hujus reddidit, coincidentem cum ea, quam paulo antè ex prædicto Stella didicimus, ait enim: *Ahuc habere non poterat unguenta hujusmodi; siquidem iniquitatum & lascivarum abominatum suarum fordes aërem intoxicabant.* S. Ambrosius de nomine Salvatoris ita scribit: *Vn. Ser. x. in
guentum exinanitum nomen tuum, hoc est. Ps. 118.
torus immundis impuritatibus diversorum facinorum fætebat hic mundus.* Ecce tibi veram hujus peccatricis pro eo tempore, quo unguentum hoc attulit, effigiem; siquidem septem denotabant vicia capitalia. Pergit verò Ambrosius dicendo: *Nunc spirat ubique suavitatem pudicitia, unguentum fides, flos integritatis; quæ verba ei post ejus conversionem adaptari possunt: siquidem tunc nitidissimum pudicitia speculum fuit.* De hoc insuper unguento, quoad sensum moralem, idem Stella ait: *Non erat quid rude & crassum, sed velut liquidum, & tenuis, & suavissima aqua, quæ ex Arabia adferri solebat; erat, inquam, velut aqua Angelorum, & multò præstantius, quia maximo in pretio & estimatione habebatur; neque sine mysterio instar aquæ Angelorum erat, quia, ut sanctus Petrus Damianus scribit: Gaudent Angeli
super peccatrice poenitentiam agente. & odoris fragrantia cælestis ille conventus aspergitur.*

Serm. de
S. Maria
Magdal.

2. Unguento. Chrysológus scribit: *Mulier Ser. 94
habebat vulnus, sciebat illud, & idè taliter tanti vulneris medicum perquirebat; quibus in verbis notandum est ly taliter, id est, unguentum in manibus portans pro curandis lethiferis animæ suæ vulneribus, medici sectabatur vestigia.* Didacus Stella ait: *Cùm esset vulneribus plena, impensas attulit unctioes.* Et prædictus Chrysológus alibi pariter scribit: *Attulit Serm. 93
alabastrum; unguenti portavit oleum, quia medicinam lethali vulnere à supremo medico perquirebat; quæ in re inestimabilis nobis valoris reliquit documentum, illiusq; pretium quovis alabastrum & unguento incomparabiliter pretiosius.* Etenim quòd quis medicum quendam conveniat, ut se ab eo gratis curari faciat, hoc quidem ob pietatis & benignitatis conceptum, quem de eo habet, ab eodem sperari poterit: at verò quod insuper prætentat (prouti in triviali quidem,

utilissimo tamen, & in hac occasione opportunissimo proverbio dicitur) ut medicus sumptus, id est, unguentum & alia pharmaca, necnon & lintea ex proprio are adhibeat, hæc utique temeritas esse interpretabitur, & præsumptuosa arrogancia. Patri quoque modo quod vos in divinam misericordiam spem concipientes peccata vobis condonanda, animæque vestræ vulnera curanda & solidanda esse confidatis, hoc quidem transeat, ipse namque Dominus ait: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus; non veni vocare iustos, sed peccatores; at verò quod insuper vobiscum unguentum portare nolitis, id est, ex parte vestra proxima peccandi occasionem tollere, hanc vel illam restitutionem facere, vel à certo quodam peccandi periculo discedere recusatis, aut vero quod toto conatu vestro auxiliis divinis pro salute vestra vobis subministratis, cooperari nolitis, Deum omnia hæc se solo facturum esse præsumentes, hoc, inquam, ingens quædam est temeritas & præsumptio; tritum enim est illud axioma: *Qui creavit te sine te, non salvabit te sine te; vult enim Deus nostram cooperationem; & facienti quod in se est Deus non denegat gratiam.* Undè tamen sancta hæc pœnitens summam habuerit securitatem se deinceps peccaturam non esse; siquidem hæc à Christo encomium tetuli: *Optimam partem elegit sibi Maria, qua non auferretur ab ea in æternum;* attamen pœnitentiam facere, omnesque peccandi occasiones & præcipua declinare nunquam destitit.*

Conc. 1. de
Laz.

3. *Unguento ungebat;* circa quæ verba scribit Chryllostomus: *Te non oportet olere unguentum, sed spirare virtutem, nihil immundius animâ quoties corpus talè habet fragrantiam;* id quod de Magdalena peccatrice, nondum tamen non pœnitente verè dici potuit, quando cù hoc vase alabastrino ad pedes Christi unguendo properavit; tunc enim *spiravit virtutem, & nihil mundius ipsius animâ,* utpotè quæ hanc Christi declarationem audire meruit: *Dilexit multum.* S. Petrus Damianus certam quandam unguenti speciem nos facere docet, & quidem facillè nobis persuadere possumus unguentum, quod Magdalena attulit, ejusdem prorsus fuisse qualitatis, si tamen spiritualiter intelligatur. *Vilissima sunt species,* inquit Petrus Damianus, *ex quibus conficitur ut magna eorum copia intra nostros hortulos poteris inven-*

niri; peccata igitur nostra plantata in conscientis nostris, quorum numerositas præ multitudine numerari non potest, species ejus sunt: ipsa igitur in mortariolo pœnitentiæ macerationis pistillo contusa, & resperfa discretions oleo doloris igne supposito, & in ahenò disciplina concocta unguentum exhibent pretiosum, & acceptum pedibus Salvatoris. Sanctus & mellifluus Ecclesiæ Doctor Bernardus in quodam sermone suo super Cantica, tria distinguit unguentorum genera, circa quæ scribendo diffunditur, nimirum devotionis, contritionis, & pietatis; quæ omnia in sanctæ hujus pœnitentis manibus perfectè inveniemus. Et primò quidem unguentum devotionis; siquidem ipsam semper & ubique reperietis perpetuam Christi sectatricem, divinumque ejus verbum devote auscultantem. Deindè unguentum contritionis; quia per totum vitæ suæ decursum lachrymis & singultibus noctes diesque peregit. Denique unguentum pietatis; quia misericordiæ operibus semper dedita fuit; quia Christum ad usque Calvariæ montem constanter secuta, tenerimè erga eundem compassionem ferebatur, eju- quæ corpus mortuum in sepulturam aromatis condidit.

4. *Unguento ungebat.* Magdalena trinis distinctis vicibus, prout Cardinalis Baronius accuratè ponderavit, Salvatoris caput & corpus pretioso unguento perfudit: estque celebris illa apud Joannem cap. 12 descripta unctio, Obsequium etenim insolitum, omni-que carens exemplo fuit, unguento Nardi pistici pretiosi pedes Salvatoris inungere & perfumare, id est, unguento non adulterato, de cujus exquisita sinceritate Plinius prolixius agit; ad quod proinde obsequium ne quidem ipsimet Imperatores Romani unquam pertigerunt, ut videre est in Annalibus Ecclesiasticis. Undè Plinius de Otone velut singulare quoddam prodigium refert, quod is Neronem illud præparare docuerit. Undè clarè deducitur, in quanta æstimatione & pretio sancta hæc pœnitens Christum habuerit; siquidem ex sincerissimo amoris & reverentiæ motivo, hæc tanti valoris & pretii unguenta, ad eò eidem accepta diversis ei vicibus adhibuit. Talem autem unguentum istud edidit odoris fragrantiam, ut tamen jam ab illo tempore plus quam milleni & sexcenti elapsi sint anni, odoris tamen illius fragrantiam per universam terram cœlumque nemo non percipiat. Amen dico vo-

Serm. 10.
in Cant.

Am. 32. 24.

Lib. 13.
nat. hist.
61.

Matt. 26. bis: (ita Deus ipse promittit) *Vbicunque pradicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.*

Hom. 3. in Cant. Ubi Nyssenus ita scribit: *Domum autem bono odore repletam pro toto mundo & universo orbe terrarum adnotet esse intelligendum: dicens: Vbi ungue pradicatum fuerit hoc Evangelium, odor unguenti simul distribuitur cum pradicatone Evangelii; & monumentum, inquit, erit ejus Evangelium; adeoque si Magdalena ad præparandum Redemptori nostro lautum convivium omnes dissipasset Eriſthraei maris margaritas & uniones, omnia monilia, cunctoque lapides pretiosos, id ei adeo acceptum futurum tamen fuisse, sicuti ei gratum extitit istud unguentum. Optime Chryſostomus observat, quod tamen sub æternæ oblivionis lapide sepulta jaceant tot armis comparata potentissima regna, tot Imperatorum victoriae atque trophæa, tamen si exciderint tot innumerorum heroicorum facinorum memoria, totque admirandorum*

Hom. 8.

operum monumenta; attamen hoc omnes concinnunt in orbe terrarum, & tempus tantum pertransiit, & memoria ejus non est labefactata; quilibet enim nostrum huic sanctæ pœnitenti dicere potest: *Trabe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum*, quot enim sunt & fuere enormes peccatores, qui exemplo ipsius animo conceperunt in divinæ misericordiæ brachia incurrendi? quot odore & fragrantia unguenti ejus ad Deum adduxit, dum universo mundo testatam esse facit Christi immensam benignitatem, qua peccatores quantumvis maximos & impiissimos recipit ad pœnitentiam? S. Augustinus per unguentum Dei interpretatur misericordiam: *Unguentum effusum nomen tuum, in omnibus gentibus diffundens misericordiam tuam.* Christi namque pedes hoc unguento unguendo pietatem divinam sibi tanto magis faciebat esse propitiam, ad concedendam ei omnium peccatorum suorum plenariam indulgentiam.

Conc. 3 in Ps. 30.

De ipsius erga Christum ferventi & perseveranti amore.

DISCURSUS DVODECIMVS.

Ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos,

Lucæ cap. 7.

UT quis in notitiam amoris Magdalene devenire possit, hoc unicum dixisse sufficiat, quod idem ille, qui charitas est, de ipsa contestetur: *Non cessavit osculari pedes meos; in quo signatur fervens dilectio*, ut Seraphicus Do-

In Luc.

Lib. de

Isaac &

Aman,

ctor sanctus Bonaventura scribit, & permanens; ideo non cessabat ab osculo, quia non cessabat ab interiori desiderio. Sanctus Ambrosius circa illa verba ex facis Cantici: *Osculetur me osculo oris sui*; ubi Septuaginta legunt: *Oscule-*

tur me osculis oris sui, in numero plurali; reflexionem faciens dixit: *Non unum osculum quærit, sed plura, ut desiderium suum possit explere; qui enim diligit, non est unius osculi parvitate contentus, sed plura exigit, plura vendicat*; idque exemplo sanctæ hujus pœnitentis probat, de qua scribitur, quod non cessavit osculari pedes meos. Necessariò quoque hic facienda est ad hoc reflexio, quod Christus dum Phariseo omnia obsequia ab hac pœnitente sibi in ipsiusmet Pharisei oculis exhibita enumerat, dicendo: *Lachrymis rigavit pedes meos, capillis suis tersit, unguento unxit*; tandem ad r. *resen-*
de

utilissimo tamen, & in hac occasione opportunissimo proverbio dicitur) ut medicus sumptus, id est, unguentum & alia pharmaca, necnon & lintea ex proprio are adhibeat, hæc utique temeritas esse interpretabitur, & præsumptuola arrogancia. Pari quoque modo quod vos in divinam misericordiam spem concipientes peccata vobis condonanda, animæque vestræ vulnera curanda & solidanda esse confidatis, hoc quidem transeat, ipse namque Dominus ait: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus; non veni vocare justos, sed peccatores; at verò quòd insuper vobiscum unguentum portare nolitis, id est, ex parte vestra proxima peccandi occasionem tollere, hanc vel illam restitutionem facere, vel à certo quodam peccandi periculo discedere recusatis, aut verò quòd toto conatu vestro auxiliis divinis pro salute vestra vobis subministratis, cooperari nolitis, Deum omnia hæc se solo facturum esse præsumentes, hoc, inquam, ingens quædam est temeritas & præsumptio; tritum enim est illud axioma: *Qui creavit te sine te, non salvabit te sine te; vult enim Deus nostram cooperationem; & facienti quòd in se est Deus non denegat gratiam.* Undè tametsi sancta hæc pœnitens tumnam habuerit securitatem se deinceps peccaturam non esse; siquidem hæc à Christo encomium retulit: *Optimam partem elegit sibi Maria, qua non auferretur ab ea in æternum;* attamen pœnitentiam facere, omnesque peccandi occasiones & præcipua declinare nunquam destitit.*

Conc. 1. de
Laz.

3. *Vnguento ungebat;* circa quæ verba scribit Chryllostomus: *Te non oportet olere unguentum, sed spirare virtutem, nihil immundius animam quoties corpus talè habet fragrantiam;* id quòd de Magdalena peccatrice, nondum tamen non pœnitente verè dici potuit, quando cù hoc vase alabastro ad pedes Christi unguendo properavit; tunc enim *spiravit virtutem, & nihil mundius ipsius animam,* utpotè quæ hanc Christi declarationem audire meruit: *Dilexit multum.* S. Petrus Damianus certam quandam unguenti speciem nos facere docet, & quidem facilè nobis persuadere possumus unguentum, quod Magdalena attulit, ejusdem prorsus fuisse qualitatis, si tamen spiritualiter intelligatur. *Vilissima sunt species,* inquit Petrus Damianus, *ex quibus conficitur ut magna eorum copia intra nostros hortulos poteris inven-*

niri; peccata igitur nostra plantata in conscientia nostris, quorum numerositas præ multitudine numerari non potest, species ejus sunt: ipsa igitur in mortariolo pœnitentiæ macerationis pistillo confusa, & resperfa discretionis oleo doloris igne supposito, & in ahenò disciplina concocta unguentum exhibent pretiosum, & acceptum pedibus Salvatoris. Sanctus & mellifluus Ecclesiæ Doctor Bernardus in quodam sermone suo super Cantica, tria distinguit unguentorum genera, circa quæ scribendo diffunditur, nimirum devotionis, contritionis, & pietatis; quæ omnia in sanctæ hujus pœnitentis manibus perfectè inveniemus. Et primò quidem unguentum devotionis; siquidem ipsam semper & ubique reperietis perpetuam Christi sectatricem, divinumque ejus verbum devotè auscultantem. Deindè unguentum contritionis; quia per totum vitæ suæ decursum lachrymis & singultibus noctes diesque peregit. Denique unguentum pietatis; quia misericordiæ operibus semper dedita fuit; quia Christum ad usque Calvariæ montem constantè secuta, tenerimè erga eundem compassionem ferebatur, eju què corpus mortuum in sepulturam aromatibus condavit.

4. *Vnguento ungebat.* Magdalena trinis distinctis vicibus, prout Cardinalis Baronius accuratè ponderavit, Salvatoris caput & corpus pretioso unguento perfudit: estque celebris illa apud Joannem cap. 12 descripta unctio. Obsequium etenim insolitum, omni que carens exemplo fuit, unguento Nardi pistici pretiosi pedes Salvatoris inungere & perfumare, id est, unguento non adulterato, de cujus exquisita sinceritate Plinius prolixius agit; ad quod promodè obsequium ne quidem ipsimet Imperatores Romani unquam pertigerunt, ut videre est in Annalibus Ecclesiasticis. Undè Plinius de Otone velut singularè quoddam prodigium refert, quod is Neronem illud præparare docuerit. Undè clarè deducitur, in quanta æstimatione & pretio sancta hæc pœnitens Christum habuerit; siquidem ex sincerissimo amoris & reverentiæ motivo, hæc tanti valoris & pretii unguenta, ad eò eidem accepta diversis ei vicibus adhibuit. Talem autem unguentum istud edidit odoris fragrantiam, ut tametsi jam ab illo tempore plus quàm milleni & sexcenti elapsi sint anni, odoris tamen illius fragrantiam per univerfam terram cœlumque nemo non percipiat, Amen dico vo-

SERM 10.
IN CANT.

Am. 32. 770.
24.

Lib. 13.
nat. hist.
610.

Matt. 26. bis. (ita Deus ipse promittit) *Vbicunq; praed-
icatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo,
dicetur & quod haec fecit in memoriam ejus.*
Hom. 3. in Cant. Ubi Nyssenius ita scribit : *Domum autem bono
odore repletam pro toto mundo & universo or-
be terrarum adnonet esse intelligendum dicens:
Vbi unq; praedicatum fuerit hoc Evangelium,
odor unguenti simul distribuitur cum pradi-
catione Evangelii; & monumentum, inquit, erit
ejus Evangelium; adeoque si Magdalena ad
praeparandum Redemptori nostro lautum con-
vivium omnes dissipasset Eriſthraei maris marga-
ritas & uniones, omnia monilia, cunctoq; la-
pides pretiosos, id ei a deo acceptum futurum
tamen fuisse, sicuti ei gratum extitit istud un-
guentum. Optimè Chrysostomus observat,
quod tametsi sub aeternae oblivionis lapide se-
pulta jaceant tot armis comparata potentissima
regna, tot Imperatorum victoriae atque trophaea,
tametsi exciderint tot innumerorum heroico-
rum facinorum memoriae, totq; admirandorum*

*operum monumenta; attamen hoc omnes concu-
nunt in orbe terrarum, & tempus tantum per-
transiit, & memoria ejus non est labefactata;
quilibet enim nostrum huic sanctae poenitenti dic-
cere potest: Trahe me post te curremus in odo-
rem unguentorum tuorum, quot enim sunt &
fuisse enormes peccatores, qui exemplo ipsius
animum conceperunt in divinae misericordiae
brachia incurrendi? quot odore & fragrantia
unguenti ejus ad Deum adduxit, dum universo
mundo testatam esse facit Christi immensam be-
nignitatem, qua peccatores quantumvis maxi-
mos & impiissimos recipit ad poenitentiam?
S. Augustinus per unguentum Dei interpretatur
misericordiam: *Unguentum effusum nomen
tuum, in omnibus gentibus diffundens miseri-
cordiam tuam.* Christi namque pedes hoc un-
guento unguendo pietatem divinam sibi tanto
magis faciebat esse propitiam, ad concedendam
ei omnium peccatorum suorum plenariam indul-
gentiam.*

Hom. 3.

*Conc. 3. in
Ps. 30.*

De ipsius erga Christum ferventi & perseveranti amore.

DISCURSUS DVODECIMVS.

Ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos,

Lucæ cap. 7.

UT quis in notitiam amoris
Magdalena devenire possit,
hoc unicum dixisse sufficiat,
quod idem ille, qui charitas
est, de ipsa contestetur: *Non
cessavit osculari pedes meos;
in quo signatur fervens
dilectio, ut Seraphicus Do-*

In Luc.

*Lib. de
Isaac &
Aman,*

*Et sanctus Bonaventura scribit, & permanens;
ided non cessabat ab osculo, quia non cessabat
ab interiori desiderio. Sanctus Ambrosius circa
illa verba ex facris Canticis: *Osculetur me os-
culo oris sui;* ubi Septuaginta legunt: *Oscule-**

*tur me osculis oris sui, in numero plurali; refle-
xionem faciens dixit: Non unum osculum qua-
rit, sed plura, ut desiderium suum possit explere;
qui enim diligit, non est unius osculi parvitate
contentus, sed plura exigit, plura vendicat; id-
que exemplo sanctae hujus poenitentis probat, de
qua scribitur, quod non cessavit osculari pedes
meos. Necessario quoque hic facienda est ad
hoc reflexio, quod Christus dum Pharisæo om-
nia obsequia ab hac poenitente sibi in ipsiusmet
Pharisæi oculis exhibita enumerat, dicendo:
*Lachrymis rigavit pedes meos, capillis suis
tersit, unguento unxit;* tandem ad re-ensen-
da*

da oscula pedibus suis impressa phrasim omnino mutavit, dicendo: *Ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos; cur oblecto hic duntaxat dicit: Non cessavit, non vero in aliis servitibus sibi exhibitis? Respondetur quod in lachrymarum balneo ejus demonstratur compunctio, in pretiosissimi illius unguenti effusione ejus indicetur liberalitas, in comæ suæ indecora dissolutione vanitatum mundanarum insinuetur contemptus: at verò in osculo testimonium edatur amoris & dilectionis; cuncta aha finem habent, at vero charitas continua est, perseverans, semperque magis magisque ardens. Undè trita est illa mellisui Bernardi sententia, dicentis: *Modus diligendi Deum est amare sine modo. Sedulus oculos suos in sanctam hanc poenitentem pedibus Salvatoris adolutam dirigens, eam contemplatur omnino fervidam & amore æstuantem; Provoluta vestigis, ait, nec stetu proluere, nec crinibus detergere, nec pretioso quiescebat unguento pedes osculans irrigare.* S. Bernardinus hæc adeo continua & ayda Salvatoris in pedibus infixam oscula, immensi amoris ejus interpretatur fuisse indicia: *Osculabatur pedes ejus, quod significat charitatem individui amoris divini. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo; id quod in presenti casu nostro perfecte verificatur: siquidem Christum & Magdalenam duo hæc ardentissima corda semper & individue simul esse videmus, Christum perpæpè in domus ejus hospitio receptum & commoratum fuisse legimus, ipsam vero ad divinum ejus verbum audiendum pedibus ejus invisibiliter affixam;**

Marc. 14.3 *Sedens secus pedes illius audiebat verbum ejus; similiter sæpè ipsam pretioso Christum unguento perlunivisse novimus; Fracto alabaastro effudit super caput ejus; ipsam quoque in cunctis itineribus suis per Judæam & Galilæam cum aliis quibusdam devotis mulieribus insequens, ei & discipulis suis de suis facultatibus eleemosynas in sustentationem amplissimas contulit. Insuper tametsi ab Apostolis in nocte passionis derelictus fuerit; siquidem omnes relicto eo fugerunt, ipsa ab eo nunquam divelli potuit, sequendo illum inter lictorum & apparitorum gladios & hastas, necnon ad omnia ludibria & opprobria constantissimè perseverando: Ad stare non timet Cruci, sepulchro inhaeret anxia, cruce nec horris milites, pellit timorem charites.*

Lib. 4.
pasc. 6. 5.

Serm. 39.
Sabb. Do-
min. Pent.

S. Thomas de Villa Nova in concione hodierna ita scribit: *Attendite qua dilectione prosequabatur vivum Magistrum, qua etiam pro mortuo se exponit morti, non minus pro defuncto, quam prius fuerat officiosa viventi.* Oblita erat timere (sunt verba Origenis) oblita erat gaudere, oblita erat denique omnia præter ipsum, quæ diligebat super omnia, & quod mirabile erat, sic oblita, ut etiam ipsum non cognosceret. Addit insuper quod si Jolephus ab Arimathæa specialissimo hæc perfrivitus fuerat favore, ut corpus Redemptoris in suo reponeretur se pulchro: *Maria ibi sepelivit pariter spiritum suum, & ita indissolubiliter junxit, & quodammodo univit cum corpore tuo (cum ipsomet Christo loquitur) ut facilius posset separare animam se vivificantem à vivificato corpore suo, quam spiritum suum te diligentem à defuncto corpore tuo.* S. Bernardinus id, quod sancta poenitens Christo sibi in incognitâ hortulani specie apparenti dixit, considerat, mirum: *Domine si tu sustulisti eum, dicit mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam.* Joseph corpus Christi in patibulo suspensum abindè divellere aut tollere ausus non fuit, nisi inter medias noctis tenebras, & post obtentam id faciendi à Pilato licentiam, & tu respectu tenebrarum nocturnarum nullo timore percelleris? imo tibi promittere audes, quòd illum tollere è quocunque demum loco poteris? Sed quid si in summi Sacerdotis delatus fuisset atrium, in quo Apostolorum princeps Petrus ad ignem sese calefaciebat, quodnam tunc amplexurus esses consilium? Responditque sancta poenitentis nomine sanctus hic Pater: *Et ego eum tollam.* Quidsi autem corpus ejus ab armatis in Pilati palatio custodiretur militibus, quid factura esses? *Et ego eum tollam.* Si vero in publica quadam platea ab ingenti Judæorum multitudine jacet circumdatum? *Et ego eum tollam.* *O admirabilis mulieris audacia! o mulier non mulier! nullum locum excipit, nihil antepone sine timore dicit, absolute promittit: Dicit mihi ubi posuisti eum, ut ego eum tollam. O mulier magna est constantia tua, magna est fides; sed quomodo mulier? qua valetudine? quibus viribus? quo ingenio corpus tam grave posses portare sola, cum una fueris de portatoribus ad sepulchrum? nunquid tecum tuas socias habere te credis? recesserunt. Tandem vero concludit, quòd his non obstantibus*

Hom. de
S. Mariæ
Magdal.

10an. 20. 15

forti

forti & generoso concepto animo responderit: *Et ego eum tollam; amor enim impossibile ad possibile sua opinione reducit, & quod nequit efficere posse se credit.* Amorem illum vehementem, quocum ante conversionem suam Creaturas diligebat, in Creatoris amorem tanto evidentiori cum argumento commutavit, quanto objectum quod diligebat excellentius amoreque dignius erat. Quando benignissimus Salvator Lazarum fratrem ejus, ob singularem quo torore ejus & præcipue Mariam prolequebatur amorem à mortuis suscitavit, accidit, ut qui prodigum hoc spectaturi advenerant, ipsum ad monumentum resuscitandi Lazari amareflectentes videntes, hanc ex vilofietu arguerent consequentiam: *Ecce quomodo amabat eum.* Hoc autem supposito, ad illa verba *Lachrymis cepit rigare pedes ejus*, nec non ad omnes lachrymas, quas donec anima ejus in cælum evolaret, copiosissime effudit, oculos & animum vestrum pariter intendatis, sic enim quadatenus in aliqualem ardentissimi ipsius erga Christum amoris cognitionem devenire poteritis. Carbo aliquis ignitus & candens aqua conspersus in luculentioram flammam inde erumpit, eodem quoque modo de divini amoris igne in corde Magdalene accenso dicere possumus, eum per fufas ab ipsa lachrymas & planctum continuum magis magisque temper exaruisse. Drogo Episcopus Ostiensis ita de ea scribit: *Ad lavanda sui Domini vestigia, non alias quam oculorum suorundam attulit, capillis suis pro linteis usa est, tum verò ubi affectus vehementer incanduit & ubera vit carbo lachrymarum imbre resperfus fortius exarsit.* Nunquam ignem per naturæ metamorphosin in Aquam conversam esse reperietis; e contra verò hoc elementum in ignem aliquando fuisse transmutatum ex factæ Scripturæ testimonio è Machabæorum libris petito clarè convincitur; nam cum Filii Israël tempore Sedecie Regis in servitutem abducerentur Babylonicam, Sacerdotes Jeremiâ Prophetâ monente ignem sacrum puteo alicui inclaserunt: in redi u vero posteri eorum, qui eo in loco ignem deposuerant, cupidi & curiosi videndi quid in dicto puteo reperiri essent, puteum aperientes non ignem sed aquam crassam invenerunt, quæ foras educta, & suadente Necè.

Mansij Sanctuarij Tom. III.

nia super sacrificia effusa, cum vix à radiis solaribus contingeretur, in ignem conversa protinus fuit. Quam historiam author quidam modernus admodum ingeniosè sanctæ poenitentis sequentem in modum applicat. Observat enim, quod Deus inter medias dissolutiones, delicias, voluptates, & vana hujusce peccatrici gaudia, aliquantulam sacrosancti & Divini amoris sui ignem in ejus corde absconderit, quæ ex audita in templo Divini verbi prædicatione accensa, perque illud lumen, quod ei per illud, *cognovit*, communicatum fuerat, nec non per salutaria Marthæ sororis suæ consilia & exhortationes miris incrementis adauctâ, in amarissimas tandem lachrymas erupit, quæ super contriti cordis sui sacrificium ab ea DEO oblatum, *sacrificium Deo spiritus contribulatus*, cor contritum & humiliatum effusa, atque veri justitiæ Solis Christi radiis contactæ in DEO ardentem charitatis ignem efflagrarunt, ut ipsomet Christo teste de ea dicere sufficiat: *Dilexit multum.*

2. Tricissima est illa D. Gregorii sententia, qua dicit: *Probatio dilectionis exhibitio est operis* Hodiernum velim Evangelium in manus accipiatis, & post prima illius verba, quæ hoc mane audivistis, nimirum: *Et ecce mulier qua erat in civitate peccatrix*, id ipsum ad finem usque prosequamini, & invenietis, quod hunc ignem amoris & charitatis erga Deum in cunctis suis actionibus in gradu intensissimo fecerit resplendere. S. Thomas de Villa Nova id ipsum latè de ea deducit hæc ut verbis: *Non solum enim ut succinctè multa transmittamus facultates amplissimas, & sæculi hujus omnes delicias, honores, potentiam, & quicquid in eo desiderabile est, contempsit, & penitus reliquit. sed etiam Apostolica mulier, postquam post Christi ascensionem Evangelium prædicavit, multasque ad Christum animas convertit, post longa itinera & nimios labores, post frequentes populi Iudaorum contumelias, pro vera fidei confessione prolixam vitam hujus diuturnitatem molestè ferens in eremum in sine solitaria perrexit, ubi se totam in sponsi sui contemplatione tradidit, quamdiu non permitteretur jucundissimâ illius perfrui visione.* Carthusianus nonnullos in sanctæ hujus Poenitentis laudem sermones composuit, in quorum tertio ita de eâ scribit: *Quid enim aliud egit*

F *dio*

Io. 11. 13.

Ser. 1 de Pass.


2. Mach. 1.

Ser. 94.

Ser. de
Maria
Magd.

die ac nocte per annos illos triginta nisi Deo vacare, Deum laudare orare, contemplari, diligere quasi continuo, omnique hora validius ipsum amaret, intensius inflammari, ita quod tota res solvebatur ac transformebatur in Deum! num forte animo & intellectu vestro concipere poteritis, quantum in divinæ justitiæ bilance infinitum illud debitum quod contraxerat, illisque verbis, *Ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, insinuat, præponderavit? & tamen notum est omnibus, quod primi divini amoris actus, quos in corde suo in Christi præsentia excitavit ad totum hoc immensum debitum extinguendum suffecerint, uti per illa Christi verba innuitur, Remittuntur tibi peccata tua; neque hoc solum, verum etiam eadem eodem tempore sanctam & eminenti quadam perfectione & sanctitate præditam effecerit, ipsomet Christo id hisce verbis declarante Dilexit multum. Unde Chrysologus ait: *Audisti quemadmodum cælestis creditor totum debitum charitate compensat, & ad incrementum totius scænoris amoris solius exigit & requirit usuram.* S. Petrus Damianus hoc ei epithetum mirificè eidem proprium attribuit, *Dilecta propriè Salvatoris.* S. Vincentius Ferrerius norat Christum huic sanctæ Pœnitenti post conversionem multa attribuisse officia, quæ omnia ad hunc amorem & confidentiam relationem habent; ipsam namque suam fecit esse thesaurariam, quia ministrabat ei de sacculatibus suis, prouti jam diximus; adeo ut non solum ipse, sed & universum collegium Apostolicum ex liberalitate & charitate Magdalenæ magna ex parte victum reciperet; ipsam quoque suam fecit esse secretariam, siquidem ad ipsum audiendum ad ejus pedes affixa hærebat, idque dum solus cum sola loqueretur absque eo, quod ab aliis circumstantibus audiretur, quid*

diceret; neque etiamnum scitur quænam fuerint illa altissima & imperfructabilia mysteria, quæ cum ea contulit, hoc solum excepto quod nobis constet, quod Martha Salvatore interpellante ut forem sibi in auxilium ad cenam ei præparandam assurgere juberet, ipse responderit: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea;* ipsam non solum intimam suam, sed & sanctissimæ matris suæ familiarem & domesticam declaravit, licet enim intemerata virgo sole purior esset, cum Magdalena tamen intimè conversari nequaquam est dedignata; denique ipsam Apostolorum Apostolam constituit, unde à S. Petro Damiano appellatur, *Apostolorum Apostola,* & idemmet S. Vincentius dicit, *Petrus & Paulus, & alii fuerunt Apostoli, id est, missi ad peccatores, sed Maria Magdalena Apostolorum Apostola, scilicet missa ad convertendos Apostolos dubios de Christi resurrectione: Vade ad fratres meos & dic eis, &c.* Sanctus & melius Bernardus in hujus amoris probationem ad hoc se refert, quod quotiescumque Magdalena ab iis qui puritatem charitatis & amoris ejus non intelligebant, contumeliabatur, Christus semper ejus defensor & advocatus fuerit: *Vide prærogativam Maria, quæ in omni causa Iesum habet advocatum; indignatur siquidem Phariseus, conqueritur soror; & etiam discipuli murmurant, ubique Maria tacet; & pro ea loquitur Christus,* unde meritò sancta Pœnitens dicere debebat, *Domine vim patior, responde pro me.*

Serm. de
Assumpt.

Aliqui ardentissimi amoris Magdalenæ effectus considerantur.

DISCURSUS DECIMVSTERTIVS.

Dilexit multum. Lucæ c.7.

Mensuram sanctitatis & perfectionis animæ à magis vel minus intenso charitatis & amoris Dei gradu desumi certissimum est, *Perfectio Christiana vita* (ita scribit Doctor Angelicus) attenditur secundum charitatem; hoc principio supposito, facile nobis erit in meritum heroicarumque virtutum, quibus Magdalena Dei sibi benevolentiam conciliavit, noticiam devenire, siquidem ipsissima prima & æterna veritas primo conversionis suæ die de ipsa attestatur, quod *Dilexit multum*. Equidem incarnata illa sapientia multos alios servos suos laudare non fuit dedignata; nam Nathanaëlem commendavit ob sinceritatem & simplicitatem suam, dicens: *Hic est verus Israelita, in quo dolus non est*. Centurio ab eo circa fidem suam laudatus fuit, dum ait: *Non inveni tantam fidem in Israel*. Cananæam admiratus est ob perseverantem suam fiduciam: *ô mulier magna est fides tua*. Baptista ob suam stabilitatem laudem retulit: *Quid existis in desertum videre: Arundinem vento agitatam? hic est, de quo scriptum est, ecce ego mitto angelum meum*. Sanctus Petrus ex eo laudatus fuit, quod dignus factus fuerit divinitatis suæ revelatione: *Beatus es Simon Bariona quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in caelis; omnes quoque alios Apostolos laudavit, quod ejus se sequelæ addixerint: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*; at verò Magdalenam laudaturus ejus illi virtutis laudem attribuit, quæ cunctis aliis longè supereminet, quæque universas amplectitur, *Major autem horum est charitas, sine qua nulla alia virtus habere meritum, aut Deo accepta esse potest*. Eruditissimus quoque Idiota de ea scribit:

Maria charitate vulnerata non quamlibet partem, sed optimam elegit Ipsa ibi exorta est, ubi alii finiunt; illam perfectionem, illum donorum, divinarumque gratiarum cumulum, quem alii post longum quemdam annorum gyrum in continuis rigoribus, & innocente & pœnitente quâdam vitâ sibi adfiscunt, ipsa primo conversionis suæ die consecuta fuit, unde meritò ad eam illa sancti Paulini verba dirigere possumus: *Cum hoc tibi fuerit virtutum in Christo rudimentum; quod longorum laborum paucis consummatio est, dubitamus etiam nunc, an perfectus sis, qua de perfectione cœpisti? & si legitimo coronanda sis agone decurso cum currere ceperis à Corona? Sanctus Thomas de Villa-Nova de ea dicit, quod si noctu diuque ad ejus laudes deprædicandas laborando contenderem, nullum tamen adinvenire encomium possem, quod illud ei à Christo attributum encomium, *Dilexit multum*, adæquaret; etenim si ipsa Christum multum dilexit, consequens est, ut multum quoque ab eo redamata fuerit, & quo magis dilecta, eo magis ceteris excellit & gloriosior effecta; enim verò quod si scire desideramus, quam ardens hæc amoris sui flamma, à reciproco Christi sponsi sui amore compensata fuerit, Seraphinum quendam, Doctorem Seraphicum intelligo, hac super re interrogemus, qui ait: *Supra humanum eloquium dilexit Christum*, etenim hæc lingua, nec calamus unquam sufficienter amorem hunc declarare poterit, adeo ut ipse jam dictus Doctor sermone antecedente fateatur: *Quam ardenti desiderio, quam flagranti incendio se Magdalena ad Christum habuerit, quis ullis exprimat dignis verbis? S. Bernardinus hac de re ita scribit: Septem amoris flammis seu amoribus inflammatu ardebat cor Magdalena; Primus dicitur amor insuperabilis; secundus insuperabilis; tertius insatigabilis; quartus invariabilis;**

Lib. 1. de amore Dei ep. 28.

Ser. 2. de S. Maria Magd.

Ser. 46. in ser. 5. pass. art. 2.

2. q. 184. art. 3o

Io. 1. 47.

Luc. 22. 28.

riabilis; quintus insatiabilis; sexus infociabilis; septimus inaccessibleis. Insuperabilis quia ad Pharisæi & Judæi murmuraciones, nec non ad Marthæ sororis suæ querelas solida & imperterrita remansit; unde dicere potuit: *Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me.* Fuit etiam amor ipsius inleparibilis; siquidem ei præ cunctis aliis DEO charis animabus convenit illud Apostolicum: *Qui autem adhaeret Domino, unus spiritus est;* à primo quoque conversionis suæ momento ipsam semper cum Christo in vita, morte, sepulchro conjunctam & associatam esse reperimus; & post suam à morte resurrectionem, eidem præ cunctis aliis omnium primò apparuit. Fuit similiter hæc ejus charitas insatiabilis, quia *insatiabiliter illum audiebat, in vita & in morte secuta est, unguenta præparavit corpori defuncto, ibat ad sepulchrum & redibat; propter hunc insatiabilem amorem Apostolorum Apostola facta est.* Fuit pariter amor ejus invariabilis, quia si quis tempore vitæ ejus in Massiliensia deserta concessisset, ibidemque ipsam per triginta annorum decursum in austerissimis illis pœnitentiis magis magisque quotidie in frivalescentem considerasset, huic ipsa utique dicere potuisset: *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* In hoc amore quotidie facta est stabilior & perseverantior, quia amor idem insatiabilis fuit, unde idem sanctus Bernardinus exclamat: *O insatiabilis Marie Magdalena amor, præ gustâs Dei delicias amplius in desideriiis ardebas, quia si tibi dabantur ad plenitudinem, nunquam tamen ad satietatem.* Fuit insuper infociabilis, quia nulli unquam creaturæ deinceps quoad usque vixit hujus amoris sui participem fieri permisit, quin potius eundem ab eo momento, quo hæc verba: *Dilexit multum prolata fuere, creatori suo indivisibiliter exhibuit.* Unde sanctus Bonaventura ait: *Poterat sancta dicere Magdalena, quod de sponso in Canticis dicitur: sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo, quoniam triginta annus in deserto absque humano solatio fuit, ubi nihil aliud gustavit, quam verbum æternum.* Adeo amor hic infociabilis fuit, ut ipsam nulli alteri præterquam dilectio suo adstrictam fuisse constet; unde *quando tenuit pedes ejus, dicere potuit; tenui enim, nec dimittam, aon*

Job. 17. 3.

Ser. I. de
S. Maria
Magd.

Cant. 3. 4.

introducâ illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ; sæpenumero enim illum in domum genitricis suæ, multo autem magis in cubiculum cordis sui introduxit, eumque ibidem hospitio excepit, siquidem *Optimam partem elegit sibi Maria, qua non auferetur ab ea.* Sanctus Bernardinus ait: *Septies in die ab Angelis elevata amoris ebriitate transformabatur in Christum.* Fuit denique amor hic inaccessibleis, quia illum capere nequivit ullus quantumvis sublimis & perspicax humanus intellectus, prout jam diximus.

2. *Dilexit multum.* Ponderetur obsecro hoc verbum: *In civitate peccatrix,* & circa illud hunc in modum discurremus, Sanctus Paulus antea quidem Ecclesiæ persecutor fuit, at tamen protestatus est, dicens: *ignorans feci,* Gal. 1. 4. *amulator existens paternarum mearum traditionum;* neque in eo præter hanc noxam alii unquam defectus notati fuere. Sanctus Petrus Christum quidem negavit, mortis tamen ingenti metu percussus id commisit. Sanctus Thomas aliquantulum quidem obstinatus permansit Salvatoris Resurrectionem credere, nolens hic tamen quidam error fuit intellectus. Sanctus Matthæus usurarum & lucri amore captus; David vero enormi adulterii scelere obnoxius fuit: at verò in Magdalena septem Dæmones, qui omnium septem peccatorum & vitiorum capitalium expressivi erant, nificaverant; & ideo ardentissimos elicit Divini amoris actus, qui immensum innumerabilium peccatorum, & enormissimorum excessuum suorum onus adæquarunt, & ideo de ea Christus dicit: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Porro peccatorum remissio soli amoris adscribitur. Unde beatus Laurentius Justinianus ait: *Quamvis lachrymis Domini rigaverit pedes, crine terferit, frequenter osculata fuerit, minime tamen pro his meruit indulgentiam, sed pro dilectione tantum, dicente de illa Domino: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Imo amor hic adeò intensus fuit, ut non solum ipsam eriperet ab inferno, verum etiam ipsam pertingere fecerit ad eminentem adeo perfectionis & sanctitatis culmen, ad quantum Petrus aliquis, Paulus, Thomas, Matthæus & plures alii per plurimorum annorum curricula potuerunt

Ser. cit. ar.
1. cap. 5.

Gal. 1. 4.

Serm. de
S. Maria
Magd.

Ser. 94.

runt pertingere, nam ut supra ex mente Chry-
fologi scripsimus: *Conspicimus eam non solum
caruisse peccatis, sed ad totum sanctitatis verti-
cem pervenisse.* S. Augustinus in *Tract. de Lau-
dibus Charitatis* ait: *Charitas mors est crimi-
num, via virtutum;* & S. Gregorius in qua-
dam Homilia sua de hac flamma loquens ait: *In-
cendit planè peccati rubiginem, quia ardet
valide per amoris ignem; tanto namq; amplius
peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris
cor magno charitatis igne concrematur.* Simi-
lem fere conceptum Venerab. Beda adducit,
dum ait: *Quid esse credimus dilectionem, nisi
ignem; quid culpas nisi rubiginem; unde nunc
dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia di-
lexit multum.* Idiota confiderat, quod tam-
etis multa Salvatori in sua conversione præ-
stiterit obsequia, ut Justinianus ait: *Tamen
istis non attribuitur remissio, sed soli dilectioni,
quia sine dilectione parum valuisset;* Cajetanus
observat, Christum non dixisse: *Dilexit mul-
tories, sed multum, ut hinc discas non oportere
ad delendum centum peccata, exigi centum
actus diligendi, exigi centum contritiones, quo-
niam semel diligere multum delet, innumera-
bilia peccata.*

3. *Dilexit multum;* quia ut Chryfologus
scribit: *Amor impenetrabilis est lorica, respuit
jacula, periculum insulstat, mortem irridet;* Et
ideo Magdalena ob Pharisei maledicentias,
ob ludibria convivarum, vel per aliorum quo-
rumcunque contradictiones post conversionem
suam nequaquam retro abiit, neque carnificum
truculentiam quicquam formidavit, neque ar-
matorum militum ad sepulchri custodiam excu-
bantium verita est sævitiem, nec synagoga &
totius adversus eam conjurari Hebraicum per-
secutiones expavit, utpotè specialissima & in-
dividua Christi comes, & fidei suæ annuntia-
trix Apostolica, maris non timuit scopulos nec
procellas, quando in fracta & ruinosa navi ven-
tis exposita fuit. Sanctus Ephrem considerat,
quod ingrediens domum Pharisei, qui se Divi-
næ legis observantissimum, magnumque hone-
statis profèbatur zelotem, idque tunc vel ma-
ximè, quando Christum domi suæ hospitio su-
sceperat, cum tamen illa famosa meretrix esset,
ob hoc tamen animo nequaquam concidit,
nec janitores ac famulos domesticos generosa
mulier timuit, nec duram adstantium incre-
pationem, unum hoc totum cogitans, dicensque,

*quod si totam meam faciem quasi ferream aut
aream non reddidero, salvari ex turpi inunda-
tione lascivia mea non potero.* Verum dicat ali-
quis, undenam sibi hanc tantam animosiratem
acquirere potuit? *Perfecta charitas foras mittit
timorem.* Hoc totum mirè cum eo convenit, 18.
quod S. Thomas de Villa Nova in persona
sanctæ pœnitentis loquens, ita meditatur: *Si
quis me desidem aut inertem vocat, si quis in-
dignatur, si quis irascitur, si quis murmurat,
nihil confundar, quoniam quicquid accidere
potest, parata sum pati, dummodo nemo mihi
suavissima præsentia solatia impediatur, aut ju-
cunda conversationis dilectionem surripiatur.*

4. *Dilexit multum.* S. Hieronymi sententia
est: *Amor aut pares accipit, aut facit.* Etenim
quis non videt, qualiter sancta pœnitens inti-
mam sibi cum Christo familiaritatem conci-
liarit, a deo ut eam veluti individuum Christi
comitem in vita & in morte, & post mortem, imò
post suam quoque in cœlos ascensionem eidem
semper associatam videamus, siquidem etiam in
quotidianis raptibus & extasibus suis in Massi-
liensibus illis speluncis ei adstricta permansit? *Tam
lata ac jubilans* (inquit de Massiliensibus
rupe Laurent. Surius) *Angelorum turba adfuit,
ut aternam vitam in hoc antro credidisset.*
Quod si autem horrida illa rupes sive antium
Magdalene quædam Angelorum mansio, & cœ-
lum Empyreum fuit, prouti nobis sanctus Tho-
mas fidem facit, utique Angelis plena fuit, qui
Magdalene rivales & amantissimi erant: *Angelos pro
rivalibus amatores suscepisti.*

5. *Dilexit multum.* S. Bernardus de amore
divino ita scribit: *Divinus amor ubi venerit, Ser. 83. in
ceteros in se omnes traducit, & captivat effe-
ctus.* Vultisne videre, qualiter amor ejus ip-
sam totaliter in Deum transformet? Quando
Angeli juxta sepulchrum Domini cum ipsa
fermociuari cœperunt, ipsam interrogando: *10an. 20.
Mulier quid ploras?* ipsa eisdem nequaquam
vidit, utpotè in dilectum suum totaliter ra-
pta & absorpta; unde respondit: *Tulerunt
Dominum meum.* Origenes quoad hanc con-
solationem attinet, quam ei Angeli juxta
sepulchrum confidentes exhibebant, ita san-
ctam hanc pœnitentem alloquitur: *Ecce ha-
bes Angelos, sufficiat tibi Angelorum visio; mox
verò ejus nomine responderet, dicens: Onerosi
sunt mihi omnes consolatores, gravant me, non
consolantur, ego enim quero creatorem, & ideo*

1. Joan. 4.

In cap. 7.
Mich.Ser. 83. in
Cant.10an. 20.
13.

gravis est mihi omnis creatura ad videndum S. Bernardus alibi, scilicet de triplici coherencia traſans, infallibili veri amoris notam affigat, dum ait: *Perfecta charitas est, quando nihil dulceficit homini sicut Deus, addere possumus, prater Deum.* Gilibertus Abbas quoque scribit: *Quam durum est in dilectionis jura peregrinas admittere curas.*

6. *Dilexit multum.* Pœna interroget, inquit S. Gregorius, *si quis veraciter amet.* Quotiescunque enim quis in afflictione positus, molestiam hanc pro objecto amato patienter sustinet, verum veræ dilectionis indicium veraciter prodit, Sancta hæc pœnitens corpus suum capillis suis duntaxat contentum, cætera verò æris temporisque injuriis expositum per triginta annos duris jejuniis, aliisque corporis macerationibus affixit, illud non aliunde quàm ex sola provisione cœlesti nutriens; nam ut Carthufianus scribit: *In illo deserto nec aqua fuit, nec arbor, nec herba humano esui apta; ex quo innoteſcit, quod non terrenis sed cœlestibus alimoniis eam Deus sibi nutrire decrevit.*

7. *Dilexit multum.* Quisnam obsecro post hoc præclarum Magdalene exemplum excusare se poteat, quo minus ad obtinendam scelerum suorum remissionem ad veram conversus pœnitentiam, peccatum detestetur? *Quis accusabit jam infirmitatem suam?* inquit S. Thomas de Villa-Nova, *quis prætexet corporis teneritudinem, cum ista foemina delicata qua tamdiu fuerat in delitiis, tantum rigorem & asperitatem vita tam longo tempore sustinuerit?* Num fortè vos exinde excusandos esse existimatis, quod in culpa habituati sitis? *Ecce mulier qua erat in civitate peccatrix.* Num fortè in eo difficultatem aliquam experimini, quòd vitiatorum, inordinatarumque

passionum vinculis, omnisque generis sceleribus innexus existas? Frustra id præendis; Quis enim hisce abominationibus magis Magdalena obnoxius fuit, de qua Dominus septem Damonia ejecerat? Num fortè te ratione juventutis, nobilitatis, sanitatis, aut propter ingentes divitias excusari putabis? Erat hæc sancta pœnitens omnibus tam naturæ, quam fortunæ bonis dotata, & tamen pœnituit. Chryſologus nos docet, nihil esse in rerum natura, quod Christo à nobis pro peccatorum remissione oblatum, eadem non sufficiat: *Dominicos pedes lavat lacrimis, crinibus tergit, vacat ab excusatione paupertas, inhumanitas veniam non habet, quia in totum sibi natura sufficit ad obsequium creatoris.* Aut vero dato etiam quod omnes hæcæ adductæ excusationes admitti debeant, nulla tamen adhuc tibi superest te excusandi occasio, quo minus hunc Deum tuum amare non possis; siquidem ad amoris & charitatis actus eliciendos, nulla alia re opus est, quam corde, id quod in nostra facultate positum esse, haud dubie nequaquam negabitis, quandoquocunque autem ad DEUM amandum usque pertingitis, ad peccatorum quoque vestrorum veniam & generalem absolutionem pertigisse censemini; *Remittuntur ei peccata multa; quia dilexit multum,* etenim certissimum est, quod *Charitas operit multitudinem peccatorum;* Nullus autem verè dicere poterit, quod quâ ratione DEUS amandus sit, nesciat; Quia *Non est qui se abscondat à calore ejus;* ubi Hugo Cardinalis ait. *Nec est, qui se possit excusare, quin eum diligere possit.*

Ser. 93.

1. Pet. 4. 8

DE FESTO
S. JACOBI MAJORIS
APOSTOLI
DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSVS I. Variæ tonitruï proprietates S. Jacobi Apostoli virtutibus & actionibus adaptantur.

DISCURSVS II. Copiosa consideratur messis, quam Apostolus horreo Ecclesiæ invexit, tametsi quoadulque vixit ad veram fidem paucos converterit.

DISCURSVS III. De gloria & insigni honore, quibus S. Jacobus Major Apostolus in hac præsentî vita exaltatus fuit, & de veneratione sepulchri ipsius.

DISCURSVS IV. De fervore, magnanimitate, & promptitudine S. Jacobi Apostoli in sustinendis tormentis & morte pro Christi nomine.

DISCURSVS V. Explicantur virtutes heroicæ, & merita insignia, quibus median-
tibus gloriam cœlestem est affectus.

Variæ tonitruï proprietates S. Jacobi Apostoli virtutibus & actionibus adaptantur.

DISCURSVS PRIMVS.

Imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitruï.

Marci Cap. 3. v. 17.

Mysteris utique plena fuit illa duobus fratribus Jacobo & Joanni ab incarnata sapientia facta nominis impositio, eò vel maximè, quòd eodem prorsus tempore acciderit, quo sancto Petro nomen pariter mutaverat, prouti ex Cap. 3. marci clarè colligitur, ubi primò dicitur :

Imposuit Simoni nomen Petrus, & immediatè idem S. marcus subdit, eodem prorsus honore Christum Zebedæi filios honorasse : Et iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitruï. Enimverò si primus humani generis parens ea præditus fuit sapientiæ discretione, ut singulis animalibus singula quoque nomina aptissimè sciret imponere : Appellavit- que Adam nominibus suis cuncta animantia :

Gen. 2 20.

multo

multò magis secundus hic Adam, *Adam de caelo caelestis* nomina dilectissimorum discipulorum & Apostolorum suorum donis, virtutibus, & meritis correspondentia imponere noverit; siquidem ipse sciebat, quid esset in homine. Cum igitur illos Tonitru Filios appellavit, convenit credere ipsos suis in operibus multas tonitru virtutes & proprietates expressisse, prouti circa personam S. Jacobi discurrendo clarè innotelet.

Lib. 2. nat.
q. cap. 27.

In Ps. 17.

Matt. 20.
24.

2. *Filius Tonitru*. Seneca in ea fuit opinione, quòd tonitru per nubium ad se invicem factam collisionem produceretur, ad eum ferè modum, quo per complosionem manuum ad invicem rumor aliquis & strepitus excitatur. Huic quoque opinioni Hugo Cardinalis consentire videtur, dum circa illa verba: *In tonitru de caelo Dominus*, ita scribit: *Tonitru est ex collisione nubium*. Porro per nubes Apolto'i intelliguntur: *Qui sunt hi, qui ut nubes volant*. Et sanctus Augustinus super illa verba: *Sagittae tuae transeunt*, ita ait: *Apostolos quos dudum nubes vocaverat, modo sagittas nominat*. Et Hugo Cardinalis circa illum textum: *Nubes transferunt*, hanc glossam addit, *id est, Apostoli*. Hæ mystica nubes perstrepebant ad invicem, quando ut sanctus Mattheus scribit: *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus*, & quando ut sanctus Lucas ait: *Facta est contentio inter eos*, audità nimirum eà petitione, quam mater Jacobi & Joannis, ut in currenti Evangelio scribitur, Christo de primis regni ejus sedibus proposuit. Vel etiam dicere possumus, quòd cum fulgur *filius tonitru* existat, sciendum sit fulgur hoc suam à terrà originem trahere, & tamen terrestri sit quædam exhalatio, terram tamen in matrem agnoscere dedignetur, unde à Solis radiis in altum sublevata, cælum versus erigitur, nubes verò in illa regione consistentes, ut transitu ei intercludant, eandem supplantant, ne altius evehi possit, hæc verò à terra nata exhalatio ab hac oppositione majorem sibi vigorem acquirens, eo utque volvitur, & revolvitur, donec incallescens luto cingatur, & in fulgur transformata per fulmina & tonitru magno cum strepitu in terram dilabatur, ibidemque turres fortissimas dissipet. Similem ferè ob rationem S. Jacobum *filiu tonitru* dictum asserere possumus, tamen enim vilibus fuerit natalibus progenitus, humilemque piscatoris condi-

tionem & professionem subierit, attamen à vero Justitiae Sole instar humilis vaporis ad collegii Apostolice cœtum evehus est; cumque primum in schola Christi locum ambiret, visà oppositione ab aliis Apostolis, imò & ab ipsomet Christo facta, ambitione terrenà in cœlestem commutatà, id est, petitionem Christo propositam ad primas regni cœlestis, non verò terrestris sedes ordinando, eò usque volvebatur & revolvebatur, id est, talicum fervore, tantaque cum velocitate Evangelii lucem vibravit, ut quoad posset, idololatram dissiparet, ut exinde meruerit primus præ cunctis aliis beatum illud regnum ingredi, & primus duodecim illos occupare thronos Apostolis promissos, siquidem primus inter Apostolos in suo throno confedit. Author operis imperfecti in ea est opinione, quòd mater ad filiorum instantiam primas non inter nos, sed inter Seraphinos sedes poposcerit: *Laudanda est mater*, inquit, *qua non terrena sed cœlestia filiis suis petebat*. Est & aliud in hac tonitru analogià latens mysterium, enim verò Christus Dominus ad exprimendam velocitatem, quæcum ad judicium universale est descensus, fulguris similitudine utitur, dicens: *Sicut fulgur exiit ab oriente, & paret usque in occidentem, sic erit adventus filij hominis*; Etenim vix terrestris hia Gallæ vapor in die Pentecostes Spiritus S. ignem concepit, cum ecce ab ardentissimo fidem propagandi zelo stimulatus, præ omnibus aliis sollicitissimus & velocissimus fuit, ut per varias mundi partes discurreret. Unde in lectionibus hodiernis dicitur: *Post Jesu Christi ascensum in cælum in Iudæa & Samaria prædicans ejus Divinitatem plurimos ad Christi fidem convertit*. S. Vincentius Ferrerius in Sermone de hoc Festo in ea est opinione, quòd sanctus Jacobus mox ut mandatum audivit Salvatoris dicens: *Euntes in mundum universum, prædicite Evangelium omni creatura*, nequaquam distulerit eidem parere, licet credendum sit, quòd prius Spiritum S. præstolatus fuerit, juxta ejusdem Redemptoris nostri commissionem dicens: *Manete in civitate, donec induamini virtute ex alto*. Quis fuit primus Apostolorum, inquit Ferrerius, qui hanc legationem exequatur eundo per mundum? non Petrus, nec Andreas, nec Ioannes sed Jacobus iste, mox Hispaniam adisse, & ibi aliquos ad fidem convertisse, Ecclesiarum illius provincie

Matt. 24

In Le. 8.

Marc. 16.

Luc. 24.
49.

provincia traditio est. Et quidem tametsi traditionem esse dicat, non tamen ideo minus id certum est; pro quo notanda sunt verba illa Chrysostomi dicentis: *Quamobrem Ecclesia quoque traditionem cenſeamus esse fide dignam; est traditio, nihil amplius quaras.* Porro difficultas quæ obijci posset quoad iter S. Jacobi in Hispanias, hæc à Cardinali Batonio in annotationibus ad Martyrologium soluta est; observat enim quòd cum S. Jacobus Hierosolymis martyrio affectus fuerit, priusquam inter Apostolos mundus divideretur, ipsique fidei prædicandi causâ ad provincias illis assignatas discederent, necessario dici debeat S. Jacobum utpotè omnibus aliis ferventiorum, immediatè post mortem S. Stephani in Hispanias concessisse, & tametsi S. Lucas scribat, in illa persecutione discipulos dispersos esse, non Apostolos; dicit enim expressè: Non Apostolos, id tamen de majori parte Apostolorum intelligendum est. Notandum quoque est illud significantissimum & mysticum adverbium, *Mox*, dum dicitur *mox Hispaniam adisse*; ex eo namque fervidus hujus Apostoli in dilatanda & prædicanda sancta fide zelus clarè deducitur; siquidem ad instar fulguris & tulinis longa & ærumnosa itinera decurrit in ultimas usque mundi partes, moxque reversus est, ut se aliis discipulis Hierosolymis conjungeret.

Lib. 6.

3 *Filius tonitruu.* Lucretius de tonitru scribit: *Sic fulgur quoque cernimus antequam tonitru accipimus.* Etenim experientia demonstrat, quod prius fulgur & fulmen oculis nostris appareat, quàm tonitru strepitus aurem pulset, non obstante quod prior sit nubis disuptio, quæ tonitru rumorem causet; & ratio est, quia *ſegnius irritant animos immiſſa per aures, quàm qua ſunt oculis ſubjecta fidelibus.* S. Jacobus tametsi in Hispaniarum regnis tanta cum efficacia prædicaverit, imò tonitrua ediderit, undè illud ei epithetum dare possumus, quo S. Hieronymus S. Paulum insignivit, dum illum vocat *Tonitru gentium*; illa tamen à S. Jacobo Hispaniis illata Christianæ fidei lux, tametsi ad eorundem populorum aures penetravit, nullum tamen pro tunc in obstinatis eorundem cordibus ictum dedit, sed paulò post mortem Apostoli; fulgur enim quamdiu in aëre suspensum est, ictum non facit, sed postea quando labitur; tunc enim nulla ei fieri potest resistantia: ita quoque de hoc Apostolo dicere possumus; quòd tametsi quoad

Mansi Sanctuarii Tom. III.

usque vixit paucos ad Christum converterit, at tamen postquam occubuit, id est, per mortem cecidit, tunc prædicationis antea seminata copiosissimum fructum collegit. Examinemus velim Scripturam quandam, quam in S. Jobo descriptam reperio, ubi dicitur: *Spiritus ejus ornavit caelos, id est, inquit Hugo Cardinalis, Discipulos, quando repleti sunt omnes Spiritu sancto, vel ornavit, id est, verbo firmavit: Verbo Domini caeli firmati sunt, id est, Apostoli. Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum; & obstricant manu ejus eductus est coluber tortuosus, id est, mediante divinâ omnipotentia & sapientia serpens ille tortuosus, qui in idolis adorari se curabat, à mundi tyrannide est dejectus; in verbis vero sequentibus coelestis Spiritus sancti oraculum felices prædicationis S. Jacobi prædicat progressus, dum ait: *Et cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis ejus sustinere?* cum enim S. Jacobus ab ardentissimo zelo suo infligatus primus fuerit, qui pro defensione fidei sanguinem suum fundere non dubitaverit, & consequenter pro annuntiando Christi Evangelio modicum tempus sibi reliquum habuerit, at tamen per modicum illud, quod in Judæa & Hispaniis prædicavit, tantum fructum edidit, ut à nemine satis pro meritis explicari possit. Quis enim sufficienter tot populorum conversiones, miracula, omniaque alia admiranda opera, quæ post hujus Apostoli martyrium in illis regnis subsequuta sunt, annuntiabit? Enimvero S. Paulus, tametsi Sergium Paulum converterit, omnia tamen adhibita energia & spiritu suo, quocum prædicare solebat, Eliman magum converterere non prevaluit: S. Jacobus autem non solum multos convertit obstinatissimos Hebræos, quorum causâ ingens illud Herodis contra ipsum excitatum est odium; verum etiam Hermogenem magum famosum unà cum pluribus aliis perversæ sectæ possessoribus ad sanctæ fidei notitiam perduxit; undè jure merito ipsi tonitruu titulum adscribere possumus, utpotè quem non minus quàm Paulus promeruit. Notabilia quoque sunt verba illa: *Cum vix parvam stillam sermonis ejus, &c.* Etenim coelestis sapientia ejus salutaris aqua eò usque excrevit, ut soli illius ariditatem, quod excessivo Solis ardore quasi concreverat, abundè humidificavit; undè dici potest de illo: *Aquâ sapientia salutaris potavit illi firmabitur.* Eccl. 8.*

G

bisur

Menopo
lit. Episc.

2. Cor. 4. 15.

bicur in illo, & non flectetur, & continebis illum; quæ verba adeo in illis regnis verificata fuerunt, ut in illis ad præfentes dies nostros sancta fides stabilita videatur, ita ut hæcenus nullam illius jacturam passa fuerit, quam tamen tot alia regna passa fuerunt, imo potentissimus Hispaniarum Rex ob ingentem zelum à majoribus suis hæreditariè acquisitum, quocum fidem defendit, gloriofissimum Regis Catholici titulum sibi comparavit. Eruditissimus quidam Episcopus scribit, quòd inter omnia, quæ de S. Jacobo dici possunt, hoc maximè considerabile sit, quòd quam ipsemet in Hispaniis annuntiavit Evangelii lucem, adeo firmârit & solidârît, ut quam semel recepit lucem, nunquam deseruerit; quia tametsi in aliis locis ab aliis Apostolis Christiana religio plantata fuerit, progressu tamen temporis eandem ab iisdem eliminatam videmus: *At Hispania postquam semel recepit fidem, ab ea non discessit;* Undè S. Jacobus Hispanis dicere potest, quod S. Paulus olim dixit Corinthiis: *Si decem millia padagogorum habetis in Christo, sed non multos patres; nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui;* quia tametsi non nisi pauci prædicatione ejus ad fidem conversi fuerint, attamen benè ponderanda sunt verba illa lectionum hodiernarum: *Ex quorum numero septem postea Episcopi à beato Petro ordinati in Hispaniam primi directi sunt;* hi autem septem Episcopi, qui veluti Hispaniarum Apostoli fuere, à S. Jacobo immediatè conversi esse noscuntur. Duo Scipiones Imperio Romano regna illa subjugarunt, undè glorioso hoc titulo fulminum decorari memuerunt: *Duo fulmina belli;* en vero aliud quoddam fulmen, quod Imperio Romano sed Apostolico ingentem illam & potentissimam subjicit monarchiam: in cujus signum Petrus deinceps ordinavit Episcopos, eosque ut omnes illos populos sanctæ suæ sedis obedientiæ subjecerent, in Hispaniarum regna submisit. Ictus à sagittario factus, non sagittæ, sed manui quæ illam dirigere novit, & oculo ad scopum illam collamanti attribuitur: ita quoque dicere possumus, quòd gloria, quæ ex regnorum Hispaniæ conversione lubnata fuit, non discipulis sancti Jacobi, sed ipsemet sancto Apostolo attribui debeat, utpote qui eos edocere, suâque assistentiâ & patrocinio post mortem defendere, illisque in colligenda copiosa illa mæ-

se assistere prævaluit; undè in eo adimpletum fuit, quod licèt ad aliud propositum scribit Ambrosius, dum ait: *Illustres præstantioresque Lib. 1. Offic. viri discipulorum certaminibus magis quàm c. 41. suis vincunt.*

4. *Filius tonitru.* In S. Bernardo scriptum reperio: *Haber Ecclesia cælos suos, homines spirituales vitæ & opinione conspicuos, fide puros, Cant. spe firmos, lacus charitate, contemplatione suspensos.* Apostolis autem, prouti jam diximus, hoc cælorum nomen specialiter tribuitur: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Sanctus autem Bernardus ad propositum nostrum ulterius profectur dicens: *Et hi pluentes plurimam verbi salutarem tonant increpationibus, coruscant miraculis.* Paulò antè adduximus verba illa textûs: *Tonitruum magnitudinis ejus.* Circa quæ verba modernus quidam interpret ita scribit: *Ut Bolduch. nihil aliud sit quàm divina virtutis immensitas, atque vis admirabilis efficiens magnificentissima nature miracula, ad quæ audita & conspecta obstupescerent mortales, veluti ingenti tonitru attoniti.* S. Bernardinus quoque Serm. 10. scribit: *Etiam hodie extant in Barbaria de gentibus Aquilonis, qui tonitruum pro Deo adorant.* Enimvero quòd si homines cultu, qui Deo tribuitur, adorari possent, quis inter omnes alios adorandus foret, quàm myllicum hoc prodigiosum Tonitru, sanctus videlicet Jacobus? liquidem is ad instar tonitru, fulguris & fulminis cuiusdam sæpenuerò in aère apparens barbaros inimicorum nominis Christiani exercitus penitus dissipavit. Miraculosa portenta, quæ à tot sæculis in hunc usque diem quotidie in conspectu totius mundi ad gloriosum ejus sepulchrum Compostellæ sunt, ingentia adimplent volumina. Priusquam diceretur: *Illuxerunt coruscationes tuae orbis terræ,* jam antè dixerat: *Vox tonitruus tui;* nos quoque de hujus tonitru fulmine ad literam dicere possumus: *Commota est & contremuit terra;* ubi S. Hieronymus ait: *Apparuerunt fulgura orbis.* Etenim Apostolus hic ob miraculorum & prodigiorum suorum famam magnam sibi per totum universum conciliat venerationem, per ingentem totius populi Christiani ad gratiosum ejus sepulchrum concursum. Sanctus Thomas Doctor Angelicus circa verba in principio Discursûs proposita, autoritatem adducit Chrysofomi dicentis: *Filios quidem Zebedæi sic nominat propter hoc quòd magna & cla-*

et clara divinitatis edicta debebant orbi terra diffundere. Dicite fides nam aliquando vos reflexeritis ad illa ejusdem Psalmi antecedentia verba: *Vocem dederunt nubes*; quæ Hugo Cardinalis ita exponit, id est, *Apostoli prædicantes, ateni in sagitta tua transeunt, id est, verba prædicationis tua sunt penetrantia; sagitta potentis acuta, populi sub te cadent, nec tantum, quia ad intima cordium penetrant, dicitur quod transeunt: sed etiam quia cito multarum terrarum imperia transeunt, secundum quod dicitur in Psalmo: Velociter currit sermo ejus, hoc est, quod sequitur: Vox tonitruus tui in rota, id est, in circuitu totius orbis.* Quæ omnia in S. Jacobo perfectè verificantur; siquidem ejus patrocinium & assistentia quoad fidei & religionis Christianæ conservationem, per universæ terræ circuitum extenditur & dilatatur. Cùm enim potentissimi Reges Catholici suum dominium per universum, ut ita dicam, mundum extenderint, & ubique Christianam fidem pro viribus enutrient, ideo S. Jacobus ab omnibus nationibus huic monarchiæ subiectis, tanquam primarius protector in veneratione summa habetur; præterquam quod, ut Hugo Cardinalis super illum S. Marci textum in themate hujus Discursus adductum commentatur; *Tonat Jacobus modo per fratres S. Jacobi, id est, illustissimis Equitibus Ordinis S. Jacobi mediantibus.* Ad hæc, ut diximus, *Illucescunt coruscationes sua orbi terra*; quia sepulchri ejus veneratio, & prodigiorum suorum fama per universum mundum extenditur. Hugo Cardinalis verba illa ita glossat: *id est, miracula qua te faciente coruscabant orbi terra, id est, per totum mundum.*

5. *Filius tonitruus.* Memorandum quod dum Christus in societate SS. Jacobi & Joannis fratris ejus Samariam versus contendens, ab ejusdem incolis ignominiosè rejiceretur, portas videlicet urbis in conspectu & coram oculis eorum, ut dicitur, claudendo, ambo sancto zelo successu fuere, & verisimile est S. Jacobum, ut potentatu majorem, Joannis quoque nomine Salvatori dixisse: *Vu dicimus ut ignis descendat de caelo & consumat illos?* Verum, inquit, quam ipsi tunc potentatem habebant, jubendi ut ignis de caelo descenderet? num fortè in se aliquod in elementa imperium hæcenus experti fuerunt? aut an fortè illis delegata fuit quedam similis Eliæ potestas? S. Ambrosius dicit: *Benè præsi-*

munt, quia ad sermonem suum ignis de caelo descenderet, quoniam filii sunt tonitruus; ubi fulgur, ubi tonitruus adest, ibi quoque protinus ignis conspicitur. Ab hoc autem alii quoque hujus Apostoli factus ardentissimè ejus zelum haud obicurrè colligere possumus, quo instigatur. Hebraicè fidem Christi apertè prædicans, adversum se Herodem specialiter ad mortem sibi inferendam concitavit, ut potè quæ Ecclesiam penitus deleteret, solidissimum Christianæ religionis fulcrum & balium demoliri & evertere voluit. Unde Chrysostomus ait: *Statim ab initio rerum tanto ardore concaluit, ut humanis omnino rebus neglectis ad tantam sublimitatem ascenderet, ut à persecutoribus confestim occisus sit.* S. Lucas Evangelista in Actibus Apostolicis observat, quod universa Judæa, quæ in Evangelicæ legis perniciem conjuraverat, toto corde ob hujus Apostoli mortem exultaverit, & festiva gaudia instituerit; adeo etiam ut impius ille Rex per Jacobi trucidationem majorem sibi apud populum gratiam conciliaret; unde ut partum hunc populi erga te benevolam affectum tanto magis stabiliret, operæ pretium esse duxit, si Petri quoque captivitatem & mortem deinceps procuraret: *Occidit Jacobum fratrem Joannis gladio; videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum.* Per hoc haud obsecurè insinuans, opinionem suam in majus Hebraicæ damnium cedere vitam S. Jacobi ejulque prædicationem, quam ipsi met Petri, licet is collegii Apostolici caput, & fulcrum Ecclesiæ primarium esset; siquidem prius S. Jacobum in vincula conjecit & trucidavit. Theophylactus S. Jacobum considerat pro eo tempore, quando Transfigurationi præsens adstuit, id quæ factum esse putat, quod & ipse amulator fuerit, & manifestum est illum ingentis zeli fuisse, cum ex eo, quod Herodes, ut placeret Judæis, gladio illum occidit. Dionysius Carthusianus scribit, quod tuerint denominati filii tonitruus propter altissimam & efficacissimam prædicationem ipsorum, & quia in Transfiguratione Christi audierunt, vel potius audituri erant vocem Patris dicentis: *Hic est Filius meus dilectus; hujuscemodum enim vox appellatur tonitruum, eo modo quo scriptum est in Job: Quis poterit tonitruum, &c.*

6. *Filius tonitruus.* Cur autem increata illa Sapiencia illos potius filios tonitruus appellavit, quam

Hom. 66.
in Matth.

Act. Ap. 13.

Matth. 17.

In cap. 3.
Marc.

Lib. 7. in
Luc. c. 18.

quàm quòd illos fulminis & sagittarum titulo honoret? Observandum quòd cœlum interdum fulminet & fulgurat absque eo quòd strepitum aliquem faciat; nōnunquam vero tonitruat, absque eo quòd fulmina edat. Filius igitur Dei sapientissimus magister noster scire nos voluit, duos hosce Apostolos edituros esse tonitrua per prædicationem, fulmina autem per sanctitatem. Fulmina sunt filii tonitru, quæ ictum inferunt, ita ut præter ictum rumor etiam aliquis auribus percipiatur, ab oculis vero lux quædam conspiciatur eosdem hebetans. In Apocalypsi scribitur: *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua*; ubi Rupertus Abbas notat, quòd prius dicatur *ly fulgura*, & postea *ly voces & tonitrua*; quia sicuti priusquam ad aures strepitus perveniat, ab oculo fulguris splendor conspicitur, ita quoque priusquam Evangelicæ vocis rumor ictum faciat, necessum est, ut in Evangelii præconibus lux boni exempli, virtutis & spiritus præcedat: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*. Sunt nonnulli, qui solummodo tonitrua edunt, & per artificiosæ floridæque dictionis compositionem & eloquentiam ingentem rumorem excitant; at vero nullum penitus ictum imprimunt, quia vim persuasivam suæ facundia non adiungunt, cordaque obstinata ad compunctionem non reducant. Alii duntaxat fulgurant, non vero tonitruant, id est, vitam sanctam agunt, nullam vero ad prædicandum aptitudinem habent, sed sibi meritis tantum sancti existunt. S. Hieronymus ad Pammachiam, ut supra insinuavimus, de S. Paulo scribit: *Paulum Apostolum quotiescunque lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua; videntur quidem verba simplicia, sed quocumque respexeris, fulmina sunt*. Nazianzenus de Basilio Magno ita scribit: *Oratio ejus erat tonitruum, quia vita erat fulmen*; S. Tho-

mas Doctor Angelicus de hoc nostro Apostolo contestatur dicens: *Iacobum scilicet, qui supplantata habet tota desideria carnis*; etenim si Epiphanio credimus, & hic noster Apostolus virgo fuit, sicut & S. Joannes. S. Job in prophetia sua dicit: *Tonat Deus voce sua mirabiliter*; suam tamen energiam & prodigiosam efficaciam iis præcipue imprimit, qui virginelem zelant integritatem, ac proinde fratri suo germano factam habemus visionem, quam hisce verbis enarrat: *Audivi vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum militarum, & tanquam vocem tonitru magni; ubi notandum est, Agnum hunc choris Virginum cinctum fuisse, dicit enim: Ibi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum*. S. Paulus, qui hujusce virtutis zelantissimus fuit, adeo tonabat, ut tremefactus Felix

7. *Filius tonitru*. Tonitru hanc quoque proprietatem habet, quòd cervas parturire faciat, quæ aliàs indubiè facturæ fuissent abortum: *Vox Domini preparantis cervos*; Chaldaeus legit: *Parturire faciens cervas*. Et ratio est, quia viscera earum in illo ex tonitruatione concepto terrore adeo dilatantur, ut partus suos facili negotio in lucem edere possint. Eheu quot sunt de quibus perfecte verificatur illud Isaiæ: *Venerunt usque ad partum, & virtus non erat parienti*! Merito igitur S. Jacobi patrocinio nos recommendare debemus, hic enim mysticum illud tonitru est, quo mediante spiritum & virtutem impetrare possumus, ut bona nostra proposita sine ulla dilatione & mora executioni mandare valeamus, ipsi in hoc exemplum imitantes, qui dum vix unà cum fratre suo germano ad

Christi sequelam invitatus fuerat, statim relicto retibus & patre secutus est eum.

Apoc. 4. 5.

Matt. 5. 16.

De Cat.

Iob. 37. 5.

Apoc. 14. 4.

Act. Ap. 24. 25.

Pf. 28. 9.

Isa. 37. 36.

Matt. 4. 22.

Copiosa consideratur messis, quam S. Iacobus Ecclesiae horreo in-
vexit, tamen si aliàs quoad usque vixit, ad veram fi-
dem paucos converterit.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Ego vos elegi de mundo, & fructum afferatis, & fructus
vester maneat. Ioan. cap. 15.*

3. **C**um sancta mater Ecclesia in
omni sua determinatione,
præcipuè verò in his, quæ
ordinem divinarum officio-
rum, quæ ad Festa Sancto-
rum concelebranda atti-
nent, Spiritum sanctum uni-
cum suum directorem habeat, observandum est
quòd eadem sancta mater Ecclesia hodie ad de-
bitum S. Iacobo honorem exsolvendum in Mis-
sa Graduali prædictis Thematis nostri verbis uti
soleat; & quidem primò facie videri alicui non
inmeritò possit, eadem verba huic Apostolo mi-
nimè gentium adaptari posse; siquidem ut in le-
ctionibus hodiernis audivimus, & vitæ ejus acta
expressè confirmant, in Hispaniis valdè modi-
cam in animarum ad fidem Christianam à se an-
nuntiatam conversione messem Christi horreis
intulit, tamen si alia ex parte fructus, quem in Ju-
dæa demersit, copiosus fuerit: *In Iudæa & Sa-
maria prædicans plurimos ad Christianam fi-
dem perduxit*, in Hispania verò minimè; de ea
enim dicitur: *Mox Hispaniam adiit, & ibi ali-
quos ad fidem convertisse, ecclesiarum illius pro-
vincia traditio est.* Porro verba assumpti the-
matis, à cælesti illo agricola, qui æternum quo-
que Patrem suum agricolam esse contestatus
fuit, ad illos præcipuè dicta fuerunt, qui ad co-
piosum animarum fructum Christi horreis inve-
hendum tanquam ejus delegati sancti Evangelii
femen per univèrsam mundum seminaturi erant:
*Ego vos elegi de mundo, ut eatis & fructum af-
feratis.* Sanctus Vincentius Ferrerius in sermo-
ne de hoc Festo de hoc Apostolo dicit: *Solum*

Ioan. 15. 4.

*novem discipulos convertit; & tamen idem san-
ctissimus Doctor idemmet dubium aptissimè re-
solvit, dicit enim, quod sicut Redemptor noster
duodecim tantum Apostolos, qui veluti duode-
cim extirè grana frumenti, convertit, qui deum
ceps semen Evangelii per totum mundum disse-
minandum, fructificarent: Ita B. Iacobus, nam
illi novem discipuli fuerunt novem grana fru-
ctificantis, qua totam Hispaniam converte-
runt; in hoc tenuit consilium Christi dicentis:
In hoc clarificatus est Pater meus, ut plurimum
fructum afferatis, & efficiamini mei discipuli.
Insuper etiam dici potest, quod Deus, qui inte-
riora cordis intuetur, sibi que magis in affectu,
quàm in effectibus complacet, S. Iacobum adeo
fervidum & zelotum videns, primùm que esse
considerans, qui advenis & gentilibus populis fi-
dem imperterrè annuntiaret, tamen si inde non
tam copiosus, uti sperasset, enatus fuerit fructus;
attamen tanquam remunerator largus atque mu-
nificus, Apostolicum hunc zelum & fervorem
adeo sibi gratum habuit, ac si cæli granaris co-
piosissimà messe effectivè adimplevisset. Undè
S. Augustinus scribit: *Sicut malignus suasor
peccati etiam si non persuaserit, meritò poenam
deceptoris incurrit: ita fidelis justitia prædica-
tor, etiam si ab omnibus respiciatur, absit, ut a-
pud Deum sui officii mercede fraudetur.* Por-
ro in hujus Apostoli defensionem doctrina que-
dam adduci potest Authoris operis imperfecti,
qui optimè observat, quod incarnata Sapientia
per piscationem materialem, Apostolos, quid
illis circa animarum piscationem faciendum es-
set, instruere voluerit; undè quando sanctos Ja-
cobum*

*Lib. 3. con-
trov. c. 50.*

*Hom. 7. in
Matth.*

Matt. 4. 19.

cobum & Joannem vocavit. dixit eis: *Faciam vos fieri pisces hominum.* Hic igitur citatus Author doctrinam quandam adducit valde consolatoriam us, qui pro voto & desiderio laborum suorum fructus non recipiunt; nimirum quod ad piscatoris officium non spectet, quod magnam temper piscum prædam faciat; nequidem id ab eo minime dependeat, nec in ejus sit positum voluntate: quin potius muneris ejus sit, hanc aquam injicere, ut retiaque extendere, & ut uno verbo absolvam, omnem ex parte sua possibilem operam & industriam, quantam novit & debet, impedere, ut finem hunc assequatur, reliquum verò Deo debeat committere, qui dicit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* S. Petrus quoque dolenter Christo dixit: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Animarum quoque piscatio atque captura à nostro labore & industria minime dependet; sed potius ab efficacia divinæ gratiæ, quæ demum nostræ cooperationi & applicationi mediolorum, necnon industriæ conjungitur, ac proinde tametsi ex laboribus nostris fructum speratum non colligamus, ab hoc tamen fructu nostro & merito apud Deum orbati minime erimus, *Sicut enim in piscatore solus labor requiritur piscandi & jactandi retia, Deus autem transmittit capturam: sic & in Doctore contingit, quia populum non corrigit homo, sed Deus.* Enimvero aliis quoque modis thema propositum verificatum fuisse ostendere possumus.

2. *Fructum afferatis.* Omnibus nota est illa propositio: *Qui per alium facit, per seipsum factore videtur;* atque ideo cum S. Jacobus novem illos discipulos ad fidem converterit, hi autem copiose illius messis collectores & messores fuerint, quam ex omnibus hisce regnis in cæli granarium reportavit, laus illorum, uti jam diximus, in S. Jacobum redundare debet, qui ad Christi imitationem certo quodam modo id ipsum quoque dicere potuit, scilicet: *Ego elegeros ut essis, & fructum afferatis.* De cælesti hoc magistro scribitur: *Et erat quotidie docens in templo.* Et S. Petrus de eo dixit: *Verba vita æterna habes;* & tamen quam pauci fuere, quibus divinitatem suam persuasit; siquidem multi fuere, qui ipsum dæmoniacum, seductorem, Samaritanum esse existimabant, imo totius populi voce ad Crucis supplicium postulatus & conde-

mnatus fuit: *Tolle, tolle, crucifige eum;* & quod deterrimum est, Baitrabba latroni à Judæis fuit postpositus; copiosa vero messis, quam tandem Ecclesiæ horreo cælestis hic agricola inve-xit, mediantibus Apostoli eò illata fuit, de quibus dicitur: *In omnem terram exiit sonus eorum;* hi aliquam Hebraism & paganismi partem ad veram fidei notitiam perduxerunt; S. Jacobus Judæis per seipsum immediate prædicavit, & ut diximus, multos convertit, discipulis vero mediantibus, quos in Hispania sibi comparavit, omnia hæc regna ad veram Christi fidem perduxit, qui proinde jure meritissimo Evangelii lucem ipsi, non vero alius principaliter in acceptis reterre debent *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Sanctus Jacobus granum istud frumenti fuit, quod nescio an in cælo vel terra seminum fructum reddidit centuplicatum; siquidem quando anima ejus in cælum recepta fuit: *Triticum autem congregate in horreum meum,* quando sacrosanctum ejus corpus tot honoribus hic in terris fuit affectum, conversionem numerosissimi hujus populi operando, & quovis tempore ex omni mundi parte, non solum devotos ad sui corporis venerationem; sed etiam eos, qui perversti sunt, ad sui compunctionem, & ad veram poenitentiam pertrahendo fructificavit, *Multum fructum attulit,* præcipue in Hebraismo inter obtinatos. Dionysius Carthusianus scribit, quod postquam sanctus Jacobus ex Hispania in Judæam rediit, Hermogenes celebris ille magus Philetum discipulum suum ad eum miserit, ut is in conspectu totius populi sanctum Jacobum verum impostorem esse convinceret; at verò contrarium accidit: siquidem Philetus ille ab Apostolo de perfidia & falsitate sua convictus remanuit: *Prædicatione Apostoli audita, & visis ejus miraculis compunctus est corde, rediitque ad Hermogenem dicens, se velle fieri discipulum sancti Jacobi.* Incantator autem graviter eidem indignatus, suis illum præstigiis prorsus reddidit immobilem; quod cum sanctus Jacobus perciperet, suum illi misit sudarium, ut eotangeretur, & protinus magis evanuit, & ad Sanctum denuò confugit. Tunc Hermogenes dæmones conjuravit, ut hi Jacobum & Philetum vincitos ad se perducerent, qui se ab

Io. 6. 44

Luc. 5. 5.

19. 12.

Matt. 13. 30.

Serm. 2. de S. Jacobo.

Luc. 19. 47

Apo.

Apostolo mirè torqueri, & ad magum vinculum Apostolo sine ullo ei illato nocimento perducendum violenter adstringi publicè sunt contentati, quod ab iis re ipsà prælitum fuit. *Visis tot mirabilibus Hermogenes* (est hic merus Carthufianus dicitur) *est conversus, omnesque libros suos magica artis projecit in mare, atque ad Iacobum rediens coram ipso prostravit se, & tenens pedes ipsius dixit: Animarum liberator accipe pœnitentem, quem invidentem ac detrahentem diu sustinuisi. Cum baptizatus fuisset, cepit in Deo timore & omni virtute proficere, atque in brevi ad tantam pervenit perfectiorem, quod etiam Deus per ipsam multa miracula fecit.*

3. *Fructum afferatis.* Theophylactus egregium S. Jacobo encomium attribuit, dum ab eo *vocalissimus omnium Apostolorum esse dicitur.* Scio equidè phrasim illam, qua Apollolus, dum de Redemptoris sanguine locuturus & sanguinis innocentis Abel ab ejus impio fratre occidi, mentionem faciens utitur, dum ait: *Sanguinis asperisionem melius loquentem quàm Abel;* qua phrasim sanguini tam à Christo, quàm ab Abele effuso quandam sonorè vocis expressionem attribuit, quam vocem pariter sanguini D. Jacobi attribuerè possumus; hic namque ab invidio fratre, id est, à Judæis effusus vocalissimus fuit, quia veluti sonorè voce omnes alios ad martyrium subeundum animavit; siquidem primus inter Apostolos Christi fidem non minus voce, quàm sanguine confessus est, huncque Apostolicum sanguinem multos alios post ejus mortem, ad moriendum pro Christi nomine cohortando animasse tantò nobis firmiter persuadere possumus, quantò admirabiliore cum constantia, & majori cum lætitia eandem sustinuit; de ipso namque legimus: *Cum hic, qui eum duxerat ad tribunal, martyrium subeuntem vidisset, statim se & ipse Christianum esse professus est; ad supplicium cum traheretur, petiit ille à Iacobo veniam, quem Iacobus exosculatus: Pax, inquit, tibi sit. Ex alio autem capite titulus ille prædictus ei convenire videtur, eò quòd vocem suam ad finem usque mundi audiri fecerit, ut præcunctis aliis Apostolis de eo verificetur: *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Lorinus lib. 8. in Ep. ad Rom. c. 10. testimonium quoddam Origenis adducit; lunque hujusce Commentatoris verba sequentia: *Fines**

terra eruditiores quoque ac sapientiores, quia verba dicuntur in fines terra exiisse, & finis perfectionem importat: e contrario terra imperitos & indociles, in quos exierit sonus solus, communis videlicet simplexque prædicatio: nec verè desunt qui Iacobum fratrem Iohannis re ipsam, quod hoc loco prædicatur, implevisse asserant, cum in Hispania pervenit provinciã Galitiam, cui loco nomen inditum est, fines terra. Etenim pauculos illos, quos S. Jacobus convertit, è sapientioribus fuisse, vel ex eo credere possumus, quòd omnes hi septem à S. Petro ordinati fuerint illarum provinciarum Episcopi & pastores, qui easdem verè fidei notitiã illuminarent.

4. *Fructum afferatis.* Equidem quis ita mente cæcus est, qui fructum illum abundantissimum non videat, quem mysticum illum frumenti granum, id est, corpus Apostoli, non solum tunc, sed & in omnibus aliis sequentibus sæculis produxit? *Vocalissimus omnium Apostolorum;* hoc quoque titulo Apostolum nostrum honorare possumus ob devotionem, venerationem & protectionem ejus in omnes illas provincias, in quas Catholicorum Regum extensum est dominium, imo per universam terram habitabilem longè lateque diffusam. Recordabimur utique Patriarchæ Jacob, cuius S. Jacobus quadantenus nomen præ se fert; is in domum suam paternam cum duabus filiorum & servorum turmis reversus dixit: *In baculo meo transivi Iordanem isum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Idem quoque S. Jacobus dicere potuit, quando cum ossibus & cineribus suis in Hispaniam rediit; siquidem qui vivus in Hispania constitutus paucos converterat, post mortem incredibilem omnium illorum conversione cavavit; siquidem ab illis Apostoli cineribus in Hispaniam relatis ignis ille egressus est, de quo scribitur: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Cum duabus turmis regredior; siquidem in Hispania non solum Hebræi sive Judæi, quorum multi in regnis illis morabantur, verè etiam insuper omnes gentiles conversi fuerunt. Dionysius Carthufianus Apostolo huic illa Ecclesiastici verba cap. 48. de Eliseo dicta pulchre adaptat: *Mortuum prophetæ vixit corpus ejus, quia resuscitatus fuit qui cadaver illud tetigerat. Quantò magis verbum istud dici potest de sacratissimo Apostolo Iacobo, qui post mortem suam tam multa & magna, tam præclarissimè.*

Hebr. 12.
24.

In Luc.

Ps. 8. 5.

Gen. 32.

Luc. 12. 49

rissima, soliq; Omnipotenti possibilia fecit miracula, inter qua etiam plures suscitavit defunctos. Pergit demum præfatus Author demonstrare quam veneranda sint Dei judicia, ut potè cujus dispositione Apostolus hic adeo modicum fructum in regnis illis tempore vitæ suæ fecit, & postea demum post mortem in iisdem tanta operatus est miracula & prodigia. *Eo autem in iudæa occiso corpus ejus illuc Angelo duce miraculosè delatum, tantis ibidem radiavit prodigijs, ut per hoc plurimi sint conversi.* Facite, obsecro, quendam miraculorum annis abbincentis mille sexcentis ab eo parratorum, peregrinationum quoque ad ejus venerationem ex toto mundo institutarum, & consequenter conversionum tot infidelium, totq; habituatorum peccatorum ejus meritis & intercessione factarum in gentem catalogum, ac tum demum resolutè dicitis, quod electus est ut fructum afferret. Verùm enim vero id, quod perfectissimè adimpletum esse videmus, est divinum illud sequentium verborum oraculum: *Vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat;* nam, ut præcedenti Discursu tetigimus, fructus prædicationis multorum aliorum Apostolorum in alijs provincijs & regnis productus progressu temporis deperditus evanuit: non vero item fructus, quem S. Jacobus etiam post mortem ex laboribus & sudoribus suis in vita exantlatis reportavit. Eruditus quidam Episcopus scribit: *Quod de Iacobo magni faciendum censeo, illud est, quod Hispaniam primò per se ascendit, primus eam perambulans & prædicans, qua illam, quam semel*

Monopolit. Episc.

recepit lucem, non deseruit. Et quidem piè credere possumus huic S. Apostolo ad populi illius conversionem beatissimæ quoque Virginis intercessionem magno subsidio fuisse; nam ut multi gravissimi Authores referunt, huic sancto Apostolo etiamnum viventi beatissima Virgo Sarra gusa in columna Jaspida visibiliter apparuit, eique, ut ecclesiam quamdam in suum honorem ibidem fundaret, præcepit; undè demum ingens illa erga beatam Virginem devotio ad omnia illa regna se dilatavit. De S. Gertrude legitur, quòd die quadam à Deo percontata fuerit, cur sepulchrum S. Jacobi tantoperè exaltasset, siquidem id nulli alteri sepulchro fecerit, præterquam illi, in quo corpora sanctorum Apostolorum Petri & Pauli condita fuerunt; eique responsum fuerit, id factum esse præcipuè, quia hic Apostolus sanctam Christi fidem propagandi adeo cupidus fuit, ac proinde quia in hoc ejus sancto desiderio fuit impeditus, eo quod inter alios Apostolos primus fuerit, qui pro ejusdem fidei defensione vitam suam prodegit; Deus nihilominus corpus ejus post mortem per tot populorum venerationem & concursum in omnibus mundi nationibus honorare voluerit, ut hac ratione continua operando miracula, continuas quoque eodem tempore operaretur conversiones, essetq; corpus illius in dicta regni illius parte contra omnes Christiani nominis inimicos

Catholicæ religionis nostræ fortalium,
& invincibile quoddam propugnaculum.

Cornel. à
Lapide.
Lorin. in
c. 12. Act.
Apost.



De gloria & insigni honore, quo S. Iacobus major Apostolus in hac præfenti vita exaltatus fuit, & de veneratione sepulchri ipsius.

DISCURSUS TERTIVS.

Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.

Matth. cap. 20.

Quandoquidem dextera, ut omnibus conflat, locum obtinet digniorem, haud dubiè inter duos hosce fratres, quorum unus dexteram, alter sinistram Christiani ejus regno postulabat.

Dexter locus sancto Iacobo deberi videtur, ac proinde existimo eidem in introitu Missæ illa Psalmi verba, *Domine tu cognovisti sessionem meam*, non sine mysterio adaptata fuisse; per hanc namque sessionem gloriam & honores, quibus sanctus hic Apostolus glorificatus fuit, interpretari possumus; Unde sanctus Thomas de Villanova multorum sacrorum opinionem esse iudicat, quod illa verba, *sedet à dextris DEI*, nequaquam de locali ad dexteram patris sessione intelligenda sint, sed de concessa filio DEI omnium rerum creaturarum gubernio, dominio, & autoritate delegatâ, unde paulò antè dixerat: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*, nimirum quia ab omnibus Spiritibus angelicis cunctisque aliis creaturis obsequium & adorationem recepit; ita quoque hæc verba, *tu cognovisti sessionem meam*, de gloria sancti Iacobi interpretari posse videntur, quasi grata mente verbis illis agnoscat, se Christo omnes honores & gloriam, ad quam in cælo & in terra exaltatus fuit, in acceptis referre debere. Unde Lyranus verba illa *sessionem meam* idem dicit

Maursi Saestnarj Tom. III.

significare quod *in thronizationem meam super regnum Israel*. Et quidem si per regnum istud mysticè intelligatur Ecclesia, juxta illud actum Apostolicorum: *Per dies quadraginta ap- parens eis, & loquens de regno Dei*, id est, de rebus ad Ecclesiam suam spectantibus, quis adeo rudis est, cui honores illi manifesti non sint, quibus DEUS sanctum hunc Apostolum in Ecclesia sua exaltavit? Et primò quidem mutatio nominis quâ Christus illum post sanctum Petrum suum in terris Vicarium decoravit, vocando ipsum ut diximus filium Tonitruum, ex mente Carthusiani indicium fuit doni abundantissimi thesaurorum cælestium: *Hæc autem mutatio nominum spirituales innovationem & gratiam specialem designavit*. Præterea ipsum in aliis quoque prerogativis super alios Apostolos decoravit, siquidem ipsum cum Petro pariter & Joanne in montem Thabor conduxit, ut gloriosæ transfigurationis suæ spectator fieret; Unde Abulensis ait: *Illos ergo solum assumere voluit, qui meritis majores forte erant, hoc autem Christus noverat & Theophylactus ait: Solos hos tres assumpsit, tamquam discipulorum vertices*. Carthusianus hanc partialitatem confidentiæ adscribit, quam erga hosce tres majorem habebat, & quidem in specie de nostro Apostolo agens scribit: *Magnum omnino fuit, tanti regis tantum magistri, utpote unigeniti Filij DEI, esse tam familiarem discipulum*. Sanctus Antoninus hujus Apostoli supereminentiam ex

H
alij

Pf. 135. I.

Serm. 2. de Ascen

Marci ult

Act. Ap. 14

*In cap. 34
Marci.*

In cap. 17.

Mat. q. 12

*Ser. 2. de S
Iacobo.*

1. p. 11. 6. c.

7.

aliis indicia à Salvatore aliis in occasionibus insinuatis acuté arguit, dum ait: *Ad secreta admittes in transfiguratione Christi; in resurrectione filia archisynagoga facta à Domino, in expressione in horro sui inmensi doloris ex passione imminente.* Albertus Magnus hanc ejus supereminentiam, permagni æstimationis id loquitur: *Cum Petro* (de ambobus hiisce fratribus Apostolis loquitur) *ad omnia secreta Deitatis Domini præ aliis quasi testes idonei adhibebantur.*

In Marc.
c. 3.

Ser. de S.
Jacobo,

2. *Dic ut sedeant,* Sanctus Thomas de Villa-Nova inquit; *Ad minus in hoc regno cælorum, id est, Ecclesia, petitionem illorum impletam videmus, & rationem reddit, nam Joanni sedes data fuit in Asia, qua est ad dexteram Jerusalem, & Jacobo in Hispania qua ad sinistram partem.* De sancto Joanne, inquit sanctus Hieronymus, *totius Asia fundavit, rexique Ecclesiarum,* ideoque dexteram, id est, orientem occupavit, Sanctus Jacobus autem tametsi natu major frater fuerit ex motivo humilitatis sinistram, id est, occidentem sibi vendicavit, ibique per discipulorum illorum conversionem quos provinciarum illarum Episcopos ordinavit, & per directionem suam in vita, & protectionem post mortem fidem Christianam in illis regnis stabilivit. Unde in breviario quodam Tolitano, ut in annotationibus ad martyrologium refert Cardinalis Baronius, in hymno quodam ita canitur:

*Regens Ioannes dextera solus Asiam
Et lava frater positis Hispaniam.*

Can. 6. r. In sacris canticis inter alia scribitur, *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab;* hic autem Aminadab strenuus quidam erat, tribus Juda capitaneus, & Lyranus asserit eo præcipue tempore, quo Hebræi ex Ægypto egressi mare rubrum transierunt, unde ait: *Aliis tribubus Moysen sequi venientibus per mare divisum, tribus Juda constanter secuta fuit ipsum, & alia constantia dedit exemplum, tunc autem Aminadab erat princeps tribus Juda, qui aliis generositate sua animum suggessit audacter mare rubrum transvadendi, quia omnes tribus Juda ipsum sunt subsecuta, earque tandem insequens Pha-*

rao cum universo exercitu suo inter maris rubri undas submersus est: Porro historiam hanc sancto Jacobo haud difficulter applicare possumus. Etenim inter duodecim Apostolos, qui per 12. tribus Israël præfigurabantur, quia *sedebant super sedes judicantes duodecim tribus Israel,* Sanctus Jacobus omnium primus rubrum sanguinis sui mare transeundo superavit, cunctisque aliis generosum & intrepidum animi robur suggessit. Unde cum sanctus Petrus immediate post martyrium sancti Jacobi ab Herode in carne vincitus esset, utpote die postera pariter moriturus, motus sententiam tanta cum æquanimitate accepit & sustinuit, ut nocte intermedia suaviter indormiret: *Erat Petrus dormiens.* Sed quid accidit? à Herodes velut alter Pharaon una cum toto populo Judaico severè à Divina justitia punitus fuit, siquidem ob machinatam huic innocenti mortem protinus dispersus est: Et quidem quod proposito nostro quam maximè defervit, est quod sicut tribus Juda propter hoc facinus super omnes alias principatum meruit, ita quoque DEUS hunc suum Apostolum super omnes alios evehere & sublimare constituit, siquidem illi adeo vastorum regnorum tutela suæ recommendatorum patrociniū & protectionem assignavit, ejusque sepulchrum sicut & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in incomparabili gloria & veneratione passim ab omnibus fidelibus haberi voluit. *Jacobus primus ex Apostolis* (inquit sanctus Ambrosius) *Conscendit sacerdotale solium;* Quidnam vero ipsum per hunc loquendi modum inferre voluisse existimatis? Num fortè insinuare voluit, quod sanctus Jacobus ante omnes alios sacerdotes fuerit consecratus? nequaquam; Hoc enim Petro potius conveniebat; Et eoque potius ipsum dicere voluisse existimo, sanctum Jacobum ante quosvis alios Apostolos regale & sacerdotale Crucis solium conscendisse, id est, primum pro Christo fuisse mortuum. Unde sanctus Antonius de Padua ait: *Loquitur Ambrosius de solio sacerdotis æterni; quia primus quadragesimo inter Apostolos occisus est ab Herode.* Glossa interl. nearis rem hanc ita declarat: *Sessionem meam humiliatam in Passione; & quia qui se humiliat, exaltabitur, ideo dicitur, quod ascendit solium.* Eximus profecto & specialis honor.

Lib. 9. in
Luc.

Ser. de
Ser. de

honor sancto Jacobo à Christo exhibitus, in eo tui, quod postquam ipsemet DEI Filius calici passionis suae labia sua semel applicuisset, primus cui illum inter omnes Apostolos libandum in signum honoris & excellentis privilegium dedit, filius DEI fuerit: *Calicem quidem meum bibetis.* Doctissimus Salmeron curiosè quærendo dicit: *Quares, cuiam Apostolorum magis accommodavit DEVS, Iacobone an Petro? videtur quod Iacobo, quia illum citius in caelum subduxit ut gratum esset spectaculum sanctis Angelis suis cupientibus iamsecum aliquem apostolorum Christi videre.*

3. *Dic ut sedeant.* Nazianzenus super illa actuum Apostolicorum verba, quibus de Spiritu sancto dicitur, *sedetque supra singulos eorum,* ait: *Sessio hac regia in Spiritu sancto dignitatis excellentiam designat.* Sanctus Bernardinus hanc sessionem dicit exprimi in signum superioritatis. Sanctum Iacobum Apostolum DEUS noster speciali honoravit superioritate & autoritate, siquidem ipsi non regnorum tantum, sed etiam Monarchiarum dominium concessit, atque ideo quâ ratione DEUS illum in terris magis honorare poterat, quem ab hinc annis mille sexcentis prodigiis & miraculis continuis, nec non concursu & devotione universalî omnium mundi nationum ad ejus sepulchrum concurrentium illustravit? *Radix Jesse qui stat in signum populorum;* ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum. Porro sanctus Iacobus ex progenie Jesse descendit, quia certum est, quod secundum carnem cognatus Christi fuerit. Unde sanctus Bonaventura de hujus sepulchri gloria tractans ait: *Non fuit sordidum de odoriferum, non despectum sed gloriosum, ut nullus unquam regum habuerit sepulchrum sic ab hominibus honoratum.* Unde bene est dictum, & erit sepulchrum ejus gloriosum, Sanctus Antoninus rationem reddit, cur Salvator noster mentibus fidelium omnium cujusvis ætatis tantam erga reliquias hujus Apostoli venerationem imprefferit, & cur votum peregrinationis compostellanæ ad hæc reliquias non minus summo Pontifici reservatum sit, atque reservata est peregrinatio ad sepulchrum sanctum Christi, quod est Jerosolymis, aut sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Romæ existens: *Vt quod minus ho-*

noris & gloria cæteris Apostolis illi in vita collatum sit à fidelibus, propter brevitatem vite ejus, hoc quasi divina munificentia supplererit post mortem ejus, plus quam Apostolorum omnium visitatis & honoratis ejus reliquiis. Observari quoque hoc loco potest, quod Deus servos suos post eorum mortem in iisdem locis soleat exaltare, in quibus ob sui amorem dum adhuc viverent, contempti & illusi fuerunt; ac proinde cum verisimile sit S. Iacobum ab Hebræis cunctisque aliis gentilibus, qui eo tempore Hispaniarum regnum incolabant, pessimè tractatum fuisse, quæ causa etiam fuit, cum modicum adeo numerum hominum ad Christi fidem converterent, ideo inquam DEUS hanc ignominiam, quam ob sui amorem sustinuit, cum tanta ejus gloria recompensare disposuit, siquidem hodie ad ejus sepulchrum, tot reges & mundi monarchæ cunctis temporibus reverenter & devotè prostati esse certantur. Germanus sancti Jacobi frater in sua Apocalypsi inter alias visiones celeberrimas unam refert, quâ vidit duodecim lapides pretiosos, & in ipsis duodecim Apostolorum nomina descripta. Ueda de his lapidibus tractans ait: *Tertius lapis calchedonium quasi ignis lucerna pallenti specie veniet, & habet fulgorem in dio & non in dono, hunc autem lapidem huic nostro Apostolo applicans, dicit: Iacobus domi quidem non videtur habere splendorem, quia piscator erat, sed ubi ad predicandum exijt, mirè mundum illustravit, primum doctrinâ, acinde sanguine; ac demum ad gloriosi sepulchri ejus venerationem descendens ait: Sed & post mortem pallens lapis, illustravit Hispaniam reliquijs sancti corporis sui, nec non pace, fide, ac pietate, quam illi impetravit.* Locus hujus gloriosi sepulchri Compostella vocatur, id est, *Campus stella*, ob splendorem quem pretiosus & inestimabilis ille thesaurus omnibus illis regnis attulit. Sanctus Bernardinus supradictis actuum Apostolorum verbis, *sedetque supra singulos eorum,* hanc Glossam addit, *in signum tranquillitatis.* Sanctus Thomas de Villa-Nova testimonium perhibet de hoc sancto Apostolo, quando sacrosanctum ejus corpus in Hispaniam deportatum fuit, *omnia bella quiescisse.* Et quidem quoties sanctus hic Apostolus in acie miraculosè apparens adversus Mauros

Tom 12,
tr. 35.

AA. Apost
34.

Isai. 11.

Ser. 2 de S.
Iacobo.

I. part. tit.
6. cap. 7.

Apost. 21.

nomini Christiani hostes visus est pugnare, eosque dissipare & penitus sternere, hacque ratione Hispaniarum populos tranquillissimam pace frui fecit? Idemmet S. Joannes in Apocalypsi scribit: *Apos. 6. 12. Et audiui unum de quatuor animalibus, dicens tamquam vocem tonitruum magni, veni, & vide; & ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens, ut vinceret.* Porro quisnam videt, qualiter in hac visione omnes recenseantur victoriae & triumphus quas S. Jacobus de Christianae religionis hostibus saepenumero reportavit, siquidem saepe saepius in equo armatus ad Catholici exercitus defensionem comparuit, & inimicum voce sua in fugam convertit, fuitque haec vox tonitruum magni, non solum quia super inimicum exercitum fulmina vibravit, verum etiam quia ut diximus *filius tonitruum* appellatus fuit. In sacris hymnis quos in eius honorem Hispaniarum Ecclesiae concinunt, haec inter caetera verba habentur.

*Tu, bella nos eum cingerent
Es visus ipse in pralio,
Equoque & ense acerrimus
Mauros furentes sternere,*

Hac est victoria qua vincit mundum, inquit S. Joannes alibi. *fides nostra* in hac autem victoria sive vincendi genere S. Jacobus adeo privilegiatus fuit, ut fidem quam in illis regnis plantavit, numquam deperdita fuerit, quod alibi non ita evenit, tamen si fides ab aliis quoque Apostolis plantata esset. Praedicta Apostoli in aere saepe visa apparitio, quam Catholicis in subsidium & de-

defensionem saepe visus est assistere ab Isaia quondam, ni fallor, praedicta fuit, hisce verbis: *Quis est iste gloriosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suae? propugnator sum ad salvandum.* Etenim Deus corpus hujus Apostoli velut propugnaculum & fortalium quoddam esse voluit ad fidei in illis locis defensionem, nec non ad coercendos omnes inimicos illam perturbare nitentes.

4. *Dic ut sedeant.* Sanctus Jacobus caelesti magistro suo quoque dicere potuit, *tu cognovisti sessionem meam*, id est, stabilitatem & persistentiam, quam erga DEUM semper fidelissimus permansit; etenim e collegio Apostolico nonnulli ipsum tradiderunt, negarunt alii, multi per infidelitatem peccarunt, sed nihil horum sanctus Jacobus commisit, quia licet unicum fratre primas in regno Christi sedes matre mediante postularint, attamen prout ex sententiae auctoris operis imperfecti superius diximus ea petitio de primis gloriae seu regni beati sedibus intelligenda est. Albertus Magnus circa illud verbum Boanerges ita scribit: *Isti ergo duo tanquam in arce & primates vocati sunt, ut assistant ei, in quo est plenitudo potestatis, significati per duas columnas, quas Salomon posuit ante ostium templi: sed quibus nominibus haec columnas appellavit? Quorum unam vocavit firmitatem* quae sanctum Jacobum designat, qui sancto Joanne annis firmior & major erat; & *alteram fortitudinem*; quia S. Joannes in divino servitio etiam semper stabilis & firmus permansit.



De fervore, magnanimitate & promptitudine S. Jacobi Apostoli in sustinendis tormentis, imo & morte ipsa pro Christi nomine.

DISCURSUS QVARTVS.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Matth. cap. 20.

Postquam duo illi fratres matre sua mediante à Christo primas in eius Regno sedes postulassent, hoc ab eodem retulerunt responsum: *Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi diceret, promptine estis ad arumnas, passiones, tormenta, & mortem ad mei imitationem fortiter tolerandum, vosque amarissimi calicis mei faciendo participes? S. Jacobus protinus sine ulla hesitatione respondit: *Possumus.* Juvenis ille Evangelicus, qui divinæ legis jugum tanta cum exactione, perfectione & punctualitate à primis annis portaverat, ut de divinatorum præceptorum observantia interrogatus, respondere non dubitavit: *Omnia hæc custodi vi à juventute mea.* quando nihilominus audivit, quod si ad perfectionem Evangelicam aspirare contenderet, necessarium foret, ut omnia quæ habet sigillatim divenderet, & substantiam inde comparatam daret pauperibus, ulterius audire nequaquam sustinuit, sed *abiit tristis; erat enim habens multas possessiones.* De alio quodam in sancti Matthæi Evangelio pariter narratur, quod priusquam se Christi sequela adjungeret, licentiam domum suam repetendi à Domino postularit, ad defunctum patrem ultimo sepulturæ honore cohonestandum: *Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum:* at verò apud hosce duos fratres Jacobum & Joannem non agitur de eo, quod est, exuere se bonis temporalibus, Christi sequela se consecrare, non de exercitatione in operibus pietatis; sed sanguine & vita pro Christi nomine prodigenda: *Maja-*

rem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis, & tamen quanta cum promptitudine sanctum Jacobum respondentem audivimus, & dicentem: Possumus.

2. Dionysius Carthusianus interrogationem duobus hisce fratribus à Christo propositam hunc sensum habere dicit: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, id est, sustinere passionem, quam ego sustinebo.* Responso autem à S. Jacobo reddua interrogationi prorsus conformis fuit: *Dicunt ei: Possumus, id est, pro veritate fidei, pro Deo, pro justitia mortem pati parati sumus.* Quis autem impatientiori cum desiderio labia sua huic amarissimo calici, erga quem, uti scimus, ipsemet Christus in orto à principio tantum horrorem & nauseam demonstravit, ad movere concupivit sancto Jacobo? Christus dum ei calix amarissimæ Passionis ab Angelo propinaretur, respondit: *Si possibile est transeat à me calix iste. Tristis est anima mea; cepit tædere, pavere, & mæstus esse.* Sanctus Jacobus autem propositum sibi passionis tolerandæ calicem alacriter sine tædio, sine pavore, sine ulla nausea aut tristitia apprehendit, dicendo, *Possumus.* Sanctus Jacobus hanc inter omnes Apostolos gloriam habuit, quod primus os suum huic eidem calici tanta cum animi alacritate & lætitia admovevit, ut per illum non Christianos tantum, sed & ipsos Carnifices & Lictores Martyres effecerit, Baronius in Annotationibus ad Martyrologium notat, quod sanctus Jacobus ante omnes alios ad Evangelium prædicandum missus fuerit, id est, priusquam inter ipsos suæ cuique dividerentur Provinciæ, ipsius enim ardentis-

Matth. 19
22.

Matth. 8. 21

Matth. 26
39.

Hom. 66.
in Matth.

Hom. 26.
in Acta

Gen. 44.
13.

Pf. 15. 11.

simus zelus & fervor longioris moræ impatiens continere se nequaquam poterat. Unde Chryſoſtomus ait : *Nam, ſtatim ab initio rerum tanto amore concaluit, ut humanis omnino robus neglectis ad tantam ſublimitatem aſcenderet, ut à perfectioribus conſeſtim occiſus ſit.* Idem ſanctus Doctor alibi ſcribit, quod quando Salvator prædixit, quod calicem ſuum bibituri eſſent, dicere voluerit, quod vitam pro ipſo in diſcrimen poſituri eſſent : *Hoc eſt, quod dicebat Chriſtus ; poculum quod bibiturus ſum, bibetis & baptiſmo, quo eo baptizor, baptizabimini; Occidit autem Iacobum, inquit, fratrem Ioannis gladio* Haud dubiè analogias, quæ Chriſtum inter & Iosephum Patriarcham notari poſſunt, ſæpius audiveritis; ad noſtrum verò propoſitum quam maxime ſpectabit, conſiderare, ubinam Ioseph calicem ſuum abſconderit, ſive in cuiusnam fratrum ſuorum ſaccum eundem immiſerit; certum eſt, quod Sacco Benjamin impoſitus fuerit; Benjamin autem idem eſt, quod *ſilius dextera*, idemque agnominatus eſt *B-noni*, id eſt, *ſilius doloris*; Ecce tibi ſimile quid Chriſtum hoc loco facere; Salvator enim noſter calicem Paſſionis & mortis ſuæ ante omnes alios undecim Apoſtolos ſancto Iacobo porcegit, utpote qui fuit *Filius doloris*, tum ratione ſui martyrii, tum ob intenſiſſimum, quo flagrabat continuo pro Chriſto patiendi deſiderium, qui etiam Benjamin dici potuit, quia ſuper omnes alios in eo privilegiatus fuit, quod primus poſt Redemptorem calicem ejus bibere meruerit; ſimili quoque ratione Filius dextera appellari potuit, utpote qui ante omnes alios in cælo ad dexteram, quam tanto perè deſiderarat, collocatus fuerit : *Delectationes in dextera tua uſque in finem.* Amabo vos O Auditores ! obſervationem quandam in hujus ſancti honorem circa ipſius & ſancti Petri carcerem inſituamus. Ambo eodem anno, ab eodemque Tyranno in tetrum carcerem detrufi fuere, eò quidem ſine, ut ambo ad conciliandam Herodi Iudæorum amicitiam & benevolentiam, traderentur morti. Et quidem ſanctus Iacobus intentum ſuum obtinuit, quia Herodes occidit Iacobum; Sanctus Petrus autem per Angeli manum liberatus fuit. Cur obſecro cum eo tempore

reſpectu utriuſque de una eademque cauſa, fidei ſcilicet Apoſtoliſ mediantibus per totum univerſum propagandæ ageretur : Illa omnis erroris neſcia cæli providentia Petrum non verò Iacobum à morte liberat ? Reſpondebit forſiſſe non nemo eandem providentiam in æternis & inſalubilibus decretis ſuis cõpoſuiſſe, ut ſanctus Iacobus tamen deſunctus & mortuus eſſet, tanta nihilominus de cælo per beatiffimam animam ſuam, in terra verò per ſacras corporis ſui reliquias Regnis illis, quibus vivens prædicaverat, conferret beneficia, & infidelium converſiones moliretur, quantum facere potuiſſet etiam cum inter nos vivus laborando. Unde de ipſo contrarium ejus quod de Samſone ſcribitur, dici potuit; De Samſone enim dicitur : *Multiples interfecit moriens, quam ante vivus occiderat*; De Iacobo autem dici debet : *Multiples vivificavit moriens* Verum enim verò ut diſparitatem, quæ ſanctum Petrum inter & ſanctum Iacobum interceſſit, melius intelligamus, memorandum eſt, quod dum Perrus eſſet in carcere, oratio fiebat ab Eccleſia ſine intermiſſione ad Deum pro eo, hanc autem orationem pro ſancto Iacobo ſalvando & liberando factam fuiſſe non conſtat. Cur ita ? unque id non ideo intermiſſum fuit, quaſi ejus ſalutem non eodem zelo & dilectionis fervore deſideraſſent, ſed quia, uti mihi omnino perſuadeo, impatienti aviditate hunc calicem bibere deſiderans, fideles ne orationes ſuas pro ſe ad Deum interponerent, enixè rogavit, cum non fuerit in eo minus pro Chriſto moriendi deſiderium, quam fuerit in ſancto Ignatio Martyre, qui omnes rogavit Eccleſias, ne ſulis pro ſe orationibus Martyrium ſuum impedirent Ezechielis cap. 13. ſcribitur : *Offerant mihi vitulum de armento pro peccato & aſſumens de ſanguine ejus, ponens ſuper quatuor conua altaris.* S. Hieronymus per hunc Chriſtum in ara crucis in peccatorum noſtrorum expiationem pro nobis æterno Patri ſuo ſacriſicatum intelligit; paulò verò poſt in ſacro textu ſubjungitur : *in die ſecundo offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabit altare, ſicut expiaverunt in vitulo.* Per hanc verò aliam viſam, quam DEUS poſt oblatum & ſacriſicatum ſibi ſilium inſuper offerri voluit, ſanctus Iaco-

Act. Apof.
12. 8.

Cap. 43.

Iaco-

Jacobus intelligitur. Unde sanctus Hieronymus dicit: *iste est iacobus, qui transformatum Salvatorem vidit in monte*, ac demum alios plures et à Christo præstitos favores protegens, tandem concludit: *Hunc interfecit Herodes, & quasi huiusmodi immaculatum post passionem Salvatoris in die immolavit secunda*. Unde S. Jacobus dicere potuit: *Adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in carne mea*, non quasi passio Redemptoris quoad efficaciam aliquo laborasset defectu, sed quia insuper nostra requirebatur cooperatio, opus erat, ut & nos huic Calicis labia nostra admoveremus, ac proinde S. Jacobus inter alios Apostolos primus esse voluit, qui redemptori nostro pro suo effuso sanguine sanguinem redderet.

3. *Possimus*. Una ex iis rationibus ob quas Apostolus tanto urgebatur pro Christo moriendi desiderio, ut quidem exitimo, ea fuit, quia gloriose transfigurationi, in qua Salvator noster una cum Moyse de sua Passione, & de amarissimo calice bibendo sermones miscuerat, tanquam spectator adstitit, S. Damascenus singulari ex mysterio factum esse arbitratur, quod Dominus noster, tres illos Apostolos duxerat ad spectandam transfigurationem suam in montem Thabor conduxit: Petrum quidem, ut is vocem æterni Patris audiret, qua dicebatur: *Hic est filius meus*, in fide Divinitatis suæ, quam antea generose confessus fuerat, tanto magis & solidius stabiliretur: Sanctum Jacobum vero ut tanto animosius Passionis & mortis suæ calicem & ipse epotare & exorbere posset, siquidem ipse ex toto Collegio Apostolico primus futurus erat, qui martyrio honorandus & afficiendus erat: Denique sanctum Joannem, ut ejus de essentia divina verbi incarnati illis inchoantis Evangelii sui verbis: *In principio erat verbum*, &c. editum testimonium cunctis sæculis indubitatum efficeret. Porro Redemptor noster Passionem suam calicis nomine vel titulo insignivit, non obstantem quod à Psal. mista torrens fuerit appellatus: *De torrente in via bibet, magna velut mare coarctio tua: veni in altitudinem maris*. Cur autem ipsum tormenta passionis calicis nomine expressisse existimatis? *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Theophylactus ait: *Poculum dicit Dominus suam mortem, ostendens, quod ipse pro amoris magnitudine suaviter accedat mortem, quod mare Passionis*

calix videatur. Sanctus Basilius pariter inquit: *Supplicia requiem & refectorem animæ & corporis, non dolores ducens*. Sanctus Jacobus charitatis Christi in tolerandis excessiva cum latitia tormentis & doloribus imitator, seu potius amulator strenuus huic calicis os admovit, atque in ipso actu bibendi tantam in se exhibuit animi fortitudinem, tantumque jubulum, ut pro amoris magnitudine suavisiter accesserit ad mortem; Et hæc fuit ratio, cur cum sapientissimus Magister noster in hodierno Evangelio dicere potuisset: *Moriemini pro me*, vel alia phrasi martyrium ipsorum exprimente potuisset uti, id tamen non fecit, sed dixit: *Calicem meum bibetis*, sciens futurum esse, ut pro suo amore mortem eadem essent suavitate toleraturi, qua calix suavissimo & generoso vino refertus epotari solet. Porro quando amares ille calix Christo in horto præsentatus fuit, dixit: *Transseat à me Calix iste*. Verum dicat aliquis, ex quo Christus adeo vehementer ardebat moriendi & patendi desiderio, cur propinatum sibi passionis calicem abnuere voluit, dicendo: *Transseat?* Sanctus Hilarius argute observat, Christum non dixisse *transseat me*, sed *transseat à me*, quo loquendi modo petiit, ut à se ad suos quoque transiret electos, ab iis pariter epotandus, ut hi eundem lubentes, volentesque apprehenderent: *Transseat à me calix iste, id est, quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur sine spei dissidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis*. Scribit Clemens Alexandrinus, ut Eusebius Cæsariensis refert, quod certus quidam Josias qui primus exiit, qui præcaerens summo cum furore & rabie suis in sanctum Apostolum manibus involavit, postulara à S. Jacobo & impetrata venia, conversus fuerit, quem S. Jacobus summa cum clementeritudine amplexatus fuit, magnam in hoc consolationem demonstrans, quam illi ministratus hic calix ingesserat, de quo dicere poterat: *Calix meus inebrians, quam præclarus est*.

4. *Calicem quidem meum bibetis*, id est, vos quidem me imitabimini hilariter & alacriter pro amore mei moriendo, quod & reapse factum est, siquidem S. Joannes ex illo olei bullientis caldario vigorosior & jucundior egressus est, quam fuerat ingressus: S. Jacobus vero ad supplicium concedens superhumanum jubulum præle tulit. Ehem quanto cum desiderio Christus se ad hunc calicem anhelare

Coloss. 1.
24.

Luc. 9. 31.

Et. à Cor.
de lap. in
Matth.

Pf. 109. 7.

Thren. 3.

17.

Pf. 68. 3.

Isa. 48. 11.

In Ps. 115.

Pf. 22. 26.

Matth. 16.
23.

demonstravit? *Exultavit ut gigas ad currendam viam*; similiter quando Petrus hunc ei e manibus calicem eripere conabatur, eidem se opposuit, dicens: *Vade post me Satana, scandalum es mihi*: Judæ quoque hunc sibi calicem ministrare, paranti dixit: *Quod facis fac citius* Et quidem tametsi deinceps in horto dixerit, *Si possibile est, transeat à me calix iste*, in eo tamen momento potius nostræ debilitas naturæ in eo loquebatur, tunc enim ut S. Gregorius ait: *Nostræ mortis in se certamen expressit*: simile quoque desiderium patiendi S. Jacobus in se expressit, siquidem non expectavit, donec alii Apostoli missis inter se sortibus mundi inter se partes dividerent, quin potius postquam vix Christus dixisset, *Euntes in mundum predicare Evangelium*, martyrii tubeundi avidus ad longum quoddam & erumnolium iter se accinxit: Unde & Christus ei gratiam ab eo ut pie credere possumus, tantopere desideratam libens præstitit, quia *Primus Apostolorum Ierosolymis per fuso sanguine testimonium Iesu Christo dedit*. In vita S. Martini recensetur, quod cum Maximus Imperator eum convivio excessisset, alatum sibi, juxta regionis illius usum, multo vino refertum calicem, ut eum primus ebiberet, ob reverentiam quæ sanctum Martinum prosequatur, id facere nolens, ministro præceperit, ut primus haultus ante eum sancto huic Prælato propinaretur, futurum existimans eundem sibi calicem secundo loco à sancto Martino propinandum esse, at verò S. Martinus eundem non Imperatori, sed Clerico suo ministrari fecit, existimans nullam mensæ huic assistere personam (tametsi ipsemet Imperator in ea præsens esset) quæ sacerdoti præferri posset; Enimverò hanc historiam ad casum nostrum applicit, dicendo: quod æternus pater in nuptiis quæ fecit filio suo: *Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, passionis calicem filio suo propinavit; Calicem quem dedit mihi pater*; qui eo exhaurit, non obstante quod nuptiali huic mensæ omnes alii Apostoli assisterent, quodque omnes eidem calici admoturi essent labia, neminem alium dignum esse existimavit, qui post ipsum immediatè eundem exhauriret, præterquam sanctum Jacobum. Equidem si quidam equestris ordinis nobilis receptam à rege suo crucem velut

equestris ordinis insignem in servum suum transferri, acquiesceret, numquid hic dignationem hanc sibi meritò summo honori duceret: Idem prorsus DEI Filii fecit, quando præ omnibus aliis hunc servum suum sanctum Jacobum Apostolum mortis & Passionis suæ cruce singulari privilegio dignatus fuit; etenim calicem istum Redemptor noster Ierosolymis ebibit, utpote qui ei ac Judæorum manibus post tot ab eo recepta beneficia propinatus fuit, Sanctus Jacobus quoque ab istodem, quibus tanto cum Spiritu verum Evangelii lumen annuntiaverat Ierosolymis crudeli morte affectus fuit, & quidem ut sanctus Antoninus advertit, *Sententia Herodis Iacobus decapitatus est tali die, quâ incarnatus est. Et eodem die passus est*; adeoque hic Apostolus eodem die Christi calicem epotavit, quo ab ipsomet Christo haultus fuit. Advertendum quoque est, quod sicut in morte Salvatoris ad Christi fidem conversus est Longinus, qui post sauciatum Christi pectus non solum in oculis corporis, sed & in anima illuminatus fuit: ita quando S. Jacobus mortem est passus, is qui principale fuit martyrii sui instrumentum ad fidem se Christi convertit: Unde Eusebius ait: *Is sane qui eum ad tribunal duxerat, cum martyrium subiturum cerneret, è remotus Christianum se esse, ultro confessus est*.

5. Possumus, Mater magnificentissimos pro filiis thronos exquirat, in quibus in Christi regno collocari & excipi possent: *Dic ut sedeant hi duo filij mei unus ad dexteram tuam & alius ad sinistram in regno tuo*, Christus autem filios ejus interrogat, *potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quod idem erat, ac si diceret, inestne vobis illa animi generositas & robur, ut ad ludibria, ignominias, flagella, equuleos, feras, accensas fornaces, patibula, uno verbo ad atrocissimam truculentissimorum tormentorum carnificinam solidos & constantes vos futuros esse, confidere possitis? cui nullâ præmissâ tardiori deliberatione; summâ cum promptitudine respondent, *possumus*. Ipsi honores postulant supremos, Christus autem illis offert infamiam; ipsi thronos requirunt, & patibula eis exhibentur, neque tamen ut sanctus Basilius, inquit, responderunt, *alia adducti* *Epæ ad te accesseramus, & tu contraria nobis* *atque*

1. part. 2. c. 7.

Lib. 2. hist. cap. 9.

Conf. m. cap. 23.

atque speravimus, imperat: nos quietem speravimus, & tu in periculo protrudis? honores nobis poposimus, & tu ex adverso ignominiam inquis? Enimvero valdè est verisimile Christum per propositam illis interrogationem cor illorum commovisse, necnon illuminasse intellectum, ut regnum Christi non temporale, sed æternum esse intelligere possent: Regnum meum non est de hoc mundo, & tamen os suum huic amarissimo calici admovere toro corde desiderare; ut potè qui quoad sensum quidem amarus, quoad æternæ gloriæ retributionem, necnon regni beati lucrum suavissimus existit. Christus de

vicina morte sua cum discipulis agebat, quod mater illa advertens, oblatâ sibi occasione utendum esse existimavit; quia, *Tunc accessit ad eum, Matth. 20. Atinques, si Christus de patibulis loquitur, 20. quomodo illa thronos postulare præsumit? nimirum ut sciamus si sustinebimus, & conregnabimus, Basilii Seleucus ait: Vis mulieris fidem cernere? supplicationis quare tempus, quando libellum supplicem offert, crux erat parata; sed quid mirum, cum & filii de hac veritate edocti & illustrati ad patiendum & moriendum promptos se esse responderint, dicendo; Possumus.* *2.Tim. 2. 12. Orat. 24.*

Explicantur virtutes heroicæ & merita; insignia, quibus median-
tibus S. Iacobus gloriam cœlestem est assecutus.

DISCURSUS QUINTVS.

Sedere ad dexteram vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Matth. 20.

Matth. 20.
27.

10. 20. 9.

1. **N**olite credere Salvatorem nostrum, qui dixit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, quique constitutus est, ut sit ostium & porta paradisi: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur*, duos hosce adeo sibi gratos & acceptos Apostolos in regni sui possessionem reponere mihi valuisse; quin certi estote quòd quando dixit: *Sedere ad dexteram vel sinistram non est meum dare vobis*, ut S. Ambrosius ait, dicere voluit: *Non esse officii sui ut id faciat*, eò quòd cœli sedes iis dare statuisset, qui suis illas meritis promeruisset. S. Apostolus Paulus gloriam bravio comparavit: *Sic currite ut comprehendatis; omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere; & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam*. Qua similitudine suppositâ facilior erit

Manlii Sanctuaris Tom. III.

verborum Christi intelligentia; si enim post expositum à Principe currentibus aut luctantibus pretiosum monile, sumptuosam vestem, aut aliud præmiû aliquis ex spectabilioribus aulicis Principem adiret, illudque præmium ab eodem instanter expeteret; is autem se hujus donationis faciendæ potestatem non habere, eò quòd jam dudum iis præmium hoc mente destinasset, qui è cursoribus vel agonizantibus primus metam attingeret, nunquid talis ipsissimam veritatem diceret? aut verò nunquid in tali casu justam haberet tale petitum præmium negandi rationem? utique; neque enim tali sollicitatori aliud respondere posset, quàm quòd illum ad strenuè currendum, hacque ratione post obtentam victoriæ palmam bravii se possessorem faciendum cohortaretur. Et hoc præcisè est quòd incarnata Sapiencia duobus hisce Apostolis in currenti Evangelio dicere voluit, dum ait: *Non est meû dare vobis, &c. quasi diceret, ad pri-*

a

mas

mas regni mei fede: à vobis sollicitas admittite vos nequeo, obstante xterni Patris & meo immutabili decreto, quo sancitum est, quod non coronabitur, nisi qui legitime certaveris. Porro nomen, quod sanctus hic Apostolus ab incubulis suis sibi impositum præ se tulit, mysteriis nequaquam vacat, prout Albertus Magnus egregie obliervat, dum ait: Interpretatur autem Iacob luctator, quia semper fuit in lucta virtutis & sapientiæ. Cognovit Christus S. Jacobum validum fortemque luctatorem futurum esse, quodque non minori jure & merito quam

1. Tim. 2. 5.

In Marc. 3.

2. Tim. 4. 8.

Paulus dictus: us esset: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus justus iudex; siquidem Christus in tantum illi regnandi cum eo spem dederat, in quantum prius calicem suum epotasset, id est, in quantum eum in morte sua fuisse imitatus, atque in hujus vitæ militia & campo strenue decertasset.

5. Semper fuit in lucta virtutis. Sciendum quod quando ad Christi sequelam ab eodem Domino vocati fuerunt, Christus procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, cum Zebedæo patre eorum resistentes retia sua, & vocavit eos. Quoniam verò modo illos huic vocationi correspondisse existimatis? Illi autem statim relictiis retibus & patre secuti sunt eum. Porro sacrepositoricos hunc textum considerantes multas horum sanctorum fratrum virtutes certatim admirari leguntur. Et quidem Chrysothomus ad hoc se refledit, quod paulò antè ad eandem sequelam suam sanctum Petrum & Andream vocaverat, aliis tamen verbis, quia illis dixerat: Faciam vos fieri piscatores hominum; quibus verbis dictis duobus etiam fratribus veluti calcæria addidit, imò alas pedibus inferuit, ad promptè currendum & obediendum; quia magna dignitas & sublimitas est, si quis in hominum piscatorem evadat: Faciam vos fieri piscatores hominum, Petro & Andree promisi; Iacobo verò nihil tale pollicitus fuit: & tamen hic sanctus Apostolus nec diu obedientiam distulisse, vel unius diei moram traxisse legitur; sed statim ipse se societati & sequelæ perpetuæ addixit. Unde Albertus Magnus ait: Ecce obedientia velox, expedita, & perfecta! velox, quia statim; expedita, quia relictiis retibus; spiritalis, quia relicto

Matth. 4. 21.

Hom. 4. in Matth.

carnali patre secuti sunt eum. Ecce perfectio obedientiæ. Non quæ scholæ Christi pedem intulerant, & tamen valde eminentis perfectionis homines esse probârunt; siquidem non propter aliquod interesse privatum, aut spe præmii ejus se servitio tunc dedicârunt, quando iose eras opprobrium hominum, & abjectio plebis; sed potius ab efficacia divinæ gratiæ id totum processit. Unde S. Ambrosius ait: imitatores Christi perfecti utique non propter spem boni sunt. Glossa interlinearis verba illa: Cum retibus & patre, considerans dicit: Perfecta est conversio, ubi cum cupiditate rerum carnalis quoque rumpitur dilectio.

Lib. de interpell. c. 120.

3. Semper fuit in lucta virtutis. Charitas sublimis quædam est Regina virtutum: Major autem horum est charitas, eaque in gradu intensissimo in S. Jacobo scintillavit. Cornelius à Lapide existimat S. Jacobum inter illos duodecim pretiosos lapides, per quos præfigurati fuere duodecim Apostoli, per Chalcedonum symbolizatum fuisse. Porro in summi Sacerdotis Rationali loco hujus gemmæ ardens erat carbunculus ita nominatus, quia in scopulis litterarum Chalcedoni vicinorum nascitur, & carbunculi colorem refert, adeo ut ignitus quidam carbo esse videatur. S. Isidorus ait: Carbunculi fulgor nec nocte vincitur, colore ignitus ut carbo, lucet in tenebris. Hanc vero gemmam huic sancto Apostolo nostro applicando dicere possumus, quod lux prædicationis S. Jacobi in ignorantia & cæcitate Judæicæ tenebris mirè scintillavit, dum ex iis in ingenti numero varios ad veræ fidei agnitionem convertit; qui verò ab ipso convicti & confusi in propria duritie perseverabant, eidem obstinati machinati sunt mortem. Amor & charitas ejus mirum in modum sese prodidit, adeo ut Victor Antiochenus de ambobus huic fratribus scribat: Animadvertabant se plurimum à Christo diligi; ac proinde ad secretissimorum mysteriorum, quæ aliis non communicabantur, participationem admittebantur, nimirum ad Christi Transfigurationem, filia Archifynagogi mortuæ resuscitationem, multaque alia similia. Etenim ex uno eodemque cratere bibere, strictæ amicitia, magnique amoris indicium est. Et ratio est, inquit Philostratus, quia bibendo labia crateri admoventur, velut per impressum illi osculum, sicque post osculum eidem infixum amico porrigitur, quem

Apoc. 21. 18

Lib. 16. c. 13

Lib. de E
lia & Je-
jun c. 17.

quem impensè diligimus: *Labris attingens im-
ple of us poculum, & prabe rogantibus*; ita
quoque Salvator noster, ut quàm tenerè duos
hostes trates amaret, palam faceret, eidem se
calicem suum eis daturum esse promisit, dicens,
Calicem quidem meum bibetis. S. Ambrosius
ait: *Quid obestationes potantium loquar?
Bibamus, inquit, pro salute imperatorum,
& qui non biberit, sit reus in devorione; vide-
tur enim non amare imperatorem, qui pro sa-
lute ejus non biberit*. Enimvero ad ho. ut in
perfectam charitatis S. Jacobi notitiam pertin-
gere possemus, hoc unicum dixisse sufficiet,
quod à Christo amatus fuerit; veruntamen non
desunt alia amoris illius expressiva specimina,
nimirum quod primus fuerit, qui sua calici Chri-
sti labia admovit. Cùm supremus ille archite-
ctus Ecclesiam suam super Apostolorum suorum
sanguine fundare decrevisset: *Isti sunt qui vi-
ventes in carne plantaverunt Ecclesiam san-
guine suo*. Hic sanctus Apostolus primus fuit,
qui suum in Ecclesia fundamenta jacienda san-
guinem fudit. Undè illi hæc S. Laurentii Justi-
niani verba De triumphali Christi agone, pro-
priè adaptare possumus, dicens: *Neque peto ut
aquâ sapientia me potes, & spiritualem mihi
illam prabeas aquam, quam Samaritanam mu-
lieri pollicitus es dicens: Qui biberit ex hac
aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salien-
tis in vitam æternam: hanc in presenti postpo-
no atque recuso, calicem expesco, quem in men-
sa positum conspicio tuo sanguine fecundatû;
de ipso prophetico ore dixisti: Calix meus ine-
brians quàm præclarus est; hunc postulo, hunc
habere desidero*. Quia verò tam ingenti calicem
illum bibendi desiderio exarsit, tandem ei desi-
derata hæc gratia ultro præstata fuit, undè de
eo dicere possumus id ipsum, quod de sancto
Protho-Martyre S. Maximus ait: *Mortem, quam
Salvator dignatus est pro omnibus pati, hanc
ille primus reddidit Salvatori*. Et quod Euse-
bius Emisenus licèt ad aliud propositum de eo-
dem S. Stephano dicit: *Beatus, qui fuman-
tem adhuc Dominici victimam sanguinis pri-
mus honoravit recenti sacrificio passionis; pri-
mus etenim Apostolorum martyrium sustinuisse
noscitur*.

4. *Semper fuit in lucta virtutis*. Quis un-
quam majorem & ardentiorẽ ipso erga cele-
stis magistri sui cultum & honorem promoven-

dum zelum exhibuit? Enimvero ipse unà cum
S. Joanne fratre suo de nimio zelo reprehensus
fuit; & quia synagogas confundere & convence-
re non desistebat, ideo qui obstinatiorẽ erant,
licèt veritatem perspicuè satis agnoscerent, vi-
das tamen dare manus nolentes, vitam ei eripe-
re inter se conjurando statuerunt, & apud He-
rodem veluti de negotio maximi momenti solici-
tantes eundem ad decernendum illi marty-
rium induxerant; qua in re indicibilem in ani-
mis suis persenserunt complacentiam, *Occidit
Iacobum fratrem Joannis gladio*; moxque ad-
ditur: *Videns quia placeret Judæis*. Ubi Chry-
sostomus ait: *Sic acer ac gravis ludæis erat, ut
magnum munus illis obtulisse, cùm cum inter-
fecerit Herodes, visus sit*. Joseph Hebræus &
Philo impium Herodem religionis Hebræicæ
zelosissimum fuisse scribunt, eumque proindè in-
teritu & morte S. Jacobi illam jugiter conserva-
tam esse voluisse.

Hom. 57.
in Matth.

Cap. 4.

5. *In lucta virtutis*. Cardinalis Baronius in
annotationibus ad Martyrologium ait: *Addi-
mus & illud de eodem Apostolo, ipsum nimirum,
sicut Joannem virginem permansisse; adducit;
S. Epiphanius testimonium dicens: Quinam
igitur hi fuerint, quàm generosi Apostoli, ac
monasticam vitam degentes, ac deinceps virgi-
nes? Joannes quidem & Iacobus filii Zebedæi,
qui manserunt in virginitate*. Albertus Ma-
gnus postquam dixisset quod ethymologia hu-
jus nominis Iacobus Est à lucta virtutis, illum
Ecclesiastici textum subiungit: *Colluctata est
anima mea cum sapientia*. In Glossa dicit Hie-
ronymus: *Supplantata habet desideria carnis*.

Hæresi 2.

6. *In lucta virtutis*. Ex quo enim Christus
dixit: *Discite à me quia mitis sum*. S. Iacobus se
singularem mansuetudinis ejus imitatorẽ esse
probavit: quia sicut Christus osculatus est Iu-
dam, qui captivitatis & mortis suæ præcipuum
instrumentum fuit, & amici titulum insuper ei
attribuit; ita quoque S. Iacobus cum vehementi
amore osculatus est Iulium, qui mortem ei ma-
chinatus fuerat: *Quem Iacobus osculatus, Pax,
inquit, tibi sit*. Et sicut superius quoque ex sen-
tentia S. Antonini diximus, cùm Hermogenes
magus dæmonibus, ut S. Iacobum vinctum ad se
perducerent, præcepisset, Sanctus contra eis-
dem malignis spiritibus, ut magum ad se accer-
ferent, mandavit, ita tamen ut nullum ei malum
inferrent; indè vindicta, quam Apostolus de

mago sumpfit, fuit ejus ad fidem sincera conversio; sciendum quoque hinc, quod demonibus à S. Apostolo licentiam se de incantatore vindicandi poscentibus, ipse ut protinù discederent, præcepit dicendo: *Quia Dominus mandavit reddere bona pro malo.*

7. *In luctu virtutis.* Considerandus quoque hic est omnium rerum temporalium, omniſque umbræ ambitionis contemptus; nam, ut Dionysius Carthusianus observat: *Jacobus cum conſanguineus eſſet Salvatoris, nequaquam eſt*

contristatus aut motus de hoc, quòd Salvator non se aut fratrem suum Ioannem, sed Petrum toti præfecit Ecclesia; sed sibi à Domino injunctum onus fidelissimè acimplevit. Et quidem licet non desint auctores, qui hanc primarum se-dium Christo propositam sollicitationem mundanæ ambitionis motivo attribuant, nihilominus potiùs Authoris operis imperfecti opinioni credendum esse existimo, qui scribit: *Petebant quasi Religiosi cælestis gloria amatores.*

*Serm. 4. de
S. Jacobo.*

DE S. ANNA

MATRE BEATISSIMÆ VIRGINIS

DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSVS I. Sanctam Annam sanctissimam Virginem filiam suam pariendo se omnium Deo charissimis & sanctissimis antiqui Testamenti animabus superextulisse ostenditur.

DISCURSVS II. Sanctæ Annæ nonnullæ accommodantur margaritarum proprietates & conditiones; siquidem ipsa ad instar conchillii fuit, in quo unio-nes nascuntur.

DISCURSVS III. Sanctissima Virgo thesaurus ille fuisse ostenditur, de quo in Evangelio fit mentio; sanctam verò Annam ejusdem thesauri ærarium fuisse monstratur.

DISCURSVS IV. Virtutes, merita, aliasque magnæ hujus Sanctæ prærogativas ex eo quòd Mater Genitricis Dei electa fuerit, ortas fuisse ostenditur.

DISCURSVS V. Ex ethymologia nominis Anna, quod idem est quod gratia, variæ circa abundantem, qua Sancta hæc locupletata fuit, gratiam, consequentiæ eliciuntur.

S. Annam sanctissimam Virginem filiam suam pariendo se omnium Deo charissimis & sanctissimis antiqui Testamenti animabus superextulisse ostenditur.

DISCURSUS PRIMVS.

Multa filia congregaverunt divitias. Prov. 21. v. 90.

In vita
S. Redul.

1. **S**anctus Damianus dubio cuidam, quod non sine fundamento à multis Deiparæ devotis cultoribus moveri solet, videlicet cur sacri Evangelistæ suis in Evangeliiis à deo nodicas beatæ Virginis laudes recenseant, hunc in modum respondendo satisfacit: *Maria in solo partu quem edidit, omnium proculdubio Sanctorum virtutes & signa præcellit.* Enim vero idiplum de sancta Anna affirmari posse videtur; licet enim hujus in sacris paginis vix ulla fiat mentio, ad ejus tamen laudem & gloriam dicere sufficit, quod partu suo omnes longè superet totius veteris Testamenti gratissimas Deo sanctissimasque animas; undè non sine mysterio hæc ei verba adscribuntur: *Benedictionem omnium gentium de dit illi Dominus; vel ut Syriaca legit: Benedictionem omnium antiquorum.*

Eccl. 44.
23.

Serm. 2. de Nat. Virg. sed incomparabiliter clarior generositate prolis; filia siquidem Regum, sed & mater Regis Regum. Andreas Cretensis idiplum confirmat dicens: *Dico autem claritatem generis, parentum utrimque insignem nobilitatem; quia hinc sacerdotalem, illinc regiam nacti erant dignitatem.* Ubi enim in toto veteris Testamenti decursu nobilitatem aliquam huic parem invenire po-

teritis? siquidem (ut S. Bernardus notat, sanctus Matthæus in genealogia Christi secundum carnem, quæ & S. Annam respicere censetur) quatuordecim enumerat Patriarchas, quatuordecim Reges, ac deorum quatuordecim alios Principes, cunctos famulos & celebres. *Tom. 1. ser. 61. A. 1. c. 2.*

3. *Supergressa es uni versas, in fecunditate, quia tamen secundum opinionem authenticam atque receptam, unicam duntaxat filiam enixa fuerit, ob hanc tamen, licet unicam, de ea dici potest: Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur;* eique illa Chrysologi verba, licet ea de Baptista dicta sint, adaptare possumus, dicentis: *In uno foetu nascatur nunc rogitas congesta virtutum Anna Samuelis mater, postquam post diuturnam sterilitatem enixa fuisset filium, debitas Deo gratias agens, inter alia dixit: Donec sterilis peperit plurimos.* Circa quæ verba Abulensis ait: *Quando ista dixit, erat in Silo offerens filium suum Samuellem Domino, & tunc nullum alium pepererat.* Quod cum revera ita se habeat, quomodo se plurimos peperisse filios asserere poterat? Respondeo, id eam dixisse, quia cum partum adeo Deo gratum, adeoque sanctum peperisset, eundem plurimorum filiorum loco habebat; quanto igitur magis de S. Anna dicere poterimus: *Sterilis peperit plurimos, tamen aliam non genuerit filiam præterquam intemeratam Virginem Mariam, idque non solum ob eminentissimam ejus sanctitatem, verum etiam & longè potius quia cunctorum viventium mater futura erat?* *Pf. III. 29*

1. Reg. 2. 2.

4. *Supergressa es uni versas.* Multæ quidem aliæ veteris Testamenti sanctæ scæminæ,

aliquanto tempore steriles fuere, videlicet Anna Samuelis mater, de qua jam diximus; Rebecca, Sara, Elisabeth, & multa alia, quae tamen postea feliciter pepererint, suamque Deo prolem summa cum devotione obtulerint; omnes tamen haec S. Anna post diuturnam sterilitatem à Deo secunda efficta longè superavit; nam, ut S. Ioannes Damascenus ait: *Sterilitatis depulsio ab utero Anna apertissimè indicabat; quid autem depulsionem hanc indicasse exultimatis? num fortè id ipsum, quod Chrysologus de eodem sancto Pæcuriore scribit: Probat major homine, qui in ortu suo excedit legem nativitatibus humanae? Aut verò id, quod Beda de eodem dicit: Quantum ortus eius miraculo pateceret virum magna virtutis futurum esse qui nascebatur?* Minimè gentium, quin potius id vobis, quod omnium aliorum, quos matres steriles genuere, Sanctorum merita excedit, imaginari licebit; nam, ut Damascenus ait: *Indicabat fore, ut bonorum sterilitas, qua mundus laborabat, submoveretur.* Verùm, inquit, quænam erat illa, cui mundus miserabiliter subiacebat, sterilitas? num fortè defectum humanæ proles in debiliore sexu protendebat? neutiquam; quin potius audite, qualis tuoc penuria humanum genus affligebat, nimirum sterilitas divinæ gratiæ, quæ semen est æternæ gloriæ, arcanaque beatitudinis seges produceretur. Enimvero quisnam partus ille erat, qui fortunatissimis clauderetur S. Annæ visceribus? *Maria mater gratia.* Igitur ibi beatitudinis semen abscondebatur, sive foetus ille, de quo canit sancta mater Ecclesia: *Beatus venter, emissiones tua paradus.* Sanctus Bernardinus Deiparæ Virgini peculiarissimam quandam attribuit prærogativam, eidem absque ullo in aliis viso prævio exemplo in utero sanctissimæ Annæ matris suæ concessum, dum ait: *Beata Virgo etiam dum erat in utero matris habuit usum arbitrii, atque lumen perfectum in intellectu & ratione;* de quoniam autem hoc perfectius verificatur, quàm de partu filia suæ, de qua divinum prophetaverat oraculum: *Fœmina circumdabit virum;* verum tamen ad majorem satisfactionem S. Ioannem Damascenum de duobus sanctis confortibus Ioachimo & Anna ita differentem audite: *Per vos donum omnium donorum præstantissimum Creatori obtulit, nempe castam ma-*

trem, qua sola Creatore digna est. O beatum ventrem, qui virum cælum cælis ipsis latius peperit.

5. *Supergressa es universas.* Etenim in quarundam matrum utero animas foetuum ferorum sanctificatas fuisse novimus, ptoiri de Ieremia & Ioanne Baptista constat, & fortè in pluribus aliis id contigit, licet ii ad nostram notitiam hætenus minimè pervenerint; omnes tamen illæ animæ originalem contrahere maculam; at vero de beatissima Virgine Maria sanctæ Annæ filia canit Ecclesia: *Sola sine exemplo placuisti Domini nostro Iesu Christo, ipsa etenim ex specialissimo privilegio sola etiam à peccato originali præservata fuit; undè maternus sanctæ Annæ uterq; dono quodam & prærogativâ sine exemplis privilegiari meruit, quæ nunquam ab aliis participata fuit, nec unquam participabitur: Sola sine exemplo.*

6. *Supergressa es universas.* Videri equidem posset primæ matri nostræ Evæ super omnes alias mulieres (solâ exceptâ Virgine) deberi primatum: at vero qualiter genitrix Matris Dei etiam huic protho-matri superemineat, paucis audite. Eva quidem totius humani generis genitrix fuit, utpotè quæ prorsus illius stirps & radix extitit. Sed quid demum? hæc intra paradisi terrestrii delicias mundum hunc funestâ quadam metamorphosi in vallem quandâ commutavit lachrymarum. Audite quid hæc de re Antiochus in Bibliotheca Veterum Patrum in Appendice de S. Anna hisce verbis scribat: *Hæc in horto suo cum petitionem suam obtulisset pro impetrando filio, promeruit accipere sanctam Virginem Mariam Matrem Dei, qua omnium hominum, & etiam Angelorum est præstantissima.* Eva in paradiso terre stitit circumvagando ruinæ generis humani causa extitit: sancta Anna per solitudinem & contemplationem suam hæc ruinas per partum, quem in horto orando obtulit, reparare & restaurare meruit. Simon de Cassia ait: *Orat inter arbores Christus, quia inter arbores peccavit & non oravit Adam.* Id quod etiam de oratione S. Annæ in horto illo non sine mysterio facta dicere possumus; ibi namque illius Evæ donum receptura erat, quæ primæ ruinas receptura erat: *Quod Eva tristes abstulit, tu reddis almo germine.* Nullus unquam ab ipso mundi exordio visus est homo, qui orationem Deo adeo gratam, totique generi

Orat. 2. de
Nat. Virg.
serm. 91.

Cant. 4. 13

Tom. 2.
ser. 51. c. 2.

Orat. 2. de
Nat. Virg.

Hom. 107.

Lib. 13.
c. 30.

Orat. 3. de
Nat.

generi humano ad o utilem & proficuum perfe-
cerit, qualem S. Anna ad Deum fudit. S. Ioan-
nes Damascenus beatissimam Virginem oratio-
num à suis genitoribus effusarum efficaciam potis-
simum attribuit. *Orationis fructum percepe-
runt hanc Regnam* Eva non solum non oravit,
nec mentem suam ad Deum extulit; verum eti-
am à turpi gula ledacta pomum toxico plenum
ab arbore vetita decerpit, indeque toti proge-
niei humanæ mortem intulit, eandemque æ-
ternæ famis reatui subiecit, de qua in Psalmo
scribitur: *Famem patientur ut canes*. S. Anna
fervidæ orationi suæ rigorosa jejuna sociavit.
Undè Lanfpergius ait: *Annæ propriarum
virtutum venustas summè decorat, ut in hoc
ipso cunctis fœminis præbet jejunii & oratio-
nibus, quibus tandem obrinuit uteri fœcunditatem.*

Serm. de
S. Annæ.

8. *Supergressa es universas*. In quorundam
sanctorum hominum nativitate, veluti Isaaci &
Ioannis Baptiste mira diffusa sunt gaudia; at
vero nulla est lætitia, quæ aliquam proportio-
nem habeat cum ea, quæ cælum & terra exultâ-
runt in Nativitate Mariæ: *Nativitas tua Dei
Genitrix Virgo gaudium annuntiavit in uni-
verso mundo*. Undè si Sara quondam dixit: *Ri-
sum fecit mihi Deus*; quanto majore jure jubila-
re S. Anna debebat, quæ filiam quandam pari-
tura erat, undè lætificandi erant angeli pariter
& homines. Meritò igitur S. Ioannes Dama-
scenus ait: *Latentur cæli desuper, & exultet
terra, commoveatur mundi mare; in ipso enim
concha gignitur, quæ cælitus ex divinitatis
fulgetra in utero concipiet, & Christum in-
gentis pretii unionem pariet*. Quod si verò de
spirituali jubilo, quem filia sanctæ matri suæ par-
ticipavit, sermo sit, ipsamet beatissima Virgo
S. Brigidæ revelavit dicens: *Cum anima mea
sanctificaretur, & corpori conjungeretur, tanta
matri meæ advenit lætitia, ut impossibile esset
dictu*. Adhæc quotidiana docet experientia,
quod mox ut fœminæ suos sunt enixæ partus,
genitores ut plurimum in plurima distrabi &
conturbari incipiunt, utpotè quibus de dote suo
tempore habenda est ratio: hi vero fortuna-
tissimi conjugēs per Angelum quandam cælitus
messum, qualis hic, quem in lucem mater editura
erat, partus futurus esset, didicerunt, ideoque
prohè sciebant, quod suam secum dotem con-
ferret, eamque talem, quæ cæli terræque pre-

Orat. 1. de
Nat. Virg.

Lib. 1. c. 9.

tium longissimè excederet, quippè quæ Mater
Dei futura erat. Sanctus & mellifluus Eccl. sic
Doctor Bernardus Præcursorem, pro immenso,
qui ex Mariæ præsentia ejus se animæ infina-
verat, jubilo, in materno viro exultantem his-
ce fere verbis considerat: *Hæc est, cujus salu-
tationis vox & ipsos facit exultare in gaudio,
quos materna adhuc viscera clauant; quod si
parvuli nondum nati anima liquefacta est ut
Maria locuta est: quid putamus quam illa
fuerit Cælestium exultatio, cum & vocem
audire, & videre faciem, beatæ ejus præ-
sentiam frui meruerunt? quod si tam excessiva
lætitia eum incessit infantem, qui filii ejus præ-
cursori fuerat, necnon & angelos, qui ejus e-
rant subditi; quantus igitur credendus erit
fuisse lætitiæ excessus, & jubilo spiritualis, qui
sanctissimæ ejus Matri fuit communicatus non
solum illorum novem mensium spatio, quibus in
ejus visceribus reclusa permansit; verum etiam in
toto reliquo tempore quo ei convixit?*

8. *Supergressa es universas*. Aliæ quidem
matres Deo suos obtulerunt filios, prout in sa-
cris literis legimus; hæc autem sanctissima Dei-
paræ genitrix cunctis aliis matribus superem-
nuit, si qualitatem oblatae Deo filia suæ respiciamus:
quam enim proportionem omnes sanctæ
animæ, quæ Deo unquam consecratae fuere, et-
iam simul junctæ habere possunt, si cum ea sola
conferantur, quæ immensis, ne dicam infinitis
meritis suis omnia omnium aliarum animarum
merita adæquavit, imo quæ omnes Beatos, om-
nesque spiritus Angelicos multis titulis supera-
vit; siquidem hæc S. Annæ oblatio iure meritissi-
mo dicere potuit: *In plenitudine Sanctorum
detentio mea?* atque ideo Ecclesia in oratione,
quæ in festo Præsentationis ejus in templo uti
solet, hæc verba adhibet: *Deus qui beatam Ma-
riam semper Virginem spiritus sancti habitacu-
lum hodiernâ die in templo presentari vo-
luisse*. Porro oblationes partuum, quas aliæ ma-
tres in templis fecerunt, eo potissimum fine fie-
bant, ut à loco sacro sanctitatem sibi conciliarent
& virtutem: at vero præsentatio, quam S. Anna
in filia sua fecit, templi sanctitatem adauxit. Por-
ro verisimile est ipsam templum introeuntem
hæc labijs suis verba protulisse: *Introibo in do-
mum tuam in holocaustis, reddam tibi vota
mea, quæ distinxerunt labia mea*; tamen enim
prolem hanc adeo ardenti cum desiderio suspi-
ravit;

Serm. 1. de
Assumpt.

rârît; attamen eâdem se, utpotè Deo promissâ, lubenti animo privare voluit, ut suis in promissis fidelem se esse probaret.

9. *Supergressa es uniuersas.* Quot fuere qui bonis non solum gratiæ, sed & fortunæ ex eo solum capite locupletati sunt, quia munifici fuerunt erga pauperes eleemosynari? Sancta Anna autem ex omnibus facultatibus suis, quæ amplissimæ erant, tres omnino partes in eleemosynam distribuit, quorum unam applicavit pauperibus, alteram hospitandis peregrinis, tertiam ministris & templi sacerdotibus, reliquam verò in propriam retinuit sustentationem; atque ideo certum est quòd quemvis alium in retributione superaverit. *Supergressa es uniuersas.* Ad Corinthios scribit Apostolus: *Qui parcè seminât, parcè & metet; qui seminât in benedictionibus, de benedictionibus & metet;* cum igitur sancta hæc Christi avia temporalium bonorum, quæ in sorte obtinuit, eleemosynam tanta cum abundantia feminârit, iustum omnino erat ut copiosam quoque benedictionum messem reportaret; hæcque fuit illa, de qua Archangelus dixit: *Benedicta tu in mulieribus;* & de cujus partu scribitur: *Benedictus fructus ventris tui.* Sanctus Hieronymus, vel quisquis est Author, Angelum dixisse refert: *Ego sum Angelus Domini, missus ab ipso ad te ut annuntiem tibi eleemosynas tuas ascendisse in conspectum ejus;* idque quando hunc Mariæ partum matri ejus sanctæ Annæ annuntiavit; & ideo Lanlpergius ait: *In hoc ipso cunctis sæminis præstat eleemosynis, quibus tandem obrinuit utero fecunditatem.*

10. *Supergressa es uniuersas.* Nonnulli Sancti, & inter hos Abraham præcipuè, ob hospitalitatis meritum eximias à divina manu receperunt gratias. Uadè Petrus Blesensis ait: *Hospitalitatis gratiâ suscepit Abraham de Sara sene & sterili filium, in quo Dominus benedictionem omnium gentium repromisit.* Chrysostomus de eodem pariter scribit: *Et qui hospitalitatis sagenam expanderat, meruit & uniuersitatis Dominum cum Angelis suis suscipere;* at verò cum sancta Anna Abraham Patriarcha in comparisonem minimè venire potest: quòd si enim ille in tabernaculo suo tres recepit angelos, qui tres referebant divinas personas, S. Anna in sacratissimo utero suo illud

composuit tabernaculum, in quo per novem menses demoratus est Aluffimus; undè filia ejus sanctè his verbis gloriatur: *Requieuit in tabernaculo meo.* Et S. Epiphanius ait: *Joachim porro, Anna, & Maria tres Trinitati palam sacrificium laudis offerebant.* Richardus à S. Laurentio verba illa à Christo dicta considerans: *Hospes eram, & collegistis me,* addit: *In tabernaculo uteri virginalis;* veruntamen Filius Dei non solum in Virginei ventris tabernaculo, verum etiam quoad usque in domo sanctæ Annæ permanit, hospitium suum habuit.

11. *Supergressa es uniuersas.* Spiritus sanctus de tribus hujus nominis insignibus scæminis varias recenset virtutes & encomia, nimirum de Anna matre Samuelis, Anna Phanuelis, ac demum de Anna Tobie consortis. Præma orationibus & lachrymis suis mediantibus partu quendam Deo divinoque ejuscultui adeo acceptum & congruum obtinuit. Anna Prophetissa in die Purificationis Filium Dei incarnatum in templo videre & laudare meruit. Tertia vero Tobie videlicet junioris mater ob filii absentiam amatè doluit. Sancta Annæ Christi aviæ dicere meritò possumus: *Tu supergressa es uniuersas;* liquidem ipsa per ferventissimam orationis suæ merita sacratissimum illum partum, nimirum Mariam, quæ est Spiritus sacrarium, obtinuit, probabiliter quoque credere possumus ipsam ob filia & Christi in Ægyptum per fugam se subducentium absentiam vehementer indoluisse; ac demum ob lachrymas propter sterilitatis suæ opprobrium suas meruit divinum illum Infantem, mundi Salvatorem & Redemptorem, utpotè partus sui dulcissimum partum, non solum in domus suæ hospitium, verum etiam, ut verisimile est, in proprias ulnas suas sepiù excipere.

12. *Supergressa es uniuersas.* Multæ matres hanc habuere gloriam, quòd tales mundo ediderint filios, qui ingenti Reipublicæ auxilio pariter & subsidio fuerunt; cui autem laus hæc majori jure debetur, quàm S. Annæ, utpotè quæ eam, à qua totius mundi Salvator natus est, in hunc mundum protulit. S. Joannes Damascenus ad duos illos fortunatissimos conjuges Joachim & Annam conversus ait: *Vobis omnis creatura obstricta est;* homines quidem, eò quòd illis ediderint Refugium peccatorum, Matrem gratiæ & misericordiæ, & felicissimam cœli portam: Angeli verò

Orat. 1. de
Nat. Virg.

verò quia ipsis dedit eorum Reginam & Paradisi Imperatricem ; imò dicere aſſim, ipſummet ei

obligatum eſſe Deum, utpote quæ peperit, lactavit, & ſollicitè educavit ejus matrem.

Sanctæ Annæ nonnullæ accommodantur margaritarum proprietates & conditiones, ſiquidem ipſa ad inſtar conchylii fuit, in quo uniones naſcuntur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inventa autem una pretioſa margarita abiit & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.

Matth. c. 13.

Aptiſſimum profeſſo Evangelium eſt, quod in hodierna S. Annæ feſtivate in Eccleſia legitur, maximè ſi propoſita parabola congruè ponderetur. Etenim negotiator ille margaritarum ſtudioſiſſimus perquiſitor Dei filius eſt, qui alia inter conſilia, quæ ab æterno in Divina mente ſua agitavit, huic uni ſpecialiter incubuit, ut Divinitatem ſuam noſtra cum humanitate permutare. Unde merito ſancta mater Eccleſia canit : *O admirabile commercium! creator generis humani animatum corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam Deitatem.* Prudentiſſimus hic negotiator per quinque millium & amplius anſorum decurſum, Paradisi ærarium locupletaturus, per omnes mundi angulos pertransiens curioſiſſimè ſcrutatus eſt, ut quandam inæſtimabilis pretii margaritam ſibi compararet, eamque tandem poſt varios ſæculorum gyros in ſanctiſſimo Annæ Chriſti avæ utero feliciffimè advenit ; Illam videlicet de qua S. Cyrillus ad Mariam converſus ait: *Sit tibi ſancta Dei Mater laus, tu es enim pretioſa margarita orbis terrarum; cujus Conchylium S. Anna fuit, ſequitur: Vendidit omnia, & emit eam, quia ad tantam ſe inopiam redegit, ut Apoſtolus dicat, quod exinanivit*

Hom con-
tra Neſtor

2. Cor. 8. 9. *ſemetipſum; propter nos egenus factus eſt, cum*
Adanſy Sanctuarij Tom. III.

eſſet dives; idque eo potiſſimum ſine, ut inæſtimabilis pretii monile illud, ſanctiſſimam videlicet matrem ſuam nanciſci poſſet. Porro Author theſauri ſacræ Scripturæ, de monilibus, unionibus, gemmiſque aliis, ac demum de theſauro tractans, eſtimonium hac in re perhibere meretur; poſtquam enim Virginis genealogiam declaraviſſet, tandem hiſce verbis concludit: *Felix concha, quæ talem edidit margaritam.* Demotheſenes, poſtquam in Philippi Macedonia Regis laudes ampliſſimè decuriſſet, tandem eaſdem modicis verbis in conſpendium redigere volens dixit: *Sufficit te filium habuiſſe Alexandrum* Hanc eandem laudem videmus nos longè eminentius ſupra omnes ſanctos unico verbo attribuere ſanctæ huic matri, cujus hodie feſta celebramus, dicendò: *Sufficit te filiam habuiſſe Deiparam.* Enimverò Virginem inter & pretioſa margaritarum monilia variè recenſeri poſſunt analogiæ & ſimilitudines: *Principium & culmen omnium rerum pretii margarita tenent,* inquit Plinius: ita quoque cunctis tam humanis quam angelicis creaturis ſuperioreſtitit,

10. Ferd.
c. 96.

Lib. 9.
c. 35.

2. *Vna pretioſa margarita.* Aliæ gemmæ ſuam quæque diverſam habent originem & genituram, aliquæ enim in aquis, aliæ inter ſaxa, aliæ denique in profundioribus terræ vilceribus oriri noſcuntur. Adamas ex ſolidi lapidis maſſa in Indiis progignitur: Smaragdus in littoribus Battrianis inter Saxorum

K

COM-

commiffuras reperitur: Coralla è falſis aquis marinis foras extrahuntur: at margarita, tamenſi conchylum ejus in mari inter medias undas amaras commoretur, ipſa tamen ex rore cœlitus delapſo ſemper generatur. Et quidem quando tempus partus ejus in propinquo eſt, quod in ſerenioribus & clarioribus frigidi veris noctibus in undarum ſuperficie nantes, ibique ſe ſenſim aperientes cœleſtem roſis liquorem recipiunt, qui de cœlo ſuper ipſas ſenſim diſtillatur, qui intra concham paulatim ſolidatus margaritam generat, de qua idem Plinius dicit, quod in ejus productione cœlum potiorem partem obtineat, quam mare. *cœlique ei majorem eſſe ſocietatem quam maris.* Enimvero myſtica Concha noſtra, id eſt, ſancta & venerabilis mater Anna in falſo quodam & amaro probroſa cujuſdam ſterilitatis mari conſiſtebat, ab omnibus, etiam ſacerdotibus contempta, atque intra ſolitudinis, jejuniorum, orationum, aliarumque auſteritatum alperos ſales affligebatur, quando DEUS miſericordiæ ſuæ ſerenitatem in Incarnatione coruſcare volens, *ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum*, in jucundiffimo legis gratiæ vere, eandem ſuper hujus maris undas elevavit, id eſt, ſanctam Annam honoravit, dignamque fecit, quæ aperto ſinu ſuo beatiffimam illam animam ſuper omnes alias primam electam reciperet, de qua proinde illud Plinii optimè adimplebatur: *Cœlique ei majorem fuiſſe ſocietatem quam maris*; quia tamenſi ſancta mater Anna ex contaminata Adami ſtirpe in medio hujus mundi mari progenita fuerit, ex hiſce tamen aquis falſis ne minimam quidem ſtillam contraxit, utpotè quæ per gratiam ſpecialem ab originali quoque macula præſervata fuerat; quod privilegium nulli unquam mulieri conſeſſum fuit, neque deinceps dabitur; ipſa namque ſola eſt, quæ in viſceribus ſuis animam quandam immaculatam, eamque adeo eminenti ſanctitate præditam, ut ab hoc uſque momento omnes ſuperaret Angelorum hierarchias, recipere, atque inſuper ex ſuis ſanguinibus corpus illud dare meruit, ex quo deinceps corpus ſubmiſtratum Dei altiffimi filio, qui *candor lucis* denominatur, adeoque iterum de ea verificatur, *Cœlique ei majorem fuiſſe ſocietatem quam maris.* Siquidem hujus partus conceptio magna ex parte ob antece-

Gal. 4. 4.

dentem ſterilitatem ſupernaturalis fuit, Dauid ſcenus quaerit: *Quid eſt, cur virgo ex ſterili matre orta ſit?* Et mox rorem indicando cœleſtem reſpondet: *Quoniam ſcilicet oportebat, ut ad id quod ſolum ſub ſole novum erat, ac miraculorum omnium caput, id eſt, ad incarnationem via per miraculum ſternetur.*

3. Majorem haud dubiè in hoc partu locum gratia quam natura habuit; ac proinde idem ſanctus rationem reddit, cur ſancta Anna adeo diuturno tempore in ipſam videlicet ſenectutem uſque prolem hanc ſuſpiravit, & præſtolata fuerit: *Natura voluit cedere gratia in conceptu Virginis, ut Virginis conceptio gratia DEI, non natura viribus tribueretur; ex ſterili orta eſt, ut non ex carnis concupiſcentia, ſed ex divina gratia mirabiliter oriretur.* Sanctiſſima hæc mulier ad cœleſtem hunc Paradifi rorem excipiendum cor ſuum ſemper patulum habuit, in altiffima ſemper contemplatione abſorpta erat; & quia pretioſiſſimas lachrymarum ſuarum margaritas ab oculis ſuis in magna copia continuo manabat; ideo inæſtimabili hæc magnæ filiæ, nec non & matris ſuæ ſicut & aliorum omnium viventium, Mater cunctiorum viventium margarita præ cæteris locupletari meruit, Sanctus Vincentius Ferrerius verba illa Geneſeos *Spiritus Domini* (qui eſt: os ille, de quo dicitur: *Si roſis intima aſperſione fecundet*) ſerebatur ſuper aquas in laudem ſanctæ noſtræ matris Annæ egregiè explanat: Audite ipliffima ejus verba: *Spiritus Domini ſerebatur ſuper aquas; dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Ecce conceptio Virginis. Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis Maria, quia ſine ſembra culpa facta eſt; hancque interpretationem verborum illorum: Spiritus Domini ſerebatur ſuper aquas, ulterius proſequens, ſubjungit: Ecce hic promiſſo de Virgine Maria, ad Ioachim cum ſeret dicens: Domine ſi ſta ſterilitas venit ex peccato meo, indica mihi, idem de Anna ſuper iſtas aquas lachrymarum ſerebatur Spiritus Dei; id eſt ros ille cœleſtis, ſub hoc namque epitheto ſancta mater Eccleſiæ nobis Spiritum ſanctum repræſentat. Petrus Cellenſis de hac lachrymarum aqua ſcribit; *Aqua hæc aut facit, aut invenit Paradifum.* Neſcio equidem an dicere mihi liceat, quod ſancta Anna per lachrymas fecerit, aut invenerit Paradifum, ſiquidem per illarum merita Mariam peperit, de qua dicitur, *Beatus venter; Emissiones tuae paradifus.**

Ser. 1. de Nat. Virg.

Ser. 2. de Nat. Maria.

Lib. 1. de paribus c. 2.

ſus.

sus, ejus namque partus Paradisum in terram attulit, id est supremum cœlorum regem, ipsa denique filiam quamdam, quæ *janua cœli* dicitur, in hunc mundum produxit.

4. *Vna pretiosa margarita.* Porro quanto ros purior est atque serenior, qui ex aere in concham stillatur, tanto margarita pulchrior est, atque candidior. *Pro qualitate rosis accepti*, inquit Plinius *sepurus influxerit candorem conspicimus generari*. Porro margarita hæc quam pretiosa concha, id est, sancta Anna, enixa fuit, adeo pura & candida prodit, ut sanctus Hieronymus scribat: *Tanta puritatis Maria extitit, ut mereretur effici mater filij Dei*. In Philosophia axioma quoddam circumfertur satis vulgare, nimirum: *omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur*, unde deducere possumus, quod in hujus tam pellucidæ, tam claræ adeoque puræ margaritæ matre immaculata quoque puritas quædam tamen conjugalitatis emicuerit; & revera ita est, nam filia ejus S. Brigittæ revelavit, hæc verbis: *Filius meus conjugium patris mei & matris tantâ castitate conjunxit, ut tunc non inveniretur castius conjugium, ut nunquam invenire vellent, nisi juxta legem solummodo causâ suscitandi prolem, & voluptas in eis mortua erat; ex charitate divina, & verbo Angeli convenerunt carne non ex concupiscentia*. S. Hieronymus ad eandem virginem Eustochium S. Paulæ filiam ita scribit: *Laudo nuptias quod mihi virgines generant; lego de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritam*; quæ omnia partui S. Annæ congruè adaptari possunt, hujus namque proles hæc titulus ab Ecclesia honoratur, nimirum, *Rosa mystica, domus aurea*, estque etiam, ut paulò ante diximus, verè pretiosa margarita: Porro S. Hieronymus meritorias & dignas appellat nuptias, illas quæ celebrantur non tam voluptatum carnalium desiderio, quam ut per inde natam prolem numerus adaugeatur virginum. Millies igitur & iterum millies beatæ sunt istæ nuptiæ, quæ illum produxerunt benedictionis fructum, de quo canit Ecclesia, *Afferrentur virgines post eam: Felix concha quæ talem edidit margaritam*.

5. *Vna pretiosa Margarita.* Observandum hoc loco est, quod negotiator non dicatur quæsisse multas margaritas sed unam, unâ pretiosa margarita, *Vna est columba mea per fœdâ meam, una est matri suæ perfectâ genitricis*

sua, hanc pretiosissimam margaritam post mundi creationem per tot sæcula inquisivit, ac tandem in concha, id est, S. Anna invenit illam quæ unica & sola in donorum, virtutum, meritorum culmine sine exemplo consistit: *Nec similem visa est, nec habere sequentem; sola sine exemplo placuit Domino nostro Jesu Christo*. Margarita in lingua Latina unio appellatur, eo quod conchæ non nisi unicam dumtaxat emittantur, unde argumentum quoddam deduci potest valde efficax in ejus opinionis confirmationem, quæ docet S. Annam non pluries generasse, sed semel dumtaxat, solam videlicet Deiparam virginem; id quod per prædicta è sacris canticis desumpta verba corroboratur, *una est matri suæ*, per quam Dei mater intelligitur; enimverò ingenti cum mysterio hic nobilissimus margaritæ titulus Mariæ convenit, siquidem Margarita idem est dicere quod unio, in ipsa namque consummata est unio illa naturæ humanæ cum divina, terræ cum cœlo, Dei cum homine. Dicunt insuper Philosophi naturales margaritas uniones appellari, eo quod nunquam vel saltem rarò duæ inveniantur planè conformes & omninò similes, id quod pariter de beata virgine verificatur, quæ ut diximus, *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem*.

6. *Vna pretiosa margarita.* S. Augustinus *Tract. s. in ait: Hac margarita est pretiosa charitas sine ep. Ioan.* qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris, quam si solum habeas, sufficit tibi; & quidem ex hoc pariter capite S. Annam concham margaritam matrem denominare possumus, quia virginem enixa est, quæ corpus ministravit illi Deo de quo scribitur: *Deus charitas est*. Hæc quoque sancta mater intra pientissima viscera sua hanc charitatis habuit margaritam, siquidem pauperum sustentationem ferventer procuravit, atque insuper hujus se virtutis zelosissimam semper esse probavit, prout in cunctis operibus suis perspicuè satis emicuit, quod si enim *Charitas patiens est, benigna est, non amulatur*, ipsa profectò in se satis liquidè ostendit patientem se esse in sufferendis opprobriis, quibus suam deridebant sterilitatem; eam culpâ suâ sibi accidisse existimantes, & hoc modo quoque in omnibus aliis dotibus & effectibus hujus virtutis discurrere possumus.

7. *Vna pretiosa margarita.* Singularissima hujus sanctæ matris gloria fuit, quod cum

K. e non

Ep. 22. ad
Euch.

Lib. 6. Re-
vel. cap. 9.

1. Cor. 13.

Cant. 6. 8

non nisi hanc unicam inestimabilis valoris gemmam in ærarii sui gazâ contineret, libens tamen volensque illa privaret, ut Deo illam offerret, atque donaret ad templum ejus locupletandum, prouti factum est in virginis filię suæ præsentatione. Estque hæc quoque specialis conchæ margaritæ matris proprietas, quod partum suum non sibi ad privatas divitias retineat, sed alios inde locupletet, siquidem ad regia diademata exornanda, nec non ad eximiorum monilium decorum & elegantiam unice deservit.

S. Vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Pudens hic negotiator, ut hanc sibi margaritam compararet, omnibus quæ in facultate suâ habebat, ultro se privavit, & id ipsum S. Anna fecisse noscitur, ut hanc sibi prolem lucrifaceret, siquidem majorem melioremque divitiarum suarum partem inter pauperes, peregrinos, & ministros sacros, ad cultum item Dei aliaque pietatis & misericordiæ opera distribuit, minorem dumtaxat partem sibi in usum proprium retinendo. Concha margaritæ mater procellosis maris undis supernatans, ibidemque ad cœlestem rorem excipiendum sinum suum pandit, hacque ratione diversarum adversitatum, procellarum, ventorum, aliorumque inquieti illius elementu motuum impendio ros ille cœlestis imbitur, & concha locupletatur. Enimvero vos sanctæ hujus mulieris vitam si placet pervolvite, eamque invenietis in mari hujus vitæ (*hoc mare magnum*) à persecutionum, opprobriorum, subannationum, turbulentis ventis variè fuisse jactatam, dum alii ipsam prole indignam propriæque culpâ sterilitate, quæ in veteri lege maledictio existimabatur, multatam fuisse censebant; unde ab ipsismet templi ministris è templo turpiter ejecta fuisse perhibetur. Unde merito verba illa psalmi ori S. Annæ inferere possumus, utpotè quæ illi, ni fallor, mire convenire videntur, nimirum: *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? ipsa namque præ quâvis aliâ muliere Messię in terram adventum suspiravit; potuit item*

Ps. 38. 8.

præ quâvis aliâ hujus mundi creaturâ illa verba dicere, quæ mox sequuntur: *Et substantia mea apud te est*: siquidem de ejus substantia mea corpus Christi formatum fuit, utpotè de cujus sanguinibus Dei matrem generatam fuisse scimus; unde oritur illa sancti Augustini propositio, *caro Christi caro est Maria*. Paulo post tamen in eodem Psalmo sequitur: *Ab omnibus iniquitatibus erue me, opprobrium insipienti dedisti me, obmutui & non aperui os meum, cui petitioni DEUS plenariè satisfecisse, reperitur; ipse namque in conspectu omnium sæculorum eam justificavit, eo quod in omnibus hisce contradictionibus, quæ porò multæ fuerunt, patientissima semper extitit; cor etiam suum ad cœlestem illum Paradisi rorem excipiendum patulum semper habuit, quia in oratione perpetuò absorpta fuit, unde S. Joannes Damascenus ait: Quemadmodum prisca illa Anna cum sterilitatis morbo laboraret, per orationem ac promissionem Samuelem procreavit: eodem modo Anna mater Virginis per obsecrationem, & promissionem Dei genitricem à Deo accepit; enimvero magnam hanc Deiparæ matrem ad cœlestem hunc rorem recipiendum optimè dispositam fuisse S. Germanus luculentius ostendit, dum eam hæc proloquentem introducit: *Ad ipsum os meum ex animo aperiens cum lacu cordis clamavi & lachrymâ. Ubi notandum est, quod falsæ mystici hujus maris aquæ, quibus concha hæc innatabat, sanctæ hujus planctus & gemitus fuerint, ac proinde ad duos hosce sanctissimos conjuges illa Salviani verba tametsi ad aliud propositum dicta dirigamus dicendo: Nequaquam ergo vobis dolenda est hæc afflictio, quam intelligimus matrem esse vir-**

Lib. 4.

Orat. x. in
Encom.
Virg.

Lib. de
Prov.



Sanctissima Virgo thesaurus ille fuisse ostenditur, de quo in Evangelio fit mentio : Sanctam vero Annam ejusdem thesauri ararium fuisse, monstratur.

DISCURSUS TERTIVS.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.

Matth. c. 13.

Evangeliū hodiernū quod S. mater Ecclesia festivitati sanctæ Annæ adaptat, exiguo glossamate opus habere videtur, quia quod parabolam de thesauro in agro abscondito propositam attingit, nemo est, qui non perspicuè satis intelligat, per thesaurum istum Mariam Dei matrem præfiguratam fuisse, per agrum vero, seu ut melius dicam, per ararium, in quo thesaurus ille clauditur & absconditur, gloriosissimam B. Virginis Genitricem S. Annam demonstrari. Sanctus Joannes Damascenus duos illos sanctissimos conjuges alloquens dicit : *Cassē enim ac sanctē munere vestro sancti, virginūque thesaurum produxistis*. Ex quibus certum est in primis thesaurum hunc per novem mensium spatium in sacrosancto Venerabilis Annæ utero fuisse absconditum, atque insuper in primis infantie suæ annis prorsusquam in templo præsentaretur, tribus deinceps annis in ejus domo fuisse zelatum. Unde ipsa in Revelationibus sanctæ Birgittæ nominatur *Gazophylacium omnipotentis Dei*. *O quam prope erat jugiter cor Dei huic thesauro, qui postmodum in Evangelio dixit: Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum est.* Porro in discursu primo verba illa Proverbiorum Sanctæ nostræ adaptavimus, ubi dicitur : *Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas*; Et enim innumera fuerunt in veteri Testamento sanctæ & devotæ animæ, quæ omnes gratiarum, donorum, virtutum, & meritum divitias in se adaugere certatim contenderunt, ut se dignas efficerent, ut ex ipsis magna illa nasceretur Virgo, de qua infallibile illud conscriptum est oraculum : *Ecce*

Virgo concipiet, & pariet filium; at S. Anna merito suo cunctas superavit. Unde Author The-sauri Scripturæ sacræ ait: *Anna felix terra tam pretiosum protulit thesaurum, unde & Ecclesia militans & triumphans ditata est?* Nemo equidem dubitare potest, quin supernus motor omnium cœlestium gratiarum thesaurus illi magnæ filie suæ in magna abundantia effuderit; certum quoque est thesauros hosce longo temporis spatio in utero S. Annæ fuisse reclusos, ac proinde cum Spiritus sanctus dicat : *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem*, cumque S. Anna adeo digna beatæ virginis genitrix fuerit, hæc autem erga matrem summe fuerit reverens, venerabunda & obsequiosa, qualis credenda est fuisse communicatio, quæ omnes Paradisi exhaustas divitias suas ei communicavit? Etenim omnibus nota est illa S. Bernardi sententia, qua ita loquitur : *Christus redempturus mundum, universum thesaurum contulit in Mariam, ut de plenitudine ejus omnes accipiant, nihil enim nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret.* Quis autem hujus Gazophylacii, seu hujus ararii depositarius aut thesaurarius erat? Sancta Anna utique, siquidem beatissima Virgo, utpote filia devota & reverens Matri suæ ultro citroque subjiciebatur, neque alium quam genitorum suorum habebat voluntatem aut dispositionem. Verum enimverò quodsi per hunc thesaurum absconditum, ut alii interpretantur, filius DEI intelligitur. Unde S. Hilarius ait: *Thesaurus in agro Christus intelligitur in carne.* Et S. Hieronymus scribit : *Verbum Dei in carne absconditum thesaurus est, ac proinde in Isaia legitur : Verè tu es Deus & absconditus; quis non videt S. Annam hunc*

Orat. 1. de nat. Virg. enim ac sanctē munere vestro sancti, virginūque thesaurum produxistis

Lib. 1. de Revel. c. 10.

Ioan. Ferd cap. 98.

Ecc. 3. 5.

Hö. super missis est.

Is. 55. 13.

campum seu agrum subministrasse, in quo pretiosus & divinus ille thesaurus absconderetur? Ipsa etenim purissimos sanguines suos filiae communicavit, ut ipsa deinceps mortalibus hisce exuviis filium suum vestiret, unde ut nonnulli contemplantur, sancta Anna aliquam quodammodo in sacratissima Filii DEI humanitate partem habuisse censetur, eo quod haec de substantia Mariae sanctae Annae unicae filiae formata fuerit. Unde Fulbertus Carnontensis ait: *Felix partus, de cuius substantia assumpta est talis virgo, quae orbem concussum relevaret.* Nemo est, qui nesciat, quam inexhausti thesauri à Davide pro templi fabrica preparati fuerint, tametsi illud postea, quia à Salomone ejus filio erectum fuerit, Salomonis templum fuerit appellatum, non obstante quod ingens in metallis auri, argenti, æris, ferri, aliisque omnibus magno pretio & valore comparatis materialibus à Davide facta fuerit in hunc finem preparatio; Quod verò ex figura inferre molior, hoc est, quod videlicet tametsi verissimum sit, quod beatissima Virgo vivum illud templum aedificaverit, de quo ipsemet Dominus ait: *Solvite templum hoc*, attamen verissimum quoque est, prout audistis, quod de sanctae Annae substantia aliud quoque Templum illud fabricatum fuerit, de quo pariter sancta canit Ecclesia: *Templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, de cuius substantia, id est, S. Annae carne, assumpta est talis Virgo.* Unde bene observat Epiphanius, quod *Ioachim interpretatur preparatio Domini, eo quod ex eo preparatum sit templum Domini*; meliori tamen jure id de sancta Anna affirmari potest, quae haud dubiè magis continuam strictioremque habuit cum filia sua participationem. Nostisne causam edicere, cur sancta mater Ecclesia tanto cum honoris & celebritatis applausu festivitate sanctae Annae concelebrat, non vero festum sancti Joachimi, saltem festivando illud per abstinenciam ab operibus servilibus? Respondet ad quaesitum istud sanctus Vincentius Ferrerius, quod tametsi & hic eminenti fuerit sanctitate conspicuus, utpote Christi avum, attamen conjux ejus sancta Anna illum multis passibus in perfectione & meritis superaverit: quoniam *B. Anna habuit majorem participationem cum Virgine Maria filia sua fonte totius sanctitatis, quae jam in utero matris existens erat sancta; Pater modicum par-*

ticipat cum filijs, non verò sic mater, inquit S. Vincentius: quae novem menses portat, & post nativitatem lactat, nutrit, & dormit cum eis. Cum igitur haec filia cœlestium gratiarum thesauros in sua habuerit potestate constitutos, facile est nobis considerare, in quanta copia illos in S. Annam effuderit: *Cogitate, quanta sanctitas remanserit in S. Anna*

2. Verum enim verò dubium quoddam hic subnascitur, nimirum quâ ratione Mater sanctissimae Virginis thesaurum hunc in tuo agro vel campo habere poterit, siquidem haec in tota vita nulli rei adeo intenta fuit, quam ut omnes facultates suas pauperibus dispensaret, easque servitio DEI, & pietatis operibus devotissimè impenderet? Etenim thesaurus nihil est aliud, quam ingens quaedam auri & argenti congeries, non verò illius distributio, collectio quaedam est, non verò dispersio. Chrysologus respondet: *The-
saurus cœli est manus pauperis*; Etenim tametsi manus pauperis aurum & argentum non ponant, sed auferant, nihilominus tamen sanctus hic Doctor, qui ab auro suam habet denominationem, dicit, quod manus pauperum, thesauri verè sint cœlestes, cuius pulchram hanc reddidit rationem, dicens: *Quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cœlum; Theaurizate, inquit, vobis thesauros in cœlo; manus pauperis est gazophylacium Christi, quia quicquid pauper accipit, Christus acceptat.* Hoc igitur supposito dicendum esse censeo sanctam Annam thesaurum suum adduxisse, non verò disperdidisse, quando illum in pauperes distribuebat, nam in eorum persona Christus illum recipiebat, hic autem in illius erat potestate constitutus, eratque is in quo sunt omnes thesauri, ipsi namque tanquam aviae suae, ut ita dicam, subjectus, ergaque ipsam summè venerabundus & reverens erat; præterquam quod dici insuper possit, ipsum liberalissimum fuisse Eleemosynarum remuneratorem, prout ex illis verbis liquet, quibus protestatur Eleemosynarius, *Centuplum accipietis*, ideoque Eleemosynas à S. Anna in pauperes distributas, à se vero acceptatas, juxta illud *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, illis compensasse largitus benedictionibus, de quibus scribitur: *Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus*; nimirum sacrosanctum & Divinum partum ejus, Quando aliquis thesaurum aliquem in

Ser. de or-
tu B. Virg.

Serm. de
laud. B. V.

Ser. de S.
Anna.

Ser. 8.

agro absconditum invenire contendit, terram eruit, & eruderat, eamque sulque evertit, & disperdit, nec quicquam curat, quia ad splendidum & pretiosum metallum, quod ibi absconditum esse credit, se tandem perventurum esse confidit; simili modo quisquis verum adinvenire thesaurum desiderat, ei opus est, ut terram & omne id quod mundus magni facit & aestimat, aspernetur & contemnat. Vera etenim est illa sancti Maximi propositio, quod tanto arctius se quispiam Christo adstringet, quanto efficacius terram & mundum deseruerit: *Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem*. Quemnam autem invenire poterimus, qui terram minoris aestimet, quam sancta Anna aestimavit; siquidem totum quod possedit, inter pauperes largiter distribuit; neque quid mundus esset, scire curavit, utpote quæ in continua solitudine posita in sanctis contemplationibus absorpta erat; ac proinde *totum possedit Salvatorem*. Sanctus Laurentius martyr pretiosissimos Ecclesiæ thesauros pauperes esse dicit, utpote in quibus inæstimabilis absconditur thesaurus, prouti de ipso met Christo diximus. Sanctus Leo de eodem S. Laurentio ait: *Numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque vestitu inamissibiles condidit facultates*. Porro non solum id quod sanctus Laurentius dixit, verum etiam quod beatus Laurentius Justinianus de eodem Sancto scribit, S. Annæ congruè adaptare possumus, dicendo: *Pretiosam in agro Domini repererat margaritam, (id est, gloriam) quam ut vendicaret, distraxisit omnibus emere satagebat, hinc est, quod Ecclesia thesauros, quos erogandos pauperibus acceperat, dispersit abundè*; Etenim S. Anna inæstimabilem illam beatæ Virginis margaritam, qui ager DEI fuit, in agro corporis sui complexa fuit; siquidem de ejus substantia mater DEI, id est, cœlestis illius thesauri ararium formata fuit, & meritò multorum virtuosorum sanctorumque operum, præcipuè verò charitatis cœlorum sibi regnum, id est, matrem DEI in filiam suam sibi comparavit, simulque cum ea inexhaustas donorum gratiarumque cœlestium divitias. Ad hæc eisdem propriissimè (uti credo) verba illa sancti Augustini in ejusdem Levitæ laudem pariter d. & applicare poterimus, videlicet: *Cœlesse negotium egisti, thesauros Ecclesia suscipiens*

Ser. 48 in
Appendi
8. August.

Ser. 38.

Christianis pauperibus erogasti, & thesauros cœlestes accipere meruisti sic enim monet Dominus in Evangelio dicens: Vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Enimverò S. Anna hac in re tanto est admirabilior, quod consilium hoc Evangelicum adimpleverit, priusquam promulgatum esset, & antequam ullam Evangelii notitiam haberet, imò sine ulla spe lucri, quia liberalissima elemosynæ retributio, ejusque promissio ab æterna veritate nondum stipulata erat, In præfenti autem casu nostro notandum est, quod per facultatum suarum eo modo quo diximus, distributarum merita non solum *habuit thesaurum in celo*, sed multo amplius in terra, imò insuper addi potest in numero plurali, *thesauros*; siquidem duos inæstimabiles thesauros lucrificavit, nimirum sanctissimam Virginem filiam suam, & Christum ab ea generatum.

3. Sancta Anna, ut hunc sibi thesaurum compararet, aliam quamdam expendit monetam, quam è corde deprompsit, eaque fuit heroicis quidam sui ipsius contemptus, continua quædam mortificatio & abjectio propria, gaudens ab omnibus, etiam ipsismet sacerdotibus, propter objectæ sterilitatis opprobrium contemni & vilipendi, in qua tamen ipsa omni culpa carebat; unde dicere possumus, quod ipsa priusquam Christum agnosceret, Christi fidem professa fuerit, quodque (ita mihi loqui liceat vestrâ veniâ) prima Christiana fuerit, juxta illam sancti Hieronymi sententiam: *Prima Christiani virtus est contemnere & contemni*. Tertullianus ad illa: *Tanquam aurum in fornace probavi eos*, (id quod de sanctis hæc conjugibus proprie verificatur) reflectens, de hoc pretioso metallo dicit: *Nomen terra in igne relinquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de supplicii mulie, cap in delitiis, de ignominia in honores metalli resusa mutantur*, id quod in Sancta nostra adimpletum fuit, de cujus sterilitate dici potuit: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*; solus etenim sanctæ Annæ partus omnes superavit creaturas humanas pariter & Angelicas: Solitudo autem ejus vel sylvulâ in qua cœstis prorsus & tristis degabat, eam fecit acquirere Paradisum illum animatum, in quem deinceps Rex gloriæ descendere dignatus fuit: *Hortus conclusus, Cant. 4. 12 Delitia mea esse cum filiis hominum; Ludibria Prov. 8. 36*
&

Iud. 1.

& sanæ quas passâ fuit in voces jubili laudum & gloriæ transmutatum fuerunt: *Benedixerunt eam omnes unâ voce dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu latitia Israel, tu honorificentia populi nostri; ipsa namque inter omnes mundi nationes,*

inter omnes creaturas sexus debilioris, ad communis Redemptoris & salutaris matrem parietum electa fuit, ut universales cœli terræque ruinæ repararentur.

Virtutes & merita aliasq; magnæ hujus sanctæ prærogativas, ex eo quod mater Genitricis Dei electa fuerit, ortas fuisse ostenditur.

DISCURSUS QUARTVS.

Vna est matris suæ, electa Genitrici suæ. Cant. c. 6. v. 8.

1. **S**piritus sanctus, qui Deiparæ sponfus fuit, in hoc citato è sacris Canticis loco, ni fallor, S. Annæ mentionem facere videtur, siquidem de sponsa, per quam sanctissima Virgo utique intelligitur, loquens, eam Matris suæ solam & unicam, ab eaque electam & dilectam fuisse dicit: *Vna est matris suæ, electa genitrici suæ.* Et quidem excellentior hujus venerabilis & magnæ Sanctæ gloriæ ex hoc verbo, *Matris suæ*, deduci posse videtur, hoc enim idem prorsus insinuat, quod sancta quoque Ecclesia in eadem per magni æstimat, prout ex verbis orationis suæ clarè satis liquet, quibus dicit: *Vt Genitricis Filij tui Mater effici mereretur.* Porro eadem sancta DEI Ecclesia à Spiritu sancto in omnibus directa, in quibusdam præcipuis Beatissimæ Virginis festis, Evangelium quoddam in ejus honorem proponere solet, in quo de ea nihil aliud dicitur, præterquam: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus,* quasi pro abundantissimo cujuscunque demum laudis suæ seminario hoc unicum abunde sufficeret, si quis eam Matrem DEI alicujus fuisse pronuntiet. Ita enim sanctus Anselmus loquitur, dum ait: *De Maria asserere quod mater Dei est, superat omne, quod sub Deo dici potest.* Enimverò tamen quatuor sacri Evangelistæ, nec non & quatuor sanctæ Ecclesiæ Doctores de sanctæ Annæ virtutibus

& sanctitate parum aut nihil scripserint, at tamen hoc unum omnia encomia, omniaque alia merita, quantumvis illa insignia sint, quæ illi adscribi possunt, in immensum excedit, quod videlicet ipsam Matrem Mariæ matris Dei fuisse omnibus constet, S. Joannes Damascenus verba illa de S. Josepho Mariæ sponso dicta, videlicet: *Virum Maria ponderans, admirabundus exclamat: hoc est prorsus ineffabile, & nihil præterea dici potest;* quid tamen longè augustius & excellentius est, Mariam genuisse, novem mensibus in utero suo portasse, lactasse, tantoque tempore nutritivisse, illamque felicem sortem nactam fuisse, quod Mater ejus fieri mereretur, hoc enim quid magis incensius est, quam sponsum ejus fuisse: *Virgo Maria dabat matri sanctitatem,* inquit sanctus Vincentius Ferrerius; Magna hæc filia nova semper in matrem suam influebat cœlestium gratiarum augmenta; siquidem prouti ex mellisui Doctoris sancti Bernardi sententiâ diximus: *Christus redempturus mundum universum thesaurum contulit in Mariam;* quousque igitur credendum est cœlestes gratias atque divitias in magna hac anima accumulatas fuisse, eo vel maxime, quia *vna fuit Matris suæ electa?*

2. *Electa Genitrici suæ* Quando Apostolus de verbi incarnati supra naturam Anglicam præminentia loquitur, ita scribit: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit; cui enim dixit aliquan-*

Ser. de S. Anna.

De Laud. Vir.

Hob. 1. 4.

Aliquando Angelorum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ecce tibi singulare S. Annæ lupet omnes alias creaturas privilegium, quod scilicet verè sit Mater Matris Dei, cœlorum Imperatricis, Regina Angelorum, adeoque eisdem dicere possit: *Ego genui te.* Nullus est Spirituum beatorum, quantumvis ille supremus sit, qui hanc tibi gloriam vindicare auit, ut Deo nostro infinitæ Majestatis dicere auit: *Nepos meus es tu,* prouti sancta Anna verè dicere potuit; imo de illis scribitur, quod ipsum *adorant Dominationes, tremunt Potestates;* cum tamen econtrà verisimile sit, quod hic Deus incarnatus, quamdiam infans erat in domo sanctæ Annæ, se huic aviæ suæ venerandum semper & obsequiosum exhibuerit. Est specialis Doctoris angelici doctrina, quod ne ipsa quidem divina omnipotentia sublimare puram creaturam ad gradum majorem & altiozem possit, quàm si ipsam veram matrem suam esse faciat, undè consequenter dicendum esse apparet, quod solâ exceptâ filâ, nullus in hierarchia omnium beatorum cœli civium reperiatu sanctâ Annâ dignior aut major, eo quod Genitricis Dei mater existerit, nisi dicere velimus, quod ob hanc matris relationem & superioritatem etiam quodammodo non minus spectabilis ipsâ ejus filâ fuerit. Considerari quoque hoc loco potest aliud sanctæ Annæ privilegium, nulli unquam creaturæ participatum, nec utquequaque ulli participabile unquam, nimirum quod filium Dei nepotem suum habuerit: & quidem tametsi Christus etiam Josephi nominaretur filius, hic tamen in ejus generationem nequaquam influxit, utpotè quæ Spiritu sancto cooperante consummata fuit, qui purissimos virginalis uteri sanguines ad hunc divinum conceptum permovit: at vero sancta Anna filia suæ corpus illud & sanguinem subministraverat, è quo sacrosancta & immaculata humanitas altissimi formata fuit, undè Fulbertus Carnotensis ait: *In utero Virginis sola divinitas cum humanitate versata est, indeque hanc in honorem Sancta nostra laudem deducit: Ideo Mater hujus Sancta superavit omnes matres generando eam, quæ suum generavit Creatorem, tali dote donata est Anna, quæ nulla ante te vel post te meruit antecelli.* Ab omnibus sacris Expositioribus recepta doctrina est, Deum nostrum omnes illas virtutes & qualitates concedere, quæ ad dignè exercenda ea munia, ad quæ quis pro-

Mansi Sanctuarii Tom. III.

moveretur, requiri noscuntur; certum est autem eundem Deum, divinæ providentiæ suæ oculum in illam direxisse, quæ unigenitum ejus Filium hic in terris genitura erat, id quod adeo verum est, quod ipsa prima electa, primaque in mente divinâ creata fuerit: *Ab aeterno Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret; à principio ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret;* at vero cum ex tota humani generis massa dignissimam quandam matrem deligere statuisset, ecquis in dubium revocare poterit, quin aeterna illa Sapiencia omne quoque studium in eo reposuerit, ut inter omnes creaturas talem quoque feminam eligeret, quæ ad magnam Matrem suam parientiam, lactandam & educandam dignissima esset? S. Joannes Damascenus in ejus se laudes disjundens ait: *Quàm beata domus David, ex qua produisti!* Verum enimvero id, quod majorem admirationem parit, est, quod sancta Annæ uterum æquè dignum & eodem loco habeat, quo beatissima Virginis uterum, dum ait: *Et venter beatus, in quo Deus sanctificationis arcam, hoc est, eam, à qua ipse sine semine conceptus est, fabricavit.* Quis obsecro est ita ignarus, cui nota non sit illa tam gloriosa Virginis nomenclatura, quæ *Fœderis arca* denominatur? Sciendum est autem, architectum arcæ illius virum quendam fuisse, cui Beseel nomen erat: *Fecit autem Beseel & arcam de lignis Sethim;* nomen verò hoc in Latino idem significat quod *Vmbra Dei.* Porro S. Lucas ineffabilem illum modum, quod Spiritus sanctus Virginem divini Verbi partu fecundavit, describens, hac phrasi utitur: *Obumbravit.* Videtur autem quod in hac mysticè hujus arcæ fabrica nomen hoc, *Vmbra Dei,* tacitè subinsinuet, quod tametsi ipsa naturaliter & per naturalem propagationem fabricata fuerit, Spiritus tamen sanctus per donorum & gratiarum suarum abundantiam magnam in hujus fabricæ perfectione partem habuerit, & meritò; nam, ut idemet Fulbertus: *Quantum provisio fuit sanctorum Angelorum circa tam gratissimos Deo parentes, & exultatio supra tam ingentem sobolem, nunquid abfuisse credendus est Spiritus sanctus ab ea, quam suâ virtute disponere obumbravit?* Quot benedictiones arca patrum & ubique secum subintulit, præcipuè in dono Obededon, quæ tamen aliud non erat, quàm lignum quod-

Ser. 2 de Nat. Maria.

Exod. 37.

Ser. de or. su Virg.

L

dam,

3 Reg. 6 11

dam, & sola hujus arcæ mysticæ, sanctissimæ videlicet Virginis figura? *Habitavit arca Domini in domo Obededom Gethai tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus.* Hæc autem, quam sub hoc titulo; *Fœderis arcæ*, invocamus, in utero sanctæ Annæ novem mensibus commorata fuit, ac demum tribus annis in ejus domo, cum ab ea educareretur & nutritur priusquam in templo præfentaretur, quanto igitur major ille erit cœlestium benedictionum cumulus, qui in sanctam Annam inde redundavit. Propheta regius, de cuius progemie sancta Anna descendebat, imo cuius ipsa hæres erat, valdè dolebat, quod arca loco firmo & stabili careret: *Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis sylva;* tandem verò spiritu prophetico exclamat dicens: *Surge Domine in requiem tuam, & arca sanctificationis tuæ;* quo loquendi modo ardentissimum quoddam adventus promissi Messie insinuat desiderium; advertendum enim est, quod in Hebræo, ubi nos legimus: *Surge in requiem tuam*, aliud quoddam verbum supponatur, quod interpretari licet, *Annam tuam*, quasi Deo dicere vellet, dignare tandem aliquando in terram descendere, cumque in arca sub illo tabernaculo, quod ab æterno in divina mente tua tibi præparasti sacrosanctum partum illum Annæ concedere digneris, è quo in plenitudine temporis partus ille derivandus est, de quo suo tempore dicitur: *Per viscera misericordie Dei, in quibus visitavit nos orions ex alto.*

Isa 11. 2

3. Omnibus notum est illud Isaia vaticinium: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet;* per hanc autem virgam Jesse sanctissima Virgo communiter intelligitur, per florem autem Filius ejus, quem genuit, qui ideo *Nazareus* vocatus fuit, quod idem est quod *floridus*: *Ego flos campi;* hujus denique arboris radix Sancta extitit, de qua S. Joannes Damascenus dicit: *Ex qua Christus vita flos extitit.* Verum, inquires, si hic flos à ramis progerminat, quomodo à radice progerminari dicitur? Quis unquam arboris alicujus radicem flores producere vidit? Et tamen Isaïas hic expressè dicit: *Flos de radice ejus ascendet.* Ad hoc igitur dicendum est, quod ex quo rami, frondes & flores arboris alicujus suum à radice vigorem & nutrimentum recipiunt, ideo duo hi partus,

Virginis scilicet & Filii ejus insignibus S. Annæ meritis & virtutibus magna ex parte sunt attribuendi, utpotè arboris genethlacæ Christi Salvatoris primæ radici. Adscipulatus mihi hac in parte sancta Dei Ecclesia, quæ in oratione hodiernæ festivitatis ita legit: *Deus qui beata Annæ tantam gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis Unigeniti tui Mater effici mereretur.* Cum hoc tamen stat verum esse quod à flore hoc mystico in virgam pariter & radicem cœlestium donorum & gratiarum vigor transmittatur, undè adeo sancta germina potuerint producere. Rubus Moylis in Sinai monte visus Mariæ virginis præfiguravit: *Rubum quem viderat Moyses incombustum conservatam agnovimus tuam laudabilem virginis tatem;* terra autem, quæ mysticum hunc rubum produxit, S. Anna fuit; id quod Joannes Lanspergius validè confirmat adducto in hanc rem S. Hieronymi testimonio, de ea ita scribentis: *Hac est terra sancta, qua rubum ardentem, sed incombustum permanentem genuerunt.* Quæ autem in veneratione magna hæc Virginis mater habenda sit, ex illis à Deo ad Moylen de hac terra, quæ solum figura quædam S. Annæ fuit, dictis verbis arguere licet, mirum: *Solve calcamentum de* Exod. 3. 3
pedibus tuis, locum ille in quo stas, terra sancta est. S. Epiphanius ita scribit: *Virgo Maria sancta, & sanctorum virorum filia, cujus parentes fuerunt Joachim & Anna, qui quidem in vita sua Deo placuerunt, atque etiam fructum hujusmodi genuerunt sanctam Virginem Mariam.* Quidam huic S. Annæ devotus cliens de ea sic meditatur, quod cum filia ejus fœderis arca, nepos autem magni consilii Angelus fuerit, consequens sit S. Annam fuisse *sanctam sanctorum*, seu sanctuarium, in quo arca hæc demorabatur, adeoque merito de ea dici potest, terra sancta est. S. Joannes Damascenus ait: *Ex filia tua filius natus est nobis, & vocatur nomen ejus magni consilii, hoc est, salutis totius mundi Angelus.* De his quoque sanctis conjugibus Joachim & Anna Fulbertus Carnotensis, qui Roberti Regis Franciæ cancellarius, ac demum insignis Episcopus fuit, ita pariter scribit: *Tales ac tantos se in cunctis institutionibus præstiterunt, ut merito de eorum stirpe prodiret talis successio beata Virginis quæ fieret exemplum totius bonitatis. Vita eorum ante Deum & homines pia erat & irreprehensibilis.*

De laud.

B.V.

Orat. 2. de Nat. Mar.

Orat. 2. de Nat. Virg.

4. Dignissima quoque mater S. Anna ex eo capite in admiratione cuiuslibet esse potest, quod mater sit Matris misericordiae, *Mater misericordiae*; nec mirum: siquidem ipsa pauperibus compatiendo & subveniendo pietatis semper viscerata se habere probavit; Filius Dei imago Patris appellatur: *illuminatio Evangelii gloria Christi, qui est imago Dei*. Hic autem, prout iam diximus, magnam huius imaginis partem in S. Anna agnovit; quia ut S. Leo scribit: *Vbi Deus curam misericordiae invenit, ibi imaginem suam pietatis agnoscit*. Porro hanc pietatem supra omnes alias animas in S. Anna ardentior esse consideravit, ac proinde Filium suum, qui imago sua est, in eius domo carnem assumere voluit. Unde verisimile est quod Salvator noster huic sanctae mulieri diciturus sit: *Nudus eram, & operuisti me, hospes, & collegisti me*; non solum quia hoc in persona pauperum adimplevit, verum etiam

quia quia pie credere possumus, ipsam in persona ipsiusmet Christi praestitisse: siquidem verisimile est quod postquam beata Virgo S. Josepho desponsata fuit, in domo S. Annae pariter habitaverit. Chrysostomus Deum ita loquentem introducit: *Non me pudet dicere coram orbem terrarum, nudus eram, & cooperuisti me; esurivi & dedisti mihi manducare*, id est, beatissima Virgo, & S. Anna. In S. Augustino sequens sententia scribitur: *Sola misericordia hominem deducit ad Deum*; hanc autem mox verba sequuntur, quae proposito nostro mirabiliter quadrant, nimirum: *Sola misericordia Deum deducit ad hominem*; illa etenim compassio, quam S. Anna pauperibus jugiter exhibuit, uti ego quidem existimo, effecit, ut Filius Dei in Maria eius filia ad humanum genus salvandum adventum suum acceleraret, ideoque pietas, quam S. Anna exhibuit pauperibus, *Deum deduxit ad homines*

De elem.

Ser. 44.
ad fratres
in eremo.

2. Cor. 4. 4.

Ser. 10 de
Quad.Matt. 25.
85.

Ex ethimologia nominis Anna, quod idem est quod gratia, variae circa abundantem, qua sancta haec locupletata fuit, gratiam, consequentiae eliciuntur.

DISCURSUS QUINTVS.

*Gratia super gratiam mulier sancta. Eccl. c. 26.
vers. 19.*

1. **C**redibile est, quod spiritus sanctus, qui sponsus est beatissimae Virginis, in laudem magnae suae matris ante tot elapsa saecula Ecclesiastico specialiter inspiravit, ut de ea divinum hoc conscriberet oraculum: *Gratia super gratiam mulier sancta*. Gratia etenim caelestis in magna copia depluit super gratiam, id est, super S. Annam; ita

enim nomen eius sonat. Unde S. Joannes Damascenus in lectionibus hodiernae festivitatis ait: *Gratia, nam hoc sonat Anna vocabulum*. Et S. Epiphanius quoque ait: *Anna gratia interpretatur*; unde ei ad litteram verba haec applicare possumus. Quod si S. Ambrosio de S. Agnete dicere licuit: *Quid dignum ea loqui possumus, cuius ne nomen quidem vacuum est luce laudis*; cur non licebit nobis idem prorsus de hac sancta Matre asserere, *cuius ne nomen quidem va-*

De laud.
Virg.

cum est luce gratia? Ecclesia in Graduali hunc ei verliculum adaptat: *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum.* Ubi Hugo Cardinalis hanc glossam addit: *Diffusa, id est abundanter data, & merito; quia illam paritura erat, cui tanquam Matri divinae gratiae omnia retro saecula pendere debebant agnitionis tributum. Maria mater gratia, propterea unxit te Deus in aeternum; quia si per hanc benedictionem fecunditas intelligatur, clarum est quod Deus illam excellentissime benedixerit; siquidem Deus hanc ei filiam tamenti unicam & solam dando, numerosissimam quandam ei prolem donasse censetur. Fuit mater cunctorum viventium.*

2. *Gratia super gratiam mulier sancta.* In Breviario Gallicano haec verba in ejus laudem conscripta leguntur: *Anna in terris conversatione, sanctitate vita, morum honestate se exhibuit paradysum Dei.* Enimvero majus & excellentius de ejus gratia & sanctitate testimonium edidit, quam si ipsa per mores & vitae conversationem, virtutes & perfectionem, veluti paradysum quidam fuisse dicatur; hic etenim quoddam est sanctitatis & gloriae unicum receptaculum, neque huc aliae animae praeterquam quae gratiis caelestibus fuerunt locupletatae, ingredi possunt. Id ipsum quod in aliis sui sexus opprobrium & maledictio aestimabatur, & consequenter defectui amicitiae & benevolentiae Dei adscribi poterat, in ipsa per erroris nesciam divinam providentiam ad majoris gratiae incrementum causandum dispositum erat; ejus namque sterilitas, quam tot annis sustinuerat, ad superhumanum filij suae partum praeparandum ordinabatur, tanquam effectus gratiae potius quam naturae. Unde sanctus Joannes Damascenus ait: *Natura gratia cedit, ac tremulastat, progredi non sustinens; quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix Virgo ex Anna oriretur, natura gratia foetum antevertere minime ausa est; verum tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset.* Sanctissima Virginis verba illa Psalmi communiter applicantur: *Fundamenta ejus in montibus sanctis; quod idem est ac si diceretur: genitores ejus, qui ob sublimitatem & eminentiam perfectionis ipsorum per hosce montes denotabantur, jam sanctos fuisse.* Nicephorus Callistus de Maria ex

sterilibus genitoribus nata ita scribit: *Inventa est B Virgo Maria dignum, Deumque decens Verbi domicilium, etiam ante nativitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus, & longè à natura fervore alienis, tanquam quidam divinitus datus fructus; non tam naturae, quam divinae gratiae fructus fuit.* Porro Pater aeternus sanctae Annae congruè dicere potuit: *De fructu ventris tui ponam super sedem meam;* quidem Christus ad Patris dexteram sedens sacratissimam humanitatem suam aliquatè à sancta Anna traxisse dici potest & siquidem haec ei à Maria Virgine subministrata fuit, cui sancta Anna corpus subministravit. *Diffusa est gratia in labiis tuis,* quae verba, ut diximus, Ecclesia ei adaptat. Hugo Cardinalis eadem de Incarnatione Filii Dei explicat: *In labiis, id est in osculo, quo nos osculatus est carnem suam sumendo, & nostram naturam sibi uniendo.* Igitur, ut diximus, Christum illà carne vestivit, quae fructus ventris sanctae Annae fuit, ab ea lactatus & enutritus.

3. *Mulier sancta.* Propositio ab incarnata Sapientia dicta haec est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos;* etenim quisquis in notitiam bonitatis & vigoris alicujus venire desiderat, oculos suos ad fructum arboris illius directum habeat, eodem modo quisquis sibi formare contendit dignum sanctitatis sanctae auge conceptum, fructum, quem ad totius humani generis utilitatem progerminavit, aspiciat, *Benedictus fructus ventris tui.* Profecto (inquit sanctus Joannes Damascenus ad ambos sanctos hosce conjuges) *ex ventris vestri fructu cognoscimini; ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Lanspergius in quodam sermone suo in laudem Sanctae nostrae ita scribit: *Quis enim de sanctitate habet Anna, nisi qui dubitet quoque de beatissima Maria sanctitate.* In notitiam abundantiae & fertilitatis terge promissionis venire volentibus sufficiebat botrum illum uvae indè allatum in hasta quadam ad suos transferre; q. d. *Terra hac vere fuit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest.* Porro Virgo vitis illa fuit, quae botrum illum produxit, de quo in sacris Cantibus scribitur: *Botrum Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi;* ipsa verò hoc vitis titulo à Sapiente his verbis denominata fuit: *Ego quasi vitis fructificavi.* Ecce tibi veram illam,

Lib. 1. c. 7.

Matt. 7. 16

Num. 13.

Num. 13.

29.

Cant. 13.

Ecc. 24.

Grat. cit.

Ps. 86. 1.

iam, sed mysticam promissionis terram, quæ lac illud fecerunt, quocum hanc suam filiam lactavit; vel ut melius dicam: *Terra hæc verè fuit lacte & melle*, id est, ab ea dimanant dona, virtutes, & cœlestes gratiarum thesauri, qui in magnam hanc & eminentem animam, quæ cœlorum Reginam paritura erat, abundanter infusi fuerunt. *Gratia super gratiam mulier sancta*. S. Thomas Aquinas Doctor Angelicus, ut quoad cœlestium gratiarum abundantiam, quæ in Mariam depluit, aliquam deduceret consequentiam, hæc prius posuit præmissas: *Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam, & idèo præ cæteris majorem debuit à Christo gratia plenitudinem obtinere*. Et quidem ex iisdem motivis nos quoque magna cum probabilitate asserere possumus, quòd ex quo sancta Anna inter omnes alias creaturas filię suę propinquior fuit atque conjunctior, hæc autem gratiæ distributionem pro suo arbitrio faciendam sibi à Filio suo commissam accepit, atque insuper præ cunctis aliis, quæ in paradiso sunt, animabus beatis, majoribus gratiarum thesauris cumulata & locupletata fuerit, merito de ea dicatur: *Gratia super gratiam mulier sancta*. Undè Lanspergius ait: *Beatissima ejus filia Maria credimus conceptionè adèo sanctam, ut tota fuerit pulchra, tota munda, tota absque peccato, & ab omni macula aliena; & eam, quæ hanc concepit, non credimus sanctam?*

4. *Mulier sancta*. Dignissima sunt verba illa, quæ in hodiernæ festivitatis communi oratione dicuntur, nimirum: *Deus qui beata Anna tantam gratiam conferre dignatus es, ut Genitricis Filii tui Mater effici mereretur; ac si clariùs diceret: quòd divina omnipotentia ipsam matrem Marię effecit, eamque ut tali filiã digna esset, & adaptaverit, tantam mihi admirationem nequaquam parit, at verò quod per gratiam illi se datam capax & digna facta fuerit, quæ mater Genitricis Dei fieret, hinc liquidò arguere licet, quanta cum abundantia hi thesauri in ipsam de cœlo depluerint, utpotè quæ mater fuit talis filię, quæ in cunctis sæculis futura erat thesauraria omnis gratiæ: Propter quod unumquodque tale, & illud magis, dicitur in axiomate philosophico. P. Palmista dicit: Sustin-*

entes autem Dominum ipsi hereditabunt terram; hæc autem terra utique non est alia, quàm illa, de qua alibi idem Propheta dicit: *Benedixisti Domine terram tuam, & vertisti captivitatem Jacob*. Progenies Jacob, id est, populus Dei electus in servitute infernali detinebatur captivus, donec ros cœlestis in terram virginalem delapsus eandem irroravit: *Dominus dabis benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum; rogate cœli de super, aperiatur terra, & germinet Salvatorem*. Quæ verba Hugo Cardinalis interpretatur de Nativitate Mariæ, quæ Filium Dei felicissimè peperit, Hanc autem adeo fecundam terram sancti Joachimus & Anna per passionum sive patientiæ suæ merita hereditate sibi compararunt: *Sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram; quot enim annis sterilitatem suam afflicto corde duxerunt, tot eos Deus consolationibus denuò evexit, ut quilibet eorum Deo dicere potuerit: Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ letificaverunt animam meam; siquidem talem nacti sunt filiam, quæ cœlum pariter & terram letificatura erat. Porro priusquam sanctæ Annæ verba illa applicarentur: Diffusa est gratia in labiis tuis, jam ei antè illa Canticorum verba conveniebant: Labia ejus distillantia myrrham primam; cum enim hæc amara sit, ipsa quoque diuturno tempore continè cujusdam afflictionis amaritudinem gustavit, utpotè quæ non solum improlis erat, verùm insuper affligebatur luctu, & ab unoquoque digito demonstrata lænis infestabatur, haud secus ac si propter transgressiones & criminolam vitam, omni prole à Deo censeretur indigna; undè amare plorans vivebat solitaria, tamen divini voluntati magis magisque se semper conformiorem facere studeret. Dicere proindè poterant: *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt; nec tamen ob id à divino servitio desistebant, imò in eodem continuo magis inferrescentes perseverabant*. B. Laurentius Justinianus de perseverantia tractans hilce eam nominibus appellat: *Cœli janua, paradisi porta; iisdem vero titulis beatam quoque Virginem honoramus, dum ipsa à nobis in Litanis vocatur Ianna cœli, & in ejus Assumptione canit sancta mater Ecclesia: Paradisi porta per ipsam nobis aperta sunt*.*

3. p. q. 27.
8. 24

Pf. 84

Pf. 70

Cap. 40

Pf. 36. 8.

Lib. 10.
Mor. c. 12.

Ecce tibi igitur qualiter B. Virgo perseverantie sanctorum horum genitorum in divino servitio fructus & partus exiterit ; quia tamen secundum discursum & rationes humanas omnem debuisse spem proliis abjicere, ad imitationem tamen sancti Patriarche Abrahę *Crediderunt in spem contra spem*. S. Gregorius ait : *Tantò in Deum spes solidior surgit, quantò pro illo quisque graviora pertulerit.* De hac autem conjugibus S. Vincentius Ferrerius ait : *Viginti annis fuerunt sine prole;* atque insuper idem Sanctus multa sancta opera refert, quibus continuo dediti erant, nimirum elemosinas, orationes, hospitalitatem, jejunia, solitudinem, & tamen intentum suum minimè obtinentes non desistebant, quin potius spes illorum majorem quotidie vigorem sibi acquirebat, *sed quia habuerunt patientiam in verecundia sibi facta à sacerdote, qui ipsos veluti indignos, unà cum oblationibus suis, è templo ejiciebat, statim habuerunt promissionem, & obtinuerunt habere prolem,*

Patet ergò quòd qui vult aliquid obtinere à Deo, plus valet patientia quàm aliud. Hinc igitur S. Annę sanctitatem arguere licet, utpotè quę in hac virtute adeo fundata & habitata erat, quę ex Spiritus sancti testimonio *Opus perfectum habet.* Quid igitur nunc superest, nisi ut illam iis verbis invocemus, quę in libro Judith recententur : *Nunc ergò ora pro nobis, quoniam Iudith 8, mulier sancta es?* Neque enim dubitare fas est, 29. quin intercessio ipsius apud Salvatorem sit efficacissima ; potest enim filia ejus quicquid vult apud Deum, ex alia vero parte nulla apud filiam creatura gratior aut majoris autoritatis esse potest ejus Genitricis, id quod nobis verba orationis presentis festivitatis clarè insinuant, quibus Ecclesia Deum ita rogat : *Concede propitius, ut cuius solemnia celebramus, ejus apud te patrociniis adjuvemur.*



DE FESTO
S. P E T R I
IN VINCULIS
DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSUS I. De Catenarum & vinculorum S. Petri ab Ecclesia tantoperè honoratorum gloria tractatur.

DISCURSUS II. Occasione illorum verborum Psalmi : Dirupisti vincula mea &c. variè de vinculis S. Petri , & de festi institutione considerationes instituantur.

DISCURSUS III. Per solutas S. Petri catenas, ejus circa remissionem peccatorum vincula denotatorum fuit figurata potestas ; significant etiam vincula idololatriam, à qua unà cum Roma universum mundum liberavit, idque fecit, dum illam Chrsti legi adstrinxit.

DISCURSUS IV. De catenis interioribus & spiritualibus , quibus S. Petrus adstrictus non timebat carcerem.

DISCURSUS V. S. Petrus incarceratus , animæ in peccato existentis figura fuit, cui cœlestia sunt subministrata auxilia , quibus mediantibus à peccatis resurgat, id quod per hujus festi Epistolam demonstratur.

De catenarum & vinculorum S. Petri ab Ecclesia tantoperè honoratorum gloria tractatur.

DISCURSVS PRIMVS.

Ceciderunt catena de manibus ejus. Act. Apost. c. 12.

1. **T**amet si verum sit, quòd catenæ, quæ in tyranni carcere manus Petri stringebant, in terram prolapsæ fuerint : *Ceciderunt catena de manibus* ; at tamen non minus quoque veritati congruit, quod eadem catenæ per felicem quandam metamorphosin in paradisi claves transmutatæ, ad ip-

sum usque cœlum evedæ fuerint ; cùm enim catenæ à manibus quas vinxerant, in terram collapsæ spiritualium vinculorum absolutionem, id est, culpam veniam & remissionem, quæ ad solum Petrum spectat, præsignificet, merito vincula à Petri manibus soluta cum cœlestis regni clavibus à Doctoribus comparantur, utpotè quæ cœli portas pœnitentibus aperiunt, juxta illud : *Solve jubente Deo terrarum Petre catenas, qui facis*

ut pateant cœlestia regna. Porro catenarum harum præconia & mytherianon nihil examinemus, siquidem in eandem honorem præsentis diei festivitatem hodie concelebramus.

2. Hæ catenæ è Petri manibus ideo ceciderunt, ut à nobis veluti catenæ aureæ, imo ex gemmis & margaritis inæstimabilibus contextæ eleventur, & reverenter excipiantur, indeque Christianis in tribus celebrioribus totius mundi civitatibus, Hierosolymis videlicet, Constanti nopoli, & Romæ locupletetur. Hierosolyma enim, quæ pretiosissimorum thesaurorum Ecclesiæ, id est, sacrarum Reliquiarum ærarium, Christianæque religionis sanctuariam erat, ab Eudoxia Imperatrice Theodosii Imperatoris conjugæ, tum ob variorum monasteriorum erectas sumptuosissimas fabricas, tum etiam mœnium suorum delolorum restaurationem multis magnisque beneficiis affecta, pro hisce aliisque ab illa receptis beneficiis & gratis particularibus gratam se exhibere volens, opulentiori dono, majorique thesauro ejusdem munificentæ correspondere nescivit, quam ferrum duarum catenarum, quibus S. Petrus in Herodiano carcere adstrictus fuerat, eidem donando; de his namque S. Augustinus scribit: *Merito per omnes Christi ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud poenitentium vinculorum.* In libro primo Paralipomenon legitur quod argentum & aurum à Davide pro templi fabrica præparatum ad computum scutorum nostrorum redactum ascendat ad 1440 milliones argenti, & 1683 milliones auri; nec tamen exhausta hæc metalli pretiosissimi massa proportionem aliquam habuit cum harum catenarum ferro; siquidem totum hoc aurum & argentum unico tantum templo adornando adhibuit; at vero in harum catenarum obsequium & honorem tanta auri & argenti quantitas coacervata fuit, ut inde non unum, sed plura sumptuosissima templa erecta fuerint, adeoque ut huic ferro debitum reddatur obsequium; templa & erecta domus Dei servire debent, in quibus ingentes ad unius catenæ cultum & venerationem thesauri consumuntur. Hoc catenarum ferrum à manibus Petri in carceribus victi in terrâ collapsum, carceris custodes (interius, ut verisimile est à luce superiori illuminati, maxime cum lumen refulserit in carcere, & Scriptura dicit, & S. Germanus, vel ut alii volunt, Proculus, testantur) levârunt, & è terra levatum clam absconderunt, &

apud seipfos velut thesaurum conservârunt. Et quidem eodem thesauri encomio S. Alexander Papa & martyr hæc catenas honoravit; cum enim S. Balbinam vincula ejus, quibus ob fidem Christi constrictus in carcere jacebat, osculari velle videret, eidem persuasit hunc cultum vinculis & catenis S. Petri potius reddere, earumque venerationi omni studio se devovere; quod cum adimpleret, coram iisdem vinculis per obsequiosam devotionem prostrata in affectuosa hæc verba prorupit: *Benedictum sit nomen tuum omnipotens Deus, qui per famulum tuum Alexandrum mihi ancilla tua thesaurum spirituales indicasti.* Ad hæc cum hoc catenarum S. Petri ferrum in persona comitis illius, qui Ottonis Imperatoris aulicus erat, celebre illud patrasset miraculum, cujus in lætionibus Matutini hodiernis fit mentio, contigit id quod Cardinali Baronius hisce verbis scribit: *Qua catenâ Theodoricus Metensis Episcopus arreptâ, cum diceret se eam nisi manu ejus abscissâ non dimissurum, tandem Imperator sedato litigio à Papa Ioanne obtinuit ut annulum hujus catenæ exsectum Episcopus mereretur.* Ecce tibi qualiter sanctus hic Episcopus pluri unicum hujus ferri Petri annulum, quam annulum suum Episcopalem aureum & gemmeum, imo quam propriam tuam dexteram amittit; ecce item qualiter pro modica hujus catenæ parte comparanda grave inter duos mundi monachas, secularem scilicet & ecclesiasticum exoritur litigium, necessariumque sit ut implet Imperator preces suas interponat, ad hoc ut urbs Romana unico tantum hujus ferreæ catenæ annulo privari se sinat. Tertullianus scribit: *Aliquando reverâ inventum est, quomodo aurum non ametur;* id quod vel maxime in comparatione ad hæc catenas verum esse non speritur: quia, uti ex S. Augustino audivimus, per omnes ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud, adeo ut summi Pontifices Principibus, Regibus & Imperatoribus per donum aliquod inestimabile & supremæ venerationis gratificare volentes, in aureis quibusdam clavibus modicas aliquas hujus catenæ limaturas reponere, easque donare soleant, ut illas dono eis datas ad collum suspensas portent, undè Annales Ecclesiastici dicunt: *Ex illis tenuia ramena Christianissimos Principes ad collum religionis causâ gestare consuevisse.* Et quidem numquid ad hoc propositum aptissime servire videtur illud in Jeremia, licet

An. 969.

De hab. mul. c. 7i

An. 69. 4i

Ier. 27. 2.

licet in alia quadam occasione conscriptum ,
divinum oraculum ? *Fac tibi vincula & ca-
tenas, & pones eas in collo tuo, & mittas eas ad
regem, &c.* Per hæc verò vinculorum & ca-
tenarum Petri limaturas , ex devotione erga
hunc Apostolorum Principem ad collum sus-
pensas suam optimè erga sanctam hanc sedem
protestabantur subjectionem & obedientiam ,
dum se continuo per catenas sancti Petri ad
collum suspensas, perpetua se esse profiteban-
tur sanctæ Romanæ reverenter subdita manci-
pia. Profecto si Eudoxia Imperatrix omni
auro quod è Peruanis aurifodinis eruitur, ur-
bem Romanam locupletasset, sanctæ sedi Apo-
stolicæ cum tanta opulentiâ nequaquam
thesaurizasset , quam per harum catenarum
donum, siquidem intulit *Latio vincula, quæ
solvunt peccatorum ligamina ; quæ jam non
ligent iustum & sanctum, sed ab omni impietate
solvunt impium.* Per adhibitos totius mundi
thesauros, ne quidem unicus eorum catena-
rum annulus dirumpitur aut frangitur , quæ
nos Demoni propter culpam adstrictos manci-
pia efficiunt mortis & inferni : at verò vix hæc
Petri catenæ hominibus adhibentur, quin sancta
mater Ecclesia exclamet : *Solve jubente Deo
terrarum Petre catenas.*

3. Verum enimverò quis unquam lingua
vel calamo sufficienter pro dignitate immensam
illam, omnisque exempli expertem gloriam ex-
primere poterit, quâ Imperatores catenas illas ,
quæ S. Petrum strinxerunt, tum Romæ, tum Con-
stantinopoli sumptuosissimas erigendo Basilicas,
honorarunt? Deo ita complacuisse videtur, ut
hisce catenis quæ suum in terris vicarium strinxe-
runt, nonnullæ concederentur prærogativæ, quæ
alias sacratissimo Crucis Christi ligno conve-
niebant. Etenim sancta Crux à S. Helena Con-
stantini Imperatoris matre huc Romam allata
fuit : hi autem catenæ per manus alterius cujus-
dam Imperatricis, Eudoxiæ videlicet in hanc
eandem civitatem pariter adductæ fuere.
Præterea sancta Helena unam Crucis Christi
partem Hierosolymis reliquit, in ejus hono-
rem Ecclesiam quandam ibidem ædificando ,
alteram verò partem huc adduxit , ubi pariter
ab illa erectum est templum, quod hodie sanctæ
Crucis in Hierusalem appellatur. Eodem
modo postquam Eudoxia Imperatrix duas
sancti Petri catenas dono sibi datas accepisset,
unam illarum Constantinopoli reliquit , ubi
Manfii Sanctuarij Tom. III.

prædivitem & devotam pro iisdem conservan-
dis erexit Ecclesiam, alteram verò Romam de-
tulit, quæ pariter sumptuosissima Basilica ad eo-
rundem vinculorum gloriam & venerationem
fabricata honorari meruit : Enimvero magnam
obfero quoad situs & loca, in quibus hæc Ec-
clesiæ erectæ fuerunt, differentiam; nam Ecclesia
sanctæ Crucis eo in loco fabricata fuit, in quo
olim templum Veneris conditum fuerat: & me-
rito quidem, nam sicut idolum istud in eodem
loco erectum fuit, in quo magnus ille sanctæ
Crucis thesaurus sepultus latebat, adeoque cul-
tum sanctissimæ Crucis debitum usurpaverat, ita
quoque justum erat, ut idem ille Crucis the-
saurus non solum simulachrum sed & tem-
plum Veneris conculcaret, & sibi substratum
haberet, Crucisque gloria super eum erigeretur
ruinis. Ubi vero ex increata sapientiæ di-
spositione templum sancti Petri in Vinculis ædi-
ficatum fuisse existimatis? In eo nimirum
loco, in quo antea vetus curia condita cerne-
batur, in quo Senatus Romanus congrega-
batur, omniaque mundi gravissima negotia
agitari consueverant; in hoc inquam loco in
harum catenarum honorem hæc erigebatur
Ecclesia, cum enim inter omnia humana ne-
gotia nullum esset magis arduum venia &
remissione peccatorum; siquidem *In multis
offendimus omnes,* ex peculiari Divinæ sapient-
iæ consilio Ecclesiam hanc in loco adeo con-
spicuo & digno situari voluit, quia ad hæc
vincula, seu quod idem est, ad clavium sancti
Petri potestatem, veluti ad rem arduissimam
totus recurrit orbis terrarum, ut vinculorum
illum absolutionem obtineat. *Quis dubitet In Bibl.
Eudoxiam gaudio tripudiasse non minori, cum
SS. Patrū.
agnovisset catenas Petri, quam Helenam cum
diu desideratam vidisset Crucem Domini?* In-
ventionis sanctissimæ Crucis peculiare cele-
bratur festum & officium: De vinculis Petri pa-
riter ultra solemnitatem, quæ de eis Romæ ma-
gnificè peragitur, peculiare quoque officium à
cunctis mundi fidelibus celebratur. Olim fe-
stum hoc Constantinopoli 16. Januarii celebra-
batur; hic autem in tota Ecclesia latina in ho-
diernum diem repositum fuit, eo quod dies ille
in toto anni circulo apud Romanos celeberrimus haberetur.

4. Verissimum equidem fuit semper Divi-
num illud oraculum, quo dicitur : *Quicumque
glorificaverit me, glorificabo eum.* Gloria au-
tem

tem, quam S. Petrus Christo reddidit in eo confisit; quod ipse tanquam Religionis & gregis Christiani supremus vertex & caput in principio nascentis Ecclesie in persona Herodis fidei nostrae persecutoris omnibus totius mundi tyrannis fidem & bellum denuntiavit, ut potè qui non solum vincula, catenas, carcerem imò mortem ipsam pro ejusdem fidei defensione ex amore Redemptoris sui sustinendam non timebat, verum etiam in vinculis constrictus impensè gaudebat, ideoque in carcere dulci & quieto somno perfrui poterat: *Erat Petrus dormiens.* Cardinalis Baronius refert Agrippam, qui sub Tiberio Imperatore in carcerem coniectus fuerat, à Claudio in pristinam remissum fuisse libertatem, simulque ab eodem Judae Regem declaratum fuisse; qui mox ut in Judaeam venit, *Catenam auream à Caeso donatam pondere parem illi ferrea, qua regias manus vinxerat, monumentum adversa fortuna mutata in prosperam suspendit in sacroario super gazophylacium.* Ecce hic tibi gloriam quam Deus noiter catenis ferreis non Regis, sed piscatoris cujusdam communicavit, siquidem Deo visum fuit, non sufficere quod catenae illae in sacris templis anathematis loco suspensae cernerentur, verum insuper in earundem honorem templa sumptuosissima erigi fecit, easque licet ferreas plures aestimari etiam ab ipsis Regibus, Imperatoribus, sanctisque Pontificibus voluit, quam si aureae fuissent, aut gemmae; hoc namque ferrum apud omnes Martyres aliosque fideles omnes eam habuit efficaciam, ut ad Petri imitationem deinceps in saeculis subsequentibus cum heroica generositate innumera supportarint supplicia pro Christo, & pro caelo acquirendo. In hisce catenis & carcere Petri adimpletum esse videmus, quod hisce verbis scribit S. Cyprianus: *Ornamenta sunt ista non vincula, nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam.* Haec vincula in Petri, successorumque ejus vertice triplicatum illud

An. 43. n.
7.

Lib. 3. ep.
25.

pretiosumque diadema stabilierunt; atque firmarunt: *In vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum Regni;* vel etiam cum Ecclesiastico dicere possumus, *quod de carcere catenisque egressus sit ad Regnum.* S. Augustinus quoque horum vinculorum Petrum constringentium gloriam admirans, illa felices & fortunatos appellat catenarum nexus: *Felices illi nexus, qui de manicis & compedibus in coronam mutandi, Apostolum contingentes Martyrem reddiderunt.* Chryostomus curiosam nobis proponit quaestionem, & dicit, dic sodes quod si Petro data fuisset optio, ut vel Angelus fieret, qui Petrum à vinculis solvit & liberavit, vel Apostolus manere pro Christo victus & catenis onustus, quidnam ex duobus ipsum electurum fuisse existimas: *Si mihi quispiam dixisset, elige utrum velis, vis esse Angelus Petrum solvens, an Petrus victus?* Non dubito, quin unusquisque hic crediturus fuisset, quod Petrus potius desiderasset, esse liberator & Redemptor Petri, quam catenis illis constrictus esse, maximè ut infinitum quoddam sibi compararet meritum Ecclesiae, tunc periclitanti subveniendo, ejusque Pastorem libertate donando: An non ita censestis? & tamen respondet: *Petrus utique esse maluissim;* redditque hanc rationem, quae in specialem vinculorum, id est, passionum pro Christo toleratarum gloriam cedit, & dicit: *Majus hoc vinculorum donum est, quam Solem sistere, aut mundum movere, aut dominari Daemonibus.* Sanctus Ignatius Loyola cujus heri festum celebravimus per calumnias & imposturas carceri mancipatus, semetipsum per hoc jubilò plenos affectus consolabatur, dicens: *Nescitis quam felix, & quam gloriosum sit vinciri pro Christo; non sunt tot compedes in urbe, quin ego plures ferre pro Christo desiderem.*

Sap. 10. 14.

Eccl. 4. 14
Ser. 29. de
sanctis.

Hom. 8. in.
epist. ad
Ephes.

Occasione illorum verborum Psalmi: Dirupisti vincula mea, & Variæ de vinculis S. Petri, & hujus festi institutione, considerationes adferuntur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

Ps. 115. v. 17.

DI perplexus hæsi an verba propositi thematis mysterio, quod hodiernâ die celebratur, apte conveniunt, an verò secus; & quidem motivum dubii mei in miraculo fundatur, quod accidit, non per rupturam sed per connexionem vinculorum S. Petri, nam ut in matutino legimus, cum Eudoxia Imperatrix catenam sibi ab imperatrice matre sua missam, quâ sanctus Apostolus ab Herode vinctus fuerat Papæ ostendisset, *is vicissim illi monstravit alteram catenam, quâ Nerone Imperatore idem Apostolus fuerat constrictus; cum igitur Pontifex Romanam catenam cum ea, qua Ierosolymis allata fuerat, contulisset factum est, ut illa inter se sic connecterentur ut non dua sed una catena ab eodem artifice confecta esse videretur.* Et quidem, ni fallar, DEUS noster per hoc denotare voluit, quod Petro & successoribus eius mediantibus duo populi ad eò inter se dissidentes, sub una dumtaxat lege & amoris vinculo uniendo & conjungendi essent: unde Apostolus ad Ephesios scribit: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum*: vel etiam cum catena Constantinopoli veniens Ecclesiam Græcam significet, ea verò quæ Romæ residebat latinam Ecclesiam denotaret, per hanc utriusque connexionem & unionem ambarum Ecclesiarum subjectionem quâ Petrum tamquam unum utriusque caput respiciunt, denotabat; fuitque miraculum istud fontasse præfiguratum in mandato Moyse à DEO præscripto, quando summi Sacerdotis & Pontificis veteris testamenti ornamenta eidem præ-

scripsit, & descripsit, dicendo *Facies in rationabili catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo; & quidem licet hæ catenæ ferreæ sint, aureæ tamen dici possunt, tum quia de catena Ierosolymitana dicitur: Insigne donum accepit ferrea catena auro gemmisque ornata: tum quia ut præcedenti discursu vidimus hæ catenæ ferreæ quovis auro, imo quovis opulentissimo thesauro pretiosiores esse censentur.*

2 Verumtamen ut verum fatear, illa Davidici oraculi verba in præsentem themate adducta, huius festivitati propriissima esse credo; cum enim Petrus in successoribus suis loquatur & operetur; omnino mihi persuadeo, quod hodie ad DEUM conversus dicat: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*, quæ verba sanctus Remigius ita legit: *Dirupisti vincula mea, ne me in vincula rent inimici: constat enim Petrum aperte confessum fuisse, misit Dominus Angelum suum & liberavit me; quippe ceciderunt catena de manibus ejus, Tibi sacrificabo hostiam laudis, ut gratus.* inquit Glossa. Albertus Magnus hunc textum interpretatur, dicendo, *Tibi sacrificabo hostiam de gratiarum actione*; quanta enim futura fuisset gregi Christiani in primis suis principiis dispersio, si ei pastor suus fuisset ereptus, quid enim inde mali sequatur, hæc verba indicant: *Percutiam Pastorem & dispergentur oves*, atque ideo convenientissimum fuit, ut Ecclesia in omnibus sæculis gratias DEO nostro referret, quando, ut Baronius ait, Petrus in libertatem assertus fuit; *ut sic liber pastor relictus sollicitum de se gregem inviseret*; at verò *hostiam de gratiarum actione offerre* convenit, quia per hanc vinculorum Petri

Exod. 28.
32.

Eph. 2. 24.

Matt. 26.
31.

An. 44.
n. 6.

dissolutionem stabilita fuit Christiana religio, dataque fuit Petto suprema potestas omnes mortalium rumpendi & frangendi catenas, unde Arator subdiaconus libro undecimo Carminum ita scribit:

Manet omne per avum.
Pignori hujus apex & syderis obtinet instar
Corpore quod Petrus sacravit; & Angelus
ore

His solidata fides, his est tibi Roma catenis
Perpetua a salus, harum circumdata nexu
Liberam semper eris; quid enim non vincula
praestant

Qua tetigit, qui cuncta potest absolvere.

Enimvero quis non videt, quam multa & ingentia sint beneficia, quae toti Christianismo ab hisce vinculis resularunt? Baronius anno 439. hanc eis laudem attribuit: *Fontes è quibus fideles innumera hauriunt jugiter beneficia*, ideoque merito sanctus Petrus in suis successoribus DEO dicit: *Tibi sacrificabo ut gratias hostiam de gratiarum actione*, vel etiam *hostiam laudis*, id est, ut Albertus Magnus inquit, *laudem oris tamquam hostiam*; in pluribus namque sacrae Scripturae locis laus DEO data, hostia denominatur: *Sacrificium laudis honorificabit me*, & Apostolus ait, *Offeramus hostiam laudis*. Porro hoc sacrificium Ecclesia haecenus à tot saeculis DEO offert, non solum per incruenta sacrificia, quae in horum vinculorum honorem hodie offeruntur, verum etiam per officii divini celebrationem, ac proinde sequitur in textu, *Et nomen Domini invocabo, vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus in atriis domus Domini*, id est, ut ait sanctus Remigius, in *Ecclesiis*, in omnibus namque Ecclesiis Petri ab hisce catenis liberati memoria celebratur, dum ab omnibus universim populis fidelibus festum hoc per solemniam divina officia peragitur; verum enim verò quonam motivo hic dies potius ad vincula haec honoranda & veneranda electus fuit quam omnes alii totius anni, siquidem neque hoc die, neque hoc anni tempore sed in Paschate haec ab Herodis potestate liberatio acciderit? sciendum est igitur Romanos hoc die, quae prima est Augusti specialius

ludis, festis, spectaculis, aliisque laetitiae demonstrationibus deditos fuisse, ecce igitur quousque fidelium devotio excreverit: *Honos qui eo die profanis gentilibus celebrari tribui solitus erat, Petri vinculis haberi cepit*, ut hac ratione haec festa profana in spiritualia transmutarentur harum catenarum obsequia, magisque per hujus diei singularitatem honorarentur, utpotè qui ex pluribus capitibus, praecipue verò duobus solemnissimus erat, primo quod olim hodiernam die Martis templum consecratum esset, *Qua equestria certamina Ca. 10. Rosin. lendis Augusti exhibentur; instituta sunt pro Ro. Antiq. praerea quod eadem die Martis ades consecrata fuit: lib. 5. c. 16.* secundum hujusce festivitatis motivum erat, quod hoc die Augustus olim consul creatus fuisset, multaque reportasset eadem die victorias, atque ideo merito hic dies Petri honoribus dedicatur, siquidem is haud dubiè erga Romanam longè beneficentior Matre fuit, suumque in ejus ab omnibus persecutoribus, terraeque & inferni tyrannis defensione invictum robur saepius demonstravit, juxta promissionem ei quondam à DEO exercituum factam, *Porta inferi non praevalent adversus eam. Matth. 16. 18.* Etenim incredibile est, quot sanctus Petrus ad magis in hac urbe stabilendam Monarchiam Apostolicam victorias & trophaea reportarit. Porro sanctum Petrum ab Herodis carcere egressum fuisse, nec vilitati nec fugae attribuentum est, audite enim, quomodo hunc è carcere exitum Annales Ecclesiastici glorioso nomine decorent, dum ajunt: *Angelus Petrum è carcere non ad fugam sed ad triumphum velut educens*; verum inquires fortasse, quisnam hic triumphus erat, quamnam victoria? quoniam fuere inimici, quos debellavit? nimirum catenae quae de manibus ejus rumpebantur, libertatem figurabant filiorum DEI, quam omnibus fidelibus animabus communicaturus erat, eisdem à Sathanæ tyrannide, nec non peccati servitute liberando; Porro triumphus erat is, quem de fidei inimicis & persecutoribus, imò ipsomet inferno reportavit, unde idemmet Arator ponderans, quod *Porta ferrea ultra aperta est ei, ita camitt;*

Pf. 49. 23.
Heb. 13.

An. 446.

*Ferrea, quid mirum, si cedunt ostia Petro,
Quem Deus a thera custodem deputat aula,
Ecclesiaeque sua faciens retinere cacumen,
Infernum superare jubet?*

*Ser. in die
1. Augusti*

3. Dionysius Carthusianus in serm. 1. de hodierna festivitate ita nos exhortatur: *Hanc itaque festivitatem agamus, & sanctum invocemus Apostolum, quatenus, sicut ipse per Angelum, de captivitate, & catenis Herodis est liberatus, sic Deus per preces ejus ac merita, de captivitate Diaboli, atque à vinculis vitiorum nos liberare dignetur.* In orat. de hoc festo, sive illa Germani sit, sive Proculi de hisce vinculis ita scribitur: *Ab his demonum pravi spiritus illigati enecantur, ab his princeps mundi hujus captivus ducitur.* Comes ille Ottoni Imperatori adeo charus, multa tentarat remedia, quibus à dæmonibus liberari posset, à quibus adeo truculenter cruciabatur, ut pro priis sese dentibus sapè lanare contenderit, tandem Iussu Imperatoris ad Ioannem Pontificem ducitur, qui ut sacra catena Comitum colium attingit, erumpens nefarius spiritus hominem liberum reliquit. Audite obsecro, quibusnam titulis hæc vincula à Cardinali Baronio honorentur: *Cujus vincula velut nobilissima victoria gloriosa trophæa omnium ferè sanctorum Patrum egregie celebrata praconis, in Ecclesia sunt perpetua memoria consecrata.* Idem quoque in alio quodam eorundem annualium loco, in hæc verba de hisdem scribit: *Quidni veneraturi essent homines catenarum Petri memoriam, quibus Deus eandem atque ipsi contulit in edendis miraculis adeo admirandam atque visibilem virtutem, ut planè illud Davidicum sic cum stupore cavendum: Nimis honorati sunt amici tui Deus, cum & detestanda illa instrumenta martyrij voluerit in gloria trophæa animata converti, in quibus Christi gloria prædicetur?* Denique idem in alio loco de honoribus Apostolis suis à Deo exhibitis tractans ait: *Non tantum sepulchra Apostolorum magno sunt honore habita, sed & ipsa Passionis instrumenta.* Ecce qualiter Scriptor hic de Ecclesiastica historia tam præclare meritus, ab omni exaggeratione adeo alienus, adeoque in scribendo circumspectus, in hisce catenarum ferreis gloriae trophæa agnoscit, quibus mediantibus Christi gloria prædicatur: *Ulterius vero progrediendo dicit: Catenas convertit in arma quibus invisibiles*

*Ann. 44.
6.*

Ann. 43. 9

consciuntur & prosternuntur hostes. Enimvero quodnam desideratis evidentius horum trophæorum testimonium, quando supradictatus sanctus Proculus sancta quadam & laudabili ambitione invidium & victoriis inclytum Imperatorem hisce catenis & vinculis constrictum & onustum videre desiderat? *His catenis Imperatorem nostrum armes, munias, victoriis & trophæis coronas.* Nunquid igitur hic dies jure merito à sancta matre Ecclesia per Spiritus sancti instinctum peculiariter electus esse videtur, in quo triumphorum & victoriarum Augusti, nec non Templi Martis consecrati memoria celebratur? quis enim Petro in vinculis constituto in victoriis atque trophæis illustrior esse potuit? *Quis fabuloso Marte animosior atque audacior fuit, quam Petrus, qui cum inferno semper pugnans, victor semper evadit, deque omnibus Christi inimicis gloriosas victorias refert?*

*Ann. 69.
n. 30.*

4. *Tibi sacrificabo hostiam laudis* Dionysius Carthusianus in hoc Psalmo ad venturum Messiam alludens, illum dicere voluisse ait: *Me ipsum in crucem offeram ad gloriam tuam, id quod de sancto Petro dici posset, si hic dies martyrii sui natalitius dies esset.* Melius autem Hugo Cardinalis ait: *Tibi sacrificabo hostiam laudis libenter pro te patiendo, quod optimè in sanctum Petrum in vinculis hærentem quadrat, hic enim dum in procinctu ad die sequenti moriendum positus, suaviter dormiret, ac si nullam animo molestiam infixam haberet, quantum ipse pro Christo moriendi cupidus esset, satis perspicuè demonstrabat.* Sequitur in textu sacro Actuum Apostolicorum: *Oratio fiebat ab Ecclesia sine intermissione pro eo, siquidem de arduissimo totius Ecclesiae negotio agebatur, nimirum ut securitati capitis totius Ecclesiae consulere- tur; & tamen hoc non obstante, quod scilicet omnes alii in oratione vigilarent, eumque efficacissimè Divina providentia committerent.* *Erat Petrus dormiens, sibi namque videbatur se non in carcere, sed in triumphante & victorioso Capitolio consistere.* Hunc ab eo spiritum, hancque in passionè pro Christo exantlanda lætitiâ sanctus Ignatius Episcopus & Martyr feliciter hæreditavit, utpotè qui eandem Antiochenam Cathedram, in qua Petrus primus omnium federat, post ipsum gubernavit, hic enim prævidens, quod

per interponendas Christianorum pro eo ad Deum orationes, ejus impediendum esset Martyrium, cujus tamen subeundi causa Romam perductus fuerat, per affectuosissimas hæc preces se Christianorum cœui recommendabat: *Vinam fruar bestiis, quæ sunt preparata, quæ & oro mihi veloces esse ad interitum & ad supplicia, & alluci ad comedendum me; ne sicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere.* S. Petrus pariter Martyrii subeundi adeo avidus fuit, ut opus fuerit, quod Christus illum per miraculum illud, quod illi ad instar somni tibi accidisse visum fuerat, *Existimabat se visum videre,* Tyranni manibus liberaret, longè enim libentius & jucundius in deterrimo illo carcere, quam in Vaticano degebat, manibus suis ferreas illas catenas multo libentius quam cœli claves trahebatur. Nam ut optimè Chrylостomus ait: *Si quis Christum diligit, is novit, quid sit, quod dico, si quis erga Dominum insanit, ut*

ita dicam, & ardet, is novit, quæ sit vinculorum virtus. Quis autem inter omnes Salvatore non ardentius Petro amavit, qui trina vice ab eo circa hunc amorem curiosè examinatus fuit.

5. *Sacrificabo hostiam laudis.* Cur ita? Ecce tibi causam: *Dirupisti vincula mea.* Ehem quot sunt sacrificia, quæ Petrus hæcenus obtulit, & in finem usque mundi per sacerdotes Ecclesiæ Deo oblaturus est, eò quod animas pœnitentes à vinculis suis resolverit, idque in virtute potestatis peccata absolvendi à Christo sibi data? *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum* Euthymius quoque ait: *Vincula peccatorum dirupisti gladio pœnitentiæ.* Et Albertus Magnus pariter scribit: *Hæc vincula dirumpuntur per confessionem,* ad quod probandum illum adducit Itala textum cap. 57 *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, confitendo peccata,* Addit verò Albertus, hoc significatum fuit per *absolutionem vinculorum Petri.*

Ann 69.
2. 30.

Per solutas S. Petri catenas, ejus, circa remissionem peccatorum per vincula denotatorum, fuit figurata potestas: Significant etiam vincula idololatriam, à qua Romam pariter & universum mundum liberavit, ideoque Christi legi illam arctè adstringendo.

DISCURSUS TERTIVS.

Solve iubente Deo terrarum Petre catenas.

SANTA mater Ecclesia in summam vinculorum sancti Petri gloriam ab eorundem solutione immensum & inestimabile in hoc mundo beneficium se accepisse agnoscit, nimirum quod hodiè quovis tempore ad summam DEI consolationem in fidelibus suis videat & experiatur rumpi & frangi suas catenas, quibus quotidie mediante peccato tanquam mortis æternæ mancipium tenentur constructi, & inferni tyrannidi subjiciuntur, in easdem namque manus, à quibus hodiè catenæ ferreæ disruptæ fuerunt, *ceciderunt catena de manibus ejus.* **DEUS**

deinceps claves regni cœlorum reposuit, eam namque potestate, quam Christus ei tanquam suo in terris Vicario delegavit, nobis non solum infernum occludit, sed & aperit Paradisum: *Solve iubente Deo terrarum Petre catenas qui facis, ut pateant cœlestia regna beatis.* Et ideo vincula sancti Petri disrupta, & ab ejus manibus soluta, peccata nostra, quibus tanquam vinculis anima nostra constructa tenetur, eorumque remissionem nobis autoritate sancto Petro concessa impertitam significant, quæ proinde sancta mater Ecclesia tanta celebritate concelebrat. Mirum profectò est, quod cum instrumenta, quibus Martyres & Apostoli in eorum passionibus exerciati sunt,

sunt, utpotè ex contactu sacrarum reliquiarum, quæ Spiritus sancti animata templa sunt, sanctificata, miris à Deo condecorantur prodigiis, atque miraculis, sancti quoque Petri Apostoli vincula hodie tanto honore afficiantur, nullus tamèn cultus aut reverentia deferatur vinculis & catenis S. Pauli Apostoli, quantumvis illa per sanctorum Patrum encomia valdè extollantur; Quamnam huius rei causam esse existimas? Cur solis vinculis sancti Petri hæc prærogativa tribuitur? Audite Cardinalem Baronium in Annotationibus ad Martyrologium Romanum: *Ut cuius est in ligandis atque solvendis alienis vinculis potestas præcipua in Ecclesia, eius etiam vincula à cunctis fidelibus in honore habentur*; Idem sensus deduci quoque potest ex verbis, quibus Ecclesia in oratione, quam in hodierna solemnitate legimus, utitur, dum ait: *Deus qui beatum Petrum Apostolum à vinculis absolutum illa sum abire fecisti; nostrorum quas sumus absolvi vincula peccatorum.* Porro certum est, quod ex nobilissimis donis, quibus Salvator noster genus humanum locupletavit, illud præcipuis annu-merari possit, quod sancto Petro supremam illam peccata remittendi potestatem delegarit; Quod immeasum beneficium Concilium hisce verbis graviter ponderavit, dum ait: *Si ea in regeneratis omnibus gratitudo esset erga Deum, ut iustitiam in Baptismo ipsius beneficio & gratia susceptam constanter tuerentur, non fuisset aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem institutum: quoniam autem Deus dives in misericordia, cogno vit figmentum nostrum, illis etiam vita remedium contulit, qui se postea in peccati servitute & Damoni potestatem tradidissent. Sacramentum videlicet poenitentia, quo lapsi per Baptismum beneficium mortis Christi applicatur.*

2. Catenas Ecclesia culpas & peccata nostra catenarum & vinculorum nomine appellare consuevit, unde in oratione quadam, quam frequenter recitat, dicit: *Quos delictorum catena constringit.* Itaque quoque de peccatis loquens, catenarum nomine utitur: *Si tu abstuleris de medio tui catenam*; glossa addit, *catenam peccatorum.* Dionysius Carthusianus ait: *Iniquitatis obligationem, & vitiorum ligaturam.* Hugo Cardinalis dicit: *Consuetudinem peccati, sive colligationem peccatorum, qua Diabolus trahit te ad infernum*;

De medio tui, id est, de corde, ut sanctus Hieronymus glossat. Sanctus Augustinus, qui ut omnibus constat, in annis juvenilibus, in quibus vis abominandis sordibus immeris hærebat, hanc suam miseram servitute in suis Confessionibus hisce verbis nobis describit: *Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me*: tandem verò modum, quo hanc catenam constringentem hostis fabricarat, declarat, dum varios inter se conneatos annulos ita exponit: *Quippe ex voluntate perversa facta est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est neficitas.* Ab oculo qui sine freno vagatur, fit transitus ad complacentiam, à complacentia ad desiderium, ab hoc transcurritur ad consensum, à consensu proceditur ad opus, ab opere ad malam consuetudinem, ab illa ad necessitatem, à necessitate ad peccati exultationem & defensionem; ab hisce ad impenitentiam, & tandem ab impenitentia fit præcipitium in divina misericordiae desperationem, & consequenter in æternam damnationem; hæc catena in Apocalypsi nobis demonstrata fuit, ubi dicitur: *Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua.* Ecce tibi qualiter is, qui claves regni cælorum in manu sancti Petri positas, id est, recursum ad Poenitentia Sacramentum spernit, tandem in claves abyssi incidat, in eandem per iniquitatum suarum catenam pertractus. Porro multa sunt sacræ Scripturæ testimonia, quibus peccata sub vinculorum nomine exprimuntur: *Funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.* Funes peccatorum circumplexi sunt me. Nescio an hætenus differentiam illam notaveritis, quæ intercedit inter modum loquendi, quo Christus hanc peccata remittendi potestatem delegat, & quo Ecclesia utitur in forma absolutionis; & quidem licet loquendi modus varius sit, eundem tamen in substantia effectum significat; *Accipite Spiritum sanctum,* inquit Salvator, *quorum remiseritis peccata remittuntur eis;* ubi peccatorum veniam remissionis nomine exprimit, at vero quibus verbis Petrus hoc Sacramentum ministrari voluit? hisce nimirum, *Absolve te.* Quamnam autem est inter verbum *remitto* & *absolve* differentia? pro intelligentia notandum, quod Petrus magno cum

myste-

Lib. 8. c. 5.

Apoc. 2. 0. 1

Prov. 5. 12.

Pf. 118. 61.

Ioan. 20.

23.

Seff. 14. 5. 1.

Is. 58. 9.

myfterio iisdem verbis uti voluerit, quibus ei hæc fuit concessa potestas, Christus enim *Marc. 16, 19.* *ei dixit: Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis;* peccata enim per fûnes, catenas, & vincula denotantur, & ideo verbum solvere magis proprium est, eò vel maximè quod verbum hoc nomen, quo Christus Petrum honoravit, qui Simon cognominabatur, magis sit conforme, nam ut Albertus Magnus ait: *Petrus interpretatur dissolvens*, qui scilicet omnes culpæ nostrarum catenas dissolvit, *Solve terrarum Petre catenas.* Unde ex quo hæc totius generis humani absolvendi peccata auctoritas à monte Vaticano relucet, hæc ei Isaia verba adaptare possumus: *Præcipit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, præcipit mortem in sempiternum.* Porro Beda in alium nos deducit conceptum, dum ita scribit: *Quid credimus esse culpas nisi rubiginem?* Rubigo, prouti quotidiana nobis experientia demonstrat, ferrum consumit; & tamen hæc est ferrearum catenarum Petri gloria, quod ferrum illarum e contra virtutem habeat consumendi omnium peccatorum totius mundi rubiginem, quod est maximum ab hisce catenis in nos derivatum beneficium. Optarem autem, quòd ex quadam S. Ephremi sententia statim adducenda modum edisceremus, quo nos erga tantum beneficium, quo fruimur, dum à S. Petro à vinculis nostris absolvimur, gratos exhibere, hancque ejus festivitatem digne & cum merito celebrare possemus; Dicit enim sanctus Ephrem: *Celebritas bona, & pulchra, & Domini, Deo grata est pœnitentia cum lachrymis,* quasi diceret: Nihil hodie facere possumus, quod sancto Petro sit gratius, quam si nos ad veram disponamus pœnitentiam, eo vel maximè, quia Deus hodie non sine mysterio sancto Francisco concessit illam adeo insignem indulgentiam plenariam. Valde tritum est illud in speculo exemplorum relatum exemplum, nostro tamen instituto aptissimè accommodatum. Ibi namque refertur, quod dum vir quidam lubricam valdeque licentiosam vitam agens fortè fortuitò Concioni interesset, in qua Prædicator divino instinctu miserabilem ejus statum cognoscens, singulari studio ad id commitebatur, ut vir ille perspicuè agnosceret, peccata esse veluti catenas quasdam, per

quas Diabolus nos in servitutem redactos in infernum proturbat; dumque peccatorum ejus gravitatem, suppliciorumque ei debitorum acerbissimam multas exaggeraret, ipsumque ad Dei misericordiam requirendam impelleret, per Dei gratiam hoc tandem ab eodem peccatore obtinuit, ut compunctus corde amarissimè fletet, & ecce prima lachrymula, quæ in illas catenas dilapsa est, eandem dissolvit, & ad nihilum redegit, ipseque deinceps liber ab eodem remansit. Enimvero sanguineis lachrymis deploranda est illa multorum Christianorum miseria, qui eo impietatis pervenerunt, ut qui hodierna die ad hujus festi honorem à peccatorum vinculis se expedire deberent, per varias occasiones hoc mense per receptam Augustum variis lætitiæ generibus transgendi consuetudinem occurrentes, potius se novis catenarum laqueis irretiant, idque vocant feriari Augustum. Sciendum est autem, quod verbum feriariorum, seu feriari significare ab operibus servilibus abstinentiam, & festi devotam celebrationem, unde qualiter nomen feriariorum interpretandum sit, optimè in lectionibus de sancto Sylvestro exprimitur, ubi dicitur: *Sabbathi & Dominici diei nomine retento, reliquos hebdomada dies feriariorum nomine distinctos, ut jam antea in Ecclesia vocari ceperant, appellari voluit, quo significaretur quotidie Clericos abjectâ caterarum rerum curâ uni Deo prorsus vacare debere.* In hoc verò die sit expeditiorum hominum abusu omnino oppositum, vulgus etenim credit, quod feriari Augustum in hoc sensu intelligendum sit; quod scilicet in eo mense convivis, ebrietatibus, comestationibus, aliisque DEO exosis, secularibus lætitiæ generibus plus solito vacandum sit, ut tanto melius sese arment adversus imminentiæ caloris excessivi solis in Leone ardentis pericula; at verò turpiter decipiuntur; audite enim sancti Petri salutare monitum: *Fratres, inquit, Sobrii estote, & vigilate:* vult igitur Apostolus, ut hoc mense plus solito sobrii simus, & vigilemus, siquidem major pars mortalium, prout ex tumulorum inscriptionibus colligere licet, in hoc mense potius quam in quovis alio vitam suam per mortis periodum claudit; nec tam Leo Zodiaci cœlestis quam Leo infernalis vitæ nostræ infidiatur, *Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuiturans*

1. Pet. 5. 8.

quærens quem devoret, hic enim nos hisce diebus sub calorum canicularium prætextu ab operibus Christianis magis quam unquam revocat, nosque flammis effrenis concupiscentiæ, quam canicula caloribus ardere facit; Enimvero vultisne optimum Augustum bene aut cum fructu spiritali feriandi modum ediscere? audite id, quod in beati Stanislai Religiosi Societate Jesu vita conscribitur: cum enim eo tempore quo hic Romæ morabatur Pater Canisus ex eadem Religione sanctitate vitæ & literarum præstantia excellens & prædicator insignis ex Germania ibidem appulisset, ut cum summo Pontifice Pio Quinto de quibusdam maximi momenti negotiis fidem concorrentibus conferret, rogatus ut discursum quandam spirituales coram novitiis hodiernæ die enuntiaret, usus est hoc communi verbo, *ferrare Agosto*, id est, feriari Augustum, & clarè demonstravit verbum illud minime intelligendum esse juxta sensum imprudens, id est, non convenire ut hujus mensis principium & continuationem, manducando, bibendo, ludendo, aliaque similia profana gaudia instituendo, transigamus, nosque ad verius mala, quæ hoc potissimum tempus secum adferre solet, communitamus, sed ad bene feriandum non solum hunc mensis, sed & omnes alios optimum medium futurum esse, si nobis hunc mensis ultimum fortè vitæ nostræ mensis faturum esse persuadeamus, & hac consideratione mediante conscientie rationes cum Deo instituiamus, haud secus ac si ulterius victuri non essemus, feriemur & celebremus hoc catenarum Petri ferum in virtute illarum nostras rumpendo & solvendo peccatorum catenas, si mensis hunc bene feriari velimus.

3. Verum enimvero aliud quoddam mysterium esse credō, cur hæc catenarum vincula Petri hodie disrupta celebrentur & honorentur, nimirum quia hic Romæ, & consequenter per universam terram rumpit & dissolvit sacrilegæ servitutis catenas, quibus idololatria universum mundum, Romam verò præcipuè, vinciam tenebat, siquidem hæc omnium aliarum nationum indignis vinculis adstringebatur: Cum penè omnibus dominaretur gentibus (inquit sanctus Leo) omnium gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse Religionem, Mansi Sanctuarij, Tom. III.

Ser. in nat.
Apost. Pe-
tri & c.

quia magnam respuebat falsitatem; Hæc vero catenas Petrus generèserupit, unde quanto erat per Diabolum tenacius illigata, tanto per Christum est mirabiliter absoluta, certum verò est, Christum hac in re Petri opera usum fuisse, qui Romam Christianam reddens, Romanorum fidem per omnia regna extendit, nam qua usquam civitas ignoraret, quod Roma didicisset? Et quidem Petrum non solum iniquitatis catenas disruptisse, verum etiam falsa quævis simulachra demolitum fuisse, ex eo velut evidenti ligno cognosci potest, quod eadem veneratio, quæ olim Marti aliisque prophanis nominibus attribuitur, hodie Petri vinculis honorandis adhibeatur. Porro quod Sapiens hisce verbis dicit: *Vnâ catenâ tenebrarum omnes erant colligati*, non solum de peccatis, quæ sunt opera tenebrarum, intelligi potest, verum etiam de ignorantia & cecitate, ac infidelitate, hanc autem catenam DEUS Petri operâ rupit, ipsamque Romam in libertatem asseruit, unde dicere potest: *Confregi catenas cervicium vestrarum*, alludendo ad populum Israëliticum ab Ægyptia & Pharaonica servitute liberatum. Verum enimverò, non solum Petrus hæc tam indigna & impiæ servitutis diabolicas catenas confregit & disruptit, verum etiam populum Romanum, cunctasque alias totius mundi nationes divinæ legis catenis & vinculis adstrinxit, unde Dionysius Carthusianus in quodam sermone de hoc testis ait: *Sunt vincula præceptorum, quibus rebelles nolunt ligari, ut à vitis retrahi juxta illud, quod scriptum est in eorum persona, Dirumpamus vincula eorum*; non verò sic in proposito nostro accidit, sancta enim DEI Ecclesia in hujus veritatis confirmationem sapienter disposuit, ut per totius anni decursum nos suavi Legis Evangelicæ & Christianæ catena duorum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli opera adstrictos esse consiteamur hisce verbis: *Petrus Apostolus & Paulus Doctor gentium, ipsi nos decuerunt legem tuam Domine*. Per horum igitur amborum Apostolorum merita beatam à DEO æternitatem postulamus, dicentes: *Concede ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur*, nam vincula illius illigatura salutis, nimirum ut Hugo Cardinalis glossando explicat, quia contrahunt à peccato, & ducunt ad vitam æternam.

Sap. 17. 19.

Levit. 26.

19.

Ser. 4. de
S. Petro ad
Vinc.

Ezech. 6.

31.

N

De

De catenis interioribus & spiritualibus, quibus Petrus ad-
strictus non timebat carcerem.

DISCURSUS QVARTVS.

Erat Petrus dormiens vincētus catenis.

Act. Apost. cap. 12.

Hæ ex sancto Luca addu-
cta Thematis verba duo
nobis ministrant vehemē-
tis admirationis motiva.
Primum est, quod S. Petrus
ab Herode implacabili
Christiani nominis inimi-
co vincētus & mortis iudicatus, atque sequenti
die Judaicæ perfidiæ spectaculum non solum fune-
stem, sed & gratum ac ceptumque futurus, sua-
viter nihilominus placideque dormierit. Secun-
dum est, quod S. Petrus, qui vir erat ob senectu-
tem non admodum vegetus & vigorosus, quin
potius per continua jejunia extenuatus, & pa-
tiendi pro Christo cupidissimus, atque à multis
vigilantibus armatisque militibus, in inaccessibi-
li quodam carcere custoditus, ab Evangelista ni-
hilominus catenis constrictus fuisse dicatur, *vin-
ctus catenis*. Porro relicto sensu literali in hoc
discursu in id connitatur, ut veluti manu tangi pos-
sit verum esse, quod catenæ S. Petri, quæ ipsum
maximè stringebant non fuerint ferreæ illæ quæ
corpus ligabant, sed potius catenæ interiores,
quibus anima & cor eius vinciebatur. B. Laurentius
Justinianus de vinculis, quibus Redemptor
noster columnæ adstrictus fuit, scribens, ita ait.

De Ligno O charitas quam magnus est vinculum tuum,
vita cap. 4 quo Deus ligari potuit nullum vinculum filium
Dei ad columnam tenere potuisset, si charitatis
vinculum defuisset. Hæ charitatis catenæ, qui-
bus S. Petrus in carcere Herodis detinebatur,
in cœlesti officina ab ardentissimis Seraphinis
utique fabricatæ fuerunt, neque enim omnes ty-
rannorum catenæ ipsum unquam stringere,
aut in Herodis carcere tenere potuissent, nisi
prius ex ardentissima charitatis motivo Sal-

vatoris sui servus fuisset. Albertus Magnus in
sermone de hodierno Festo verba illa, quibus
Petrus magistro suo respondit: *Quo ibimus, ver-
ba vita æterna habes*, apud se recogitans, illa
hunc sensum habere dicit, quasi diceret: *Anima
mea & cor meum sic alligata sunt tibi per dile-
ctionem, quod non possunt à te aliquatenus se-
parari*. De S. Benedicto scribitur, quod cum de
Monacho quodam, cui nomen Martinus sive
Martius erat, dici audisset, ipsum in antro quo-
dam ad rupem ferrea catena ligatum stare, hæc
ei verba nuntiavit: *Si servus Dei es, non teneat
te catena ferri, sed catena Christi*, qui verbis
illis obediens magis, salutari catena deinceps
animam suam vinxit, quæ non erat ferrea, quali
corpus stringebatur. Sanctus Hieronymus ad
Fabiolam scribens, explicat, ex quo metallo
sive materia vincula illa fiant, quæ servos
DEI ligant, dum ait: *Vincula Domini volun-
taria sunt, & vertuntur in amplexus, quique
his fuerit colligatus dicit, larva illius sub capita
meo, & dextera illius amplexabitur me*. Ec-
quid autem majus lumen sive cognitionem
habuit in discernendis hisce Christi vincu-
lis sancto Petro, qui in ferendis pro amore Chri-
sti passionibus & tormentis adeo ferventer
ardebat? apostolus ait, *Super omnia autem* *Colos. 3. 14.*
*hæc charitatem habete, quod est vinculum per-
fectionis*. Ubi Hugo Cardinalis ait: *Cetera
perfectum faciunt, charitas autem omnia ligat,
ne abeat, vel vinculum dicitur, quia perfectè
ligat maximè unit sive conjungit DEO*. Poterit
tamen Petro illa verba Psalmi applicari possunt,
Qui educit vincos in fortitudine, cujus ratio
est, quam tradit sanctus Augustinus in eundem
Psalmum scribens; dum ait: *Solvit enim*
gravia

In Ps. 67.

gravia vincula peccatorum, quasi diceret : Stomnum alioquin catenas rumpendi & dissolvendi potestatem habet, juxta illud : *Solve ferrarium Petre catenas*, cur non melius Samfone potestatem habebit frangendi & rumpendi omne ferrum quo in carcere vincus erat? ipse quondam delinquentes unico verbo prolato in terram mortuos concidere fecit, prout Anania & Saphyra accidit, vocis suæ imperio defunctos revocabat ad vitam ; innumeros corporis sui umbra sanabat infirmos, ad cœlum aperiendum cœli claves in suo habebat arbitrio politas, & qui hæc omnia tanta cum facultate præstitit, credendus est habere claves, id est, facultatem carceris effringendi? Chrylostomus de sancto Paulo ejusque sodalibus captivis ita scribit: *Cœlos aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperiendi non essent? qui solvunt à demonibus ligatos istos ferrea fuerat desentura catena?* id quod longè meliori jure de Petro affirmari potest, utpote cui soli à Christo dictum fuit : *Tibi dabo claves regni cœlorum, quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Rupertus Abbas Abrahamum filium suum Isaac super quandam lignorum fasciculum alligantem considerans ait : *Colligavit plane non imbecillitatis vinculo, sed magna charitatis imperio.* In Ecclesiastico exhortatio quædam us, qui pigri & desidiosi, & in divinatorum præceptorum adimplectione frigidi sunt, pauculis hæc verbis proponitur: *Ne accideris vinculis ejus, quæ verba Hugo Cardinalis ita exponit, ut sensus sit: Ne graviter & radiosè feras, sed cum hilaritate imple præcepta Sapientia; dicitur autem acedia ab aceto, acies, unde homo acidus, id est, sine igne charitatis.* Nequam in dubium revocari potest, quin Petrus ob hunc patiendi amorem & desiderium ardentissimus & quasi totus igneus fuerit, quia tamen esset somnolentus, imo de facto gravi somno sepultus, hoc tamen ab amoris fervore derivabatur, siquidem ex hoc ejus somno facile in notitiam jubilis & gaudii venire possumus, quocum sequenti diluculo ad martyrium properaturus erat, unde in ipso laus illa, quam sanctus Hilarius servis Dei dedit, perfectè verificatur, dicit enim : *Iusti viri nunquam dulcius requiescunt, quam cum laboribus fatigan-*

tur. Sanctus Augustinus eorum qui libenter pro Christo patiuntur, maximè in vinculis & compedibus merita mirè exultat, hancque ad propositum nostrum edidit pulcherrimam sententiam: *Ferrea vincula sunt, quamdiu sistent; ament, & aurea erunt.* Porro hæc catenæ sancto Petro non ex ponderoso ferro, sed ex auro purissimo fabricatæ esse videbantur, quia amoris catenæ erant, qui in ejus corde flagrabat; Etenim si in ejus arbitrio stetit, pedem suum nunquam ex illo carcere exulisset, nisi ut properaret ad martyrium; veruntamen DEO obedire oportuit, & ideo ne recalcitraret contra illud quod divinâ dispositione mediante operabatur Angelus, voluit ut hæc ejus liberatio sibi somnium quoddam esse videretur, donec ex toto ab illo carcere liber & procul remotus esset, sine ulla spe amplius eo redeundi, unde Angelus sem potius DEUS cœlesti hoc nuntio mediante sancto quodam usû est stratagemate : *Existimabat se visum videre;* insuper ut eum perfecte excitaret, opus fuit, ut valido ictu latus ejus percuteretur: *Percusso latere Petri excitavit eum;* ad hæc ab illis carceris arctis compedibus expressum Angelicæ potestatis præceptum egressus est, siquidem Angelus per modum imperativum ei dixit, *Surge, praecege, & calcea te; circumda tibi vestimentum tuum, sequere me;* præterea quia probè sciebat, quanto cum desiderio compedes, manicas, catenas, carceres, mortem denique ipsam concupisceret, noluit DEUS, ut Angelus eum de sua liberatione certiorum redderet : *Es nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum.* Sanctus Bernardus in quodam sermone de triplici coherentia docet, tria præcipuè vincula esse, quæ arctè nos cum DEO adstringunt, quorum primum sunt beneficentia, unde in Osea dicitur : *In funiculo Adam trahameos,* id est, ut Lyranus ait, in beneficiis exhibitis; secundum genus vinculorum est divinatorum timor suppliciorum, hæc tamen ambo vincula facile rumpuntur, inquit Sanctus, solo excepto tertio vinculo, nimirum vinculo amoris, ac proinde Apostolus gloriabatur, dicens : *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? certus sum quia neque mors neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque vir-*

in Pf 49.

Rom. 8. 35.

tutes, neque infantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poteris nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu. Potuit quidem Angelus ille Petrum separare & dividere à compedibus & catenis ferreis, ipsumque ab Herodis ira subtrahere, at vero hac charitatis catena ipsum privare non potuit. *Charitas quod est vinculum perfectionis*; si quidem post sui è carcere liberationem magis quam unquam in vita sua pati & mori pro Christo desideravit. S. Lucas Petrum excellentius honorare nescivit, quam eum nobis catenis omnium repræsentando. *Petrus & natus*. Chrysostomus quoque Epistolæ quam S. Paulus ad Philemonem misit: superscriptionem considerat, in qua dicit, *Paulus vinculus Iesu Christi*, creditque nomen hoc *vinctus* artificiosè, & ex industria positum fuisse, ad magis exprimendam dignitatis oju: magnificentiam, ad eum modum, quo Reges se subscribere solent per excellentiores regnorum suorum titulos, eodem quoque modo S. Paulus se vinctum vocavit, utpote qui magis de catenis suis gloriatur, quam quod in tertium usque cælum, & ad cælestium secretorum participationem raptus fuisset, eodem quoque modo existimo, sanctum Petrum majoris assimilasse catenas, quam regni cælorum claves: *Nihil horum posuit*, inquit Chrysostomus *sed pro omnibus catenam, hæc enim magis illustrem reddebat & splendidum*.

2. Erat Petrus dormiens vinctus. Quamnam putatis esse catenas, quæ tenaciter non tam corpus quam animam stringendo, illamque inferni mancipium reddendo gravius ponderant? Audite, hæc catenæ peccata nostra sunt, culpæ sunt, inordinati affectus nostri sunt. Dionysius Carthusianus ait: *Alia sunt vincula terrena cupiditatis, carnalis voluptatis, mundani honoris, à quibus Petrus liberatum se gloriatus dixit Christo: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; Porro Petrus nihil eorum quæ in hoc mundo sunt, desiderabat, præterquam lucrum animarum, si dei que & religionis Christianæ propagationem, adeoque vinculis illis ligatus non erat, quæ ut sanctus Nilus scribit, multi vehementer diligunt, & illibenter deserunt: Qui in mundo cupiditatibus indulget, difficile potest se peccatis laqueis explicare, præc enim cupiuitates catena sunt insolubiles. Idem quasi Innocentius III. quoque dixit, dum ait: *Duæ catenæ sunt cupiditas & concupiscentia, una men-**

*is, altera carnis, certum autem est, sanctum Apostolum ab hisce catenis exemptum fuisse, ac proinde imperturbabilem quandam quietem in se esse probabat: Erat Petrus dormiens; sed vinctus, audite verò, à quibus catenis vinctus fuerit, nimirum exacta divinæ legis observantiâ, quæ ipsum faciebat, frui quiete & pace internâ: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. De hac catena Spiritum sanctum iocutum fuisse existimo, quando veræ disciplinæ & sapientiæ mentionem faciens ita nos monuit: *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torque illius collum tuum, subijce humerum tuum, & porta illam; & ne accedieris in vinculis ejus. Verùm inquit tortassis, num forte ii, qui compedibus hisce pedes, & catenæ huic collum suum ultro ingerunt, suâ libertate destituunt? Minimè gentium, Audite enim S. Davidem dicentem: O Domine quia ego servus tuus, filius ancilla tua, Ecce qualiter se servum & mancipium Dei, ex quadam ejus ancillæ natum esse profiteatur; imò binis vicibus replicat: *Ego servus tuus*. Veruntamen insuper observandum, quod per illam servitutem veram sibi filiorum Dei libertatem comparavit; mox enim subjungit: *Dirupisti vincula mea*. S. Gregorius in Psal. penitentialem scribens, dum illa verba: *Vt audiret gemitus compeditorum*, glossa sua illustrat, ita scribit: *Sancti viri non incongruè compediti dicuntur, quia ligati vinculis disciplina Dei, nequaquam ad ea quæ exteriora sunt, vagantur. & quasi gressum operis immobiliter figunt, dum à conditoris desiderio nusquam descendunt. De his namque compedibus scriptum est: *Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum*. Collum fides est; per quam DEO fidelis quisque conjungitur, & quasi per collum capiti suo Christo Ecclesiæque est ejus corpus unitur.***

3. Erat Petrus dormiens vinctus catenis. Sanctus Petrus inter catenas suaviter dormiebat, dulciterque quiescens hærebat inter supplicia, quia catenæ ferreæ manus ejus stringebant & onerabant; unde sanctus Lucas dicit: *Ceciderunt catena de manibus ejus*; hæc autem somni dulcis quies inter catenas inde oriebat, quia videlicet in iisdem manibus cæli claves pariter positæ erant: *Tibi dabo claves regni cælorum*; date mihi obsecro animam, quæ mentis suæ oculum in præmium æternum, & beatitudinis afflictionem dehumteneat, moxque in ea verum esse patebit, quod

Advers.
vitæ vitæ
Monast.

Rom. 16.
ad pop.

Ser. 4. de
S. Petro
ad Vinc.

Insb. ad
Monachos

Ser. de S.
Petro ad
Vincula.

Psal. 118.
165.

Ecl. 6. 25.

Pf. 115. 16.

nullum

Eccl. 6 31. nullum sit adeo acerbum tormentum, quod non alacriter pro Christo sustineat. Unde Tertullianus ait: *Nil crux sentit in nerva, dum animus est in caelo; erat Petrus dormiens, vincula illius alligatura salutaris; Vatablus legit: Hyacintho texta vincula.* Color autem hyacinthinus caelestis est, ad denotandum, quod catenae aureae sint, & collo ultero citroque ingeruntur, tamen etiam ex chalybe & ferro fabricatae essent, quando harum virtute & merito speratur caelum. S. Sanctus Cyprianus ait: *O pedes feliciter vinciti qui itinere salutari ad Christum diriguntur! o pedes ad praesens in saculo ligati, ut sint semper in caelo apud DEVM liberi.* Idemmet sanctus intrepidum Celerini Martyris animum hisce verbis admiratur: *In nervo ac ferro fuit, sed posito in vinculis corpore solutus ac liber spiritus mansit.* Corpore quidem tenus sanctus Petrus ligatus erat, liber vero in spiritu. Contra vero Tertullianus de mundi catenis dicit: *Graviores ca-*

tenas induit mundus (id quod ob martyrum consolationem dicit) quae ipsas animas hominum constringunt, corpus enim & animam pariter illaqueant, ut supra tetigimus; non vero sic carenae eorum, quae pro DEO tormenta sustinent. Habet vincula sua (inquit de Tyrannorum impietate) sed vos soluti DEI estis. Marcus Eremita propositionem quandam enuntiasse legitur, quam praesentem, quam tractamus, materiae perfacile potest accommodari; nimirum: *Cor voluptatis amans carcer & catena est anima in tempore egressiois;* id est, in articulo mortis, haec enim us amara esse videretur, qui in hac vita gaudent, & delitiantur: *o mors! quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis; at idem laboris studio janua est aperta.* Cor enim quod passionibus & laboribus te pro DEO voluntarie subicit, portam caeli patulam omnino esse invenit.

De lege spir. c. 17.

Eccl. 41. 2.

S. Petrus incarceratus, animae in peccato existentis figura fuit, cui coelestia sunt subministrata auxilia, quibus mediantibus à peccato resurgat; id quod per hujus Festi Epistolam clarè demonstratur.

DISCURSUS QUINTVS.

Quem cum apprehendisset, misit in carcerem.

Act. Apost. cap. 12.

SANCTUS Vincentius Ferrerius in quodam sermone de hodierno festo in ea est opinione, quod sanctus Petrus carcere inter omnes & catenas reclusus, animam in peccato existentem praefigurat, & consequenter eius liberatio, statum illum denotet, ad quem gratia DEI mediante per poenitentiam reducitur. Hujus quoque opinionis multos alios sacros hujus textus

Actuum Apostolicorum interpretes fuisse invenimus.

2. *Quem cum apprehendisset, misit in carcerem.* Mox ut Infernalis Herodes animam quandam in peccatum aliquod miserè labi fecit, eandem libertate suà privare nititur; ac proinde jure de se S. Augustinus lamentatur, dicens: *Velle meum tenebat inimicus.* Et S. Vincentius Ferrerius ait: *Carcer significat statum peccati mortalis;* & protinus rationem subjungit; cum enim carcer communiter

Lib. 2. conf. c. 5.

tenebrosius existat, in hac obscuritate superbiam significat, quæ ex defectu luminis & agnitionis miseræ nostræ procedit; est quoque carcer subterraneus, & in hoc avaritiam, quæ dedita est & affixa bonis terrenis, Est foetens, & in hoc foetore luxuriam significat, Est solitarius, & in hoc nobis invidium præfiguratur, qui in bonorum fruitione & possessione semper cuperet esse solus; est humidus, & hac humiditate sua alludit ad gulam; habet suum quoque in carcere locum desperatio & otium, è quibus hoc accedit, illa verò iræ symbolum existit. Unde Hugo Cardinalis ait: *Carcer peccatum vel mala conscientia.* Porro si examinare velimus qualis carcer ille fuerit, in quem sanctus Apostolus detrusus fuit, illud confestim verum esse comperimus, quod asserit sanctus Vincentius, qui ad sordidam animæ cujusdam peccatis immerisæ statum alludebat. Adricomus carcerem hunc illum fuisse dicit, qui Betiso nominabatur, eratque domus Pilati vicinus. Lorianus qui Adricomii opinionem refert, Ethymologiam quoque nominis illius exprimit, quasi dicas domum sordidam, ejectionis, stercoreis. Alii carcerem hunc illum esse dixerunt, cujus fit mentio in Evangelio: *Mittite eum in tenebras exteriores;* ideoque & in hoc miserabilem peccatoris alicujus statum facile agnoscere possumus, de quibus Psalmista ait: *Sedentes in tenebris & umbra mortis, vincos in mendicitate & ferro.* Innocentius III ait: *Carcer est prava consuetudo; ostium per quod intratur in carcerem; est opus per quod intratur ad consuetudinem; ostium ergo carceris custoditur, quando peccatum consuetudinis frequentatur*

3. Tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. Ubi idem Pontifex ait: *Illi qui custodiunt carcerem ante ostium, sunt libertas peccandi & voluptas peccati; nihil enim magis fovet consuetudinem pravam, quam delectatio culpa & impunitas pœna.* Syriaca legit: *Tradidit sexdecim militibus custodiendum, ubi Oecumenius ita scribit: Fortasse ut singulis noctis vigiliis, hoc est, ternis in aequalibus horis quatuor advigilarent custodes.* Num scete quinam hi custodes sint, scire desideratis, qui suum à peccatore observando oculos nunquam avertunt? Hugo Cardinalis ait: *Quaterniones anima affectiones sunt;* etenim passionibus & inordinati appetitus nostri diu notuque in vigilia pariter & in somno lateri

nostro indivisibiliter semper adsunt; & fortasse hoc est, quod Spiritus sanctus de carnali quodam homine loquens dicere voluit, dum ait: *Cuncta cogitatio cordis intenta ad malum Gen. 6. 5. omni tempore.*

4. In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites. Porro per noctem culpa intelligitur: *Eratis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. Abijcimus opera tenebrarum,* id est, peccata, *Erat Petrus dormiens,* quia peccator in lecto sensualitatis, inter deliciarum plumas quiescens, totus deditus est lethargo vitiorum. Unde Apostolus illum ab hoc profundo hinc verbis excitat, dicens: *Hora est jam nos de somno surgere; nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus,* quia ut certus quidam expositor notat: *Vides hic Deum etiam nostri causa sollicitum esse, nostri que curam gerere etiam cum dormimus,* etenim nos per gratiam suam excitantem excitat *Dormiens,* quia in quiete voluptatibus suis vacat, nullum habens Divinæ justitiæ timorem, *Inter duos milites,* qui ut Hugo Cardinalis notat, sunt *Caro & mundus,* quia in horum duorum medio obdormiscit, nullatenus se aliquando ad infernalium pœnarum atrocitatem condemnandum, suamque vitam ad diem sequentem extensurum esse minime considerans. Sanctus Vincentius Ferrerius ait: *Petrus dormiens significat peccatorem, in carcere peccati dormientem inter duos milites, scilicet Angelum bonum & Angelum malum;* quorum hic ut malæ consuetudinis periculosum somnum continuemus, persuadet, alter vero ad nos excitandum operam suam adhibet.

5. Vincos catenis duabus. Hugo Cardinalis inquit: *Dua catena sunt commissio & omisio, Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Supra in discessu præcedenti vidimus, quales sint catenæ, quæ animam nostram ancillam & mancipium esse faciunt. S. Vincentius ad illa verba: *Catenis duabus,* dicit: *Prima est consuetudo, secunda mala societas, O quot sunt vincos istius duabus catenis!*

6. Custodes ante ostium custodiebant carcerem, Hugo Cardinalis per hos Custodes Dæmones intelligit, qui ad portam custodiunt & malæ conscientie hominis impii advigilant, ut nullam in hac vita bonæ & sanctæ inspirationes DEÏ loquum vel aditum habeant. *Custodes*

In Theof.
serrâ san-
ctâ.

Sanctus
in Act.
Apost.
Matth 22
13.
Ps. 106.

Serm. de
S Petro ad
Vincula.

Eph 5. 8.
Rom. 13.
12.

Rom 11 II
Ioan. Fe-
rus in Act
Ap.

Prov. 5.
22.

ffodes Damones, ostium carceris, id est, conscientia, ne quis consecratur, & sic solvatur; omnem quoad possunt, movent lapidem, ut peccatori à peccatorum confessione miram ingerere possit averfionem; vel ut quando nobis ad hoc Sacramentum recurrere propofuimus, interponat obflacuta, ob quæ ex una die in aliam differatur confessio, vel etiam ut efficiat, quatenus peccata nostra in confessione excusetur, quæ lycerè acufari debebant.

7. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo. Sanctus Vincentius Ferrerius ait: Primus Angelus illuminavit carcerem, peccator enim non cognoscit pericula, nec peccata, in quibus stat, & qua amisit. Etenim lumen illud divina gratia nobis porrigit, pro quo proinde obtinendo Psalmista affectuofas ad DEUM preces effudit, dum ita ait: *lucumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus; prævalui adversus eum. Ecce Angelus Domini. Venifimile est, quod Angelus noster cultos omnibus modis adlaboret, ut non faciat infelicem culpæ statum agnoscere, divinisque inspirationibus simul responderet. Quando Paulus qui antea Saulus & Christi persecutor fuerat, factus est Apostolus, circumfusit eum lux de celo. Similiter mulier quæ erat in civitate peccatrix, eminentem tibi sanctitatem subito comparavit, postquam cognovit. Enimvero ut anima quidam in peccati tenebris sepulta à peccato relurgat, opus est, quod lumen resurgat in habitaculo. Magnus ille spiritualis vitæ Magister Granatenfis similitudine quadam utitur delumptâ ab aliquo, qui nocturno tempore antrum quoddam ingressus, ut sopore membra defessa reticiat, matutino verò tempore luce exoriente, se in medio viperarum, alpidum, bufonum aliorumque venenosorum animalium consiturum esse cernit, quam sic subito, ad se ab hoc ingenti periculo expediendum à tali turgio recessurus esset, absque eo quod de redeundo ad eundem locum quidquam cogitaret; quæ similitudo facillimo negotio in anima quadam exemplificari potest, quæ in peccatis est constituta, quando interea vera quadam illustratione interius illuminatur. Hugo Cardinalis ait: *Lumen refulget per peccati recordationem.**

8. Percussioque latere Petri excitavit eum.

Beda à Glossa citatus ait: *Percussio lateris commemoratio est Passionis Christi, de cuius latere salus nostra profluxit. Innocentius III. ait: Percussio lateris Petri lancea charitatis. Sanctus Vincentius Ferrerius ait: Dat Deus cordis compunctionem & commotionem. Idem quoque Hugo Cardinalis dicit: Excitator percussus per contritionem. Etenim quis adeo obtinatus esse poterit, qui peccatum suum non deficiat; si filium DEI pro illius expiatione non lachrymas sed univertum sanguinem suum effudisse consideret? latus quoque impij percutere dicitur, quando ei tribulationes, adversitates, paupertatem, ignominiam, carceres, lethiferam infirmitatem immittit. Unde prius Saulum ex equo in terram prostravit, quam illum à perversa secta sua resurgere faceret. Similiter ille, quem in te sentis, conscientia suæ remorsum, animam tuam continuo corrodens, illud famam & reputationem contaminandi discrimen, & similes alii quinobis eventualiter accidunt graves motus & impulsus: à profundo nos habituatorum peccatorum nostrorum somno nos excitant.*

9. Surge S. Vincentius ait: *Petrus erexit se; Ecce propofitum non redeundi ad peccatum; etenim necessum nobis ut è luto peccati, in quod turpiter prolapsi fueramus, nos erigamus, abeundum nobis est ab illo loco, in quo frequentes lapsus nobis accidisse experimus, neque frequentanda nobis deinceps est domus & societas illa, per quam ad peccandum te ducta sumus. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.*

10. Surge velociter. Quia similiter & ab Herode circa te positi custodes, te à carcere fugere velle, vel piorum virorum salutibus consiliis autem præbere animadverterint, suum à te tuisque conatibus oculum nunquam avertent. Sanctus Paulus voci & voluntati divinæ, eodem quo illum audiit tempore protinus respondit, dicens: *Domine quid me vis facere.*

11. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. S. Vincentius Ferrerius ait: *Ecce confessio, quot peccata mortalia habet homo. tot catenæ est ligatus; & quando homo confitetur, & confessor elevans manus dicit: Ego te absolvo, omnes rumpuntur; cadunt catenæ (inquit Hugo Cardinalis) per satisfactionem. Catenæ tunc*

Ps. 124.

Eph. 5. 14.

Act. Apost. 9. 6.

rumpuntur, & totaliter evanescunt, quando impostæ à Confessario pœnitentiæ satisfactio adimpletur, per famæ seu fortunæ ablatæ aut diminutæ restitutionem, omniumque aliarum obligationem perfectam adimpletionem.

12. *Pracingere, & calcea te caligas, & fecit sic.* Nanquid igitur calcei Petri tanti valoris erant, ut proinde in carcere relinquere non debuerint, etiam quando festinare oportebat? non quidem ideo sanctus Petrus iussus est calceos suos induere, sed per hoc magnus ille consilii Angelus quoddam magni momenti documentum nobis persuadere voluit, videlicet, quod ad hoc ut peccator extra omne sit periculum ad præcedentis culpæ carcerem denuo redeundi, curare debeat, ut calceos suos temper secum & in pedibus habeat, id est, mortis memoria gressus suos dirigat, calcei enim ex mortuorum animalium pellibus solent fieri. Fuitque hoc præservativum quoddam, quod Deus noster ab ipso mundi exordio primis nostris Parentibus dedit, ne enim in culpas alias denuo reinciderent, animalium pellibus ipsos vestire voluit. *Induit nosunicas pelliceas.* Præterea quando Petrus calceos, vestes, & omnia ipsum spectantia tecum sumere iussit, per hoc peccatorem vere pœnitentem monere voluit, tunc ipsum spem habere posse, quod peccati cercerem ita sit egressus, ut ad illum nunquam sit reversurus, quando omnem de reditu cogitandi occasionem & stimulum, quales sunt veræ amasiarum effigies, literæ & libri amatorum, munuscula & quæcumque alia quæ timentum & incentivum peccandi esse possunt, è medio sustulerit & planè removerit. Sanctus Vincentius per calceorum indumentum restitutionem intelligit à peccatore faciendam. *Hic ostendit restitutionem.* Et ratio est, quia quando Confessarius pœnitenti injungit, ut rei alienæ restitutionem faciat, ille autem excusare se incipit, dicendo, se multas quotidie facere debere profamilie sustentatione expensas, quæ proinde restitutionem secum non compatiantur, aut verò quod status in quo vivit, id ei minimè permittat; tunc Confessarius ei præcipere debet, ut se non nihil restringat, expensas diminuat, suumque statum mediocritate aliqua temperet, ut non ex alienis bonis, sed ex propriis illum gerere & ducere possit. *Pracingere te non faciendo vanitates de bonis*

alterius. Innocentius III. aliam quandam interpretationem adducit, dicens, *Pracingere & calcea te caligas tuas, non sufficit nobis malum dimittere, nisi bonum etiam faciamus, propter quod dicitur: Diverte à malo & fac bonum.* At verò sæpè citatus S. Vincentius super illa verba; *Calcea te* ait; *Ecce hic remissio injuriarum; calceati sunt pœnitentes in dextero pede per amorem Dei in sinistro per timorem inferni; state ergo calceati in preparatione Evangelij pacis.*

13. *Circumda tibi vestimentum tuum.* Post illatam peccati mortem & vitiorum habitus totaliter sublato, virtutibus quoque vestimenti sumus Christianis; *Induimini Dominum Iesum Christum* Hugo Cardinalis ait; *Vestimentum est honesta conversatio, quod idem est cum eo, quod ait S. Vincentius.*

14. *Sequere me,* inquit ad eum Angelus Etenim strenuè sequi & adimplere debemus Angeli custodis nostri consilia & dictamina: *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum, quem præparavi, observa eum, & audi vocem ejus; Et sequere me,* quod idem est, ac si diceret, ambula, vel curre post me; Angeli enim in cursu suo veloces, agiles, & expediti esse noscuntur; unde alati depingi solent; & per hoc denotatur ardens fervor, quo ad servitium divinum nos post peccati remissionem accingere debemus: recompenfando tempus, in lectio malæ consuetudinis deperditum. *Exiens sequebatur eum,* quando nimirum carcerem peccati egressus fuerat, atque extra omnem occasionem peccandi, & recidivæ periculum constitutus erat. S. Vincentius per illud sequere me ad quod Angelus Petrus hortatur, intelligit Sacramenti Eucharistiæ frequentiam, cui peccator post peccatum remissum operam dare debet, per Angelos, enim sacerdotes interpretatur Sacramentum illud ministrantes.

15. *Et nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelum.* Circa quæ verba commentator quidam ita scribit: *Sic qui divina circa se beneficia recogitat, præ admiratione vix scit ubi sit,* neque enim homo per omnium aternitatem divinæ pietatis & providentiæ periodos quibus ad salutem nostram promovendam utitur, satis obtulescere valet, idque tum præcipuè quando redemptorem, Salvatorem, & benefactorem nostrum mortaliter offendendo

Rom. 13.

14.

Exod. 23.

20.

Io. Ferrens

do armatâ quasi manu invadimus, & tamen ipse de nobis eodem tempore ab inferno liberandis est sollicitus. Existimabat se visum videre; quia ut Innocentius III. ait: *Quidquid in tempore agitur, vanitas est, non veritas respectu aternitatis; non status, sed somnus.*

16. *Transseuntes autem primam & secundam custodiam venerunt ad portam ferream, qua ducit ad civitatem, qua ultra aperta est eis; ubi idemmet Pontifex ait: Faciebat illum transire primam & secundam custodiam hoc est praeferre voluntatem peccati, & libertatem peccandi, quibus peccator in prava consuetudine custoditur.* Hugo Cardinalis circa haec duas custodum turmas aliam quandam glossam instituit dicens: *Prima & secunda custodia, mundus & caro, quibus contemptis porta ferrea, id est, propria voluntas superest; quia postquam mundo terga vertimus, & carnis voluptates contempnimus, superest ut portam quoque ferream exitum à peccato impediendam removeamus, id est, propriam voluntatem nostram domemus & supprimamus; quòdli autem id ipsum viribus nostris assequi non valeamus, postquam fecimus quod possumus, scire debemus quòd Deus noster facienti quod in se est non denegat gratiam. Ultra aperta est eis; gratia enim viam complanat, quantumvis illa tortuola & impedita sit; unde Hugo Card. ait: *Facile aperitur per gratiam, hac enim ducit ad supernam civitatem.**

17. *Et exeuntes processerunt vicum unum, & continuo discessit Angelus ab eo.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Vicus unus status perfectionis, tunc disparet Angelus ad literam, quia tunc non est necessarius; constitutus enim in via perfectionis duce opus non est, quia viam rectam perambulant.*

18. *Et Petrus ad se reverfus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudaorum.* In his quoque verbis utilissimum nobis exponitur documentum; nam ut idem Hugo ait: *Ad se reverfus; quia quamdiu homo est in statu vitae carnalis, extra se est, &*

nescit quid circa se geritur, sed cum processerit vicum unum (id est, ubi ingressus fuerit viam, quae illuminativa nominatur) tunc ad se redit cognoscens, & periculum in quo fuit, & securitatem ad quam venit. Legatus obsecro confessiones à S. Augustino post suam conversionem compositas, & clarè videbitis quantum peccata deteleter, quae quàm essent in conspectu Dei gravia & ponderosa, quamdiu in statu vitae licentiosè hærebat, cognoscere nequaquam poterat; sicut enim prima præda, quam Antiochus è templo Jerolymitano sustulit, magnum illud candelabrum aureum fuit, ita demon mysticum animæ nostræ templum spoliaturus ingrediens, primum quod facit, est, quòd lumen hoc, id est, agnitionem Dei, nostrique miserabilis status, in quem culpa nos conjicit, notitiam nobis eripiat. Notanda etiam sunt verba sequentia: *Verè eripuit me de manu Herodis;* etenim illa non dixit quando ceciderunt catenæ de manibus ejus, nec quando transivit primam & secundam custodiam, nec quando porta ferrea ultra aperta fuit; sed postquam per aliquod spatium & magnam distantiam è carcere progressus fuerat, & vicum unum ingredi cœperat: ut per hoc intelligamus, tunc nos verè de peccato remisso securos esse posse, quando è carcere, id est mala consuetudine, cunctisque aliis peccandi incentivis & fomentis procul egressi, & per aliquod tempus in via non præceptorum tantum, sed etiam consiliorum semitâ progressi fuerimus; nam ut verè filiorum Dei libertate aliquanto tempore constanter fruamur, non sufficit absolute Sacramentali mediante ruptas esse peccati catenas, nisi etiam manum nostram virtuosis sanctiq; operibus adhibeamus, vel etiam nisi omnia fugiamus offendicula, quæ antè lapsus nostri causa fuerunt; item nisi omnis deponatur objecti lascivi memoria, nec amplius malæ consuetudinis, aut comparati mali habitus in nobis stimulos experiamur; tunc enim talis anima verè dicere potest:

Nunc scio verè quia eripuit me Dominus de manu Herodis.

DE FESTO
S. M A R I Æ
A D N I V E S
DISCURSVS QVINQVE.

- DISCURSVS I. In nive beatissimæ Virginis protectio agnoscenda est, per quam carnis concupiscentiam vincimus, intactas virtutes castitatis nives conservando.
- DISCURSVS II. Banaïæ facinus consideratur, qui in tempore Nivis leoni, in quo carnis vitium denotatur, mortem intulit; hoc autem per Mariæ auxilium & protectionem superatur.
- DISCURSVS III. Nix, quæ hodierna die descendit, puritatem Mariæ præfiguravit, cujus quoque laudes fusiùs exponuntur.
- DISCURSVS IV. Variæ considerantur nivis proprietates, ex quibus qualiter nos castos conservare, & carnalis concupiscentiæ ignem fugere debeamus, docemur.
- DISCURSVS V. Aliæ nivis proprietates & conditiones hodiernæ festivitati adaptantur.

In Nive beatissimæ Virginis protectio agnoscenda est, per quam carnis concupiscentiam devincimus, intactas virtutes castitatis nives conservando.

DISCURSVS PRIMVS.

Nunquid ingressus est thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, qua preparavi in tempus hostis, in diem pugnae & belli? Iob. c. 38. v. 22.

Inter alios magis obstupescendos prodigiosioresque naturæ effectus, quos Deus Jobo terro suo proposuit, nivium quoque & grandinis thesauros enumeravit, quos se adversus inimicos in tempore belli, & in die pugnae preparasse dicit. Etenim quis unquam cum

armato exercitu unquam nivibus pugnatum esse, aut bellicosas hostium phalanges solâ grandine adhibitâ in fugam actas esse audivit? Et tamen id verè accidisse ipsissima est ab ipsomet Deo exercituum dictata veritas, Etenim grandino, quam Deus super rebelles sibi Ægyptios descendere fecit, eosdem non minus cruenta de-

prostravit, quàm si ab innumeris generosorum militum legionibus contrucidati fuissent, Nives quoque inimicum ad eas possunt redigere angustias, ut pacis exposcendæ cupidus factus victas manus tradat. Olaus Magnus in historiis suis refert, in Sueciæ montibus Dophrius prodigiosum quandam casum accidisse, quem hic obiter referam, veritatem illius penes auctorem suum relinquendo; dicit enim quod dum in cacumine montium illorum avis quædam in arboris cuiusdam ramum evolasset, modicum inde nivis pugillum deiecerit, qui supra alia nive rotando, & hanc successivè post se trahendo, effecerit ut nix illa tandem in immensamque molem per continuas deorsum versus rotationes factas excreverit priusquam in fundum sique devolveretur ingenti lignorum saxorumque multitudine post se tractâ visa fuerit ad instar montis cuiusdam è radicibus suis evulli, tantoque cum impetu in quoddam plantæ adjacentis castellum impegerit, ut dissipatis muris & recto castellum illud in ultimum exterminium redegerit. Similem quandam casum Surius in magna Carthusia accidisse refert, prout in vita S. Anselmi habetur; & Olorius super illa Psalmi: *Dum discernit cælestis reges super eam nix dealbabitur in Selmon;* dicit Deum ibi per Psalmistam comminari, quod ut principes discordes castiget, consilia illorum confundendo subitus nives illos sepelire statuerit: *Densis nivibus obrues, ut conglaciati frigoribus evertantur.* Etenim Deus noster non opus habet ut ad conscribendos exercitus ætæria evacuet; argentum & aurum inde extrahendo, ut potè qui novit & potest per ranas, cini phes, muscas, aliaque similia minutissima animalia monarcharum saltum domare. prout Pharaonis superbiam simili modo edomuit. Undè Rupertus Abbas ait: *Ecce qualis contra fortes Egyptios composuit acies.* In vita S. Jacobi Episcopi Nisibite scribitur, quod dum Sapor Persarum Rex formidabilem quemdam adversus civitatem Nisibim moveret exercitum, sanctus pastor prædictus elevatis in cælum oculis Deum rogavit, ut huic sese inimico opponeret, & ecce unico momento densa quædam nubes ex innumeris musis conitans comparuit, quæ in elephantorum proboscides & equorum naves ingredienti, eosdem in tam effrænem cursum & saltus concitavit, usque de quæ omnes tergis immorantes milites in terram deiecerunt, & elisis calcibus eisdem eliserint, tantamque inter illos stragem

ediderit, ut totus ille ingens exercitus subito dissipatus atque dispersus fuerit; sic enim *infirmam mundi elegit Deus ut fortia confundat,* & quidem quænam materia facilius nive dissipatur & evanescit? quidnam illarum per chalyben & ferrum violentiæ explosis è balistarum machinis globis qui fulminum instar ad dissipandas armorum turmas evomuntur, à nive damni inferri poterit? & tamen *Preparavit thesauros nivis in diem pugna,* & tamen nivium flocci ad instar molles & tenuis lana decidunt, hosce tamen Deus ad rigidum gelu reducere, indeque generosorum militum manus infirmare potest, adeo ut ad arma stringenda, & pugnam ineundam omnino reddantur inhabiles. Verùm enim verò rextum assumpti; thematic ad hodiernam diem adaptando, in sequentem formam de eo discutere statui.

2. Quodnam est magis continuum & truculentius bellum, quod homo communis in se experitur, præterquam illud, de quo Apostolus scribit: *Caro concupiscit adversus spiritum?* hic enim inimicus tanto est formidabilior, quanto majori curâ à nobis nutritur, & blandius fovetur, qui per voluptatum & deliciarum illecebras terribile nobis bellum indicit; est enim inimicus levis amicius, & à nobis summè dilectus, & in delitiis habitus; siquidem *nemo carnem suam odio habet, sed nutrit & fovet eam;* & tamen nocensissimus inimicus noster est, qui mortem non solum temporalem, sed æternam; non corporis tantum, sed & animæ machinatur; quia ut Christus ait: *Corpus & animam perdit in gehennam;* divina autem providentia ad fortem hunc hostem debellandum *preparavit thesauros nivis,* id est, virtutem nobis insinuat puritatis & castitatis, quæ est velut inestimabilis quidam thesaurus, cujus sanctissimam Matrem suam thesaurariam esse voluit. Porro Spiritus sanctus hanc virtutem per os Pauli Apostoli insigni hoc thesauri titulo nobilitavit, dum ait: *Habemus thesaurum istum in vas fictilibus;* ararium autem, in quo thesaurus iste recluditur est hoc corporis humani lutum, & quidem thesaurus ille nivi comparatur, non solum propter candorem, quem virtus castitatis annexum habet, verùm etiam quia sicut nix omne suum esse à cælo se habere agnoscit; siquidem *Nix de cælo descendit;* eodem modo hæc virtus propriæ cultura & diligentie nostræ nequaquam, sed divinæ gratiæ principaliter attribuenda venit, ut

2. Cor. 1. 27

Gal. 3. 17.

Eph. 5. 29.

2. Cor. 4. vi

Lib. 1. c. 13.

Lib. 2. in
Exod. c. 28.

Ecl. 26.
20.

sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis; hæc cum Ecclesiasticus attestatur dicens: *Non est digna ponderatio continentis anima*, merito eidem continentie thesauri epithetum adscribitur; quia si omne aurum, quod è Peruanis aurifodinis eruitur, in bilance cum una continente aoma ponderaretur, plus unque ponderabit, plurifque æstimabitur in conspectu Dei illius, qui est eandor lucis æterna, & speculum sine macula, pura quædam & continens anima. Per hunc igitur thesaurum, id est, per preciosissimam hanc virtutem hunc hostem cæteroquin invincibilem superamus. Huc spectat quod Seraphicus Doctor in vita S. Francisci scribit: dum enim Seraphicus Franciscus nocte quadam à sp-ritu fornicationis horrendum in modum infestaretur, ad eò ut hic spiritus unà secum in viri sancti pernitentiam universum evocasse videretur infernum, sanctus hic vir in hoc certamen ineundum eo se armorum genere accinxit, quod ipsum ex hoc Jobi textu omnino didicisse existimo, nimirum thesauros nivis ingressus est, quia in rigidissima hyeme cellam suam egressus, & in magnam demergens nivem corpusculum jam denudatum. Quod demum corpusculo suo nudo in media nive consistente ulterius fecit? num fortè manus suas pallis niveis oneravit, easdemque veluti rotidem sclopetarios globos evibravit in hoste? Minimè, sed septem magnas condemnavit nivium strues vel moles, ejuisque usus est veluti rotidem fortalitiis & propugnaculis, è quibus ab insultibus se infernalibus defendebat; nam ad se ipsum conversus (prius enim optatam de suo corpore victoriam reportare debebat, utpotè quod spiritui rebelari & oblutari nitebatur) in moles niveas digitum extendens dixit: Hæc major conjux tua est; hæc duæ, duo sunt filii, alia duæ ancillæ & famulu: *Festina igitur omnes induere, quia frigore moriuntur*. Verùm inques, quonam sine prælium istud completum fuit? Ecce tibi in harum nivium virtute gloriosam reportatam victoriam: *Quibus dictis illic tentator recessit victus, & Franciscus cum triumpho vadit ad cellam*; adeoque nives istæ illum concupiscentiæ carnalis pessimum ignem extinguere prævaluerunt, hacque ratione ipsimet quoque igni infernali generosissimam fecerunt resistantiam.

3. Verùm enim verò quoniam hodierna festività in sanctissimæ Virginis honorem celebra-

tur, operæ pretium me facturum existimo, si ipsam thesaurum hunc niveum esse demonstravero, quo Deus nos locupletavit, ut adversus impurum hunc fornicationis spiritum pugnare, eumque vincere valeamus; ejus etenim proreccio efficacissimum est medium, ut continentes & immaculati deinceps vivamus. Etenim quòd si verum est, prouti est verissimum quod S. Bernardus scribit: *Nihil nos Deus habere voluit, quod per manus Maria non transiret*; consequens est, quòd cum ipsa gratias, virtutes & dona cælestia dispenset, in hac virtute puritatis, utpotè sibi adeò super qualvis alias virtutes grata & accepta, devotorum suorum animis inferenda longè sit futura liberalior & preciosior. Porro nix hanc inter cæteras proprietatem habet, quòd visus nostri vehementer sit disgregativa ob intensissimam quam refert albedinem. Undè oculus irretorã & fixã acie illam aspiciens obfuscatur, haud secus ac ab excessiva Solis luce hebes efficitur; hæcque nivis conditio ab interprete quodam moderno, qui in Jobum diffusè satis scripsit, beatissimæ Virgini adaptatur. Ecce tibi præfati Authoris ipsissima verba: *Similiter talis fuit innocentia, pudoris & integritatis splendor in Maria, etiam extra, ut si quis eam impudico intuitu voluisset aspicere, statim ejus obrunderetur mentis aspectus, ut nihil quàm omnimodam & admirabilem cogitare de illa posset puritatem; & ad id probandum, Lyram adducit autoritatem dicentis, quòd sicut filii Israël non poterant oculos suos in Moysem defigere, eò quòd vultus ejus nimium luminoso effectus fuisset per illam cum Deo in monte Sinai habitam familiaritatem & diuturnum colloquium: Ita Deipara vultus adeò præfulgebat, ut attentè ac fixè luminibus homines in eam intueri non possent*. Abulensis ad propositum illius mysterii, quod crastino die celebrat sancta mater Ecclesia, quærit cariosè, an in vestibus Salvatoris lumen aliquod vel splendor fuerit? & respondet affirmativè; quia sanctus Marcus quando transfigurationem refert, ita scribit: *Vestimenta ejus facta sunt splendentia*; ubi alius Evangelista ait: *Facta sunt alba sicut nix*; ac tandem idem præsul Abulensis subiungit: *Nix habet quandam excellentiam, quia non solum habet albedinem intensam, sed etiam propter magnitudinem lucis participat radios aliquos emittit, & idè oculos offendit, & ob hoc nix non solum dicitur alba, sed etiam splendet*

Hom. super
Missus est.

Bolduch.
in c. 37.
Job. v. 6.

Lib. 4. in
Matt. c. 17.

Splendens & fulgens; talis autem propriè fuit candor vaginalis Matris Dei, neque enim solum in semetipso immaculatus & purissimus fuit, verum etiam in commodum & beneficium nostrum radios & splendores scintillavit, ad hoc ut omnes, qui per devotionem ipsi adherent, sequæ ejus patrocinio committunt, concupiscentiæ carnalis stimulos in semetipsis reprimant, sequæ in amorem virtutis continentiæ & honestatis inflammari sentiant. Nescio certè an mentem vestram primâ facie verba illa S. Matthæi non nihil perturbarint, quibus de Virginis cum S. Josepho sponsalicio tractans ait: *Et non cognoscebat eam donec peperit*; etenim hæc phrasîs & modus scribendi hujus Evangelistæ multos parvi judicii, & tamen temerarios intellectus in confusionem & errorem redegit, utpotè qui virginitatem Dei-paræ ob illa verba in suspitionem trahere non dubitarunt. S. Hilarius autem dubium istud pulchriè resolvit, dum Evangelistam de cognitione visiva & intuitiva intelligendum esse asserit; dicere enim voluit, quòd postquam Maria Spiritu obumbrante concepisset æternum Patris Verbum, quòd lux illa est, quæ illuminat omnem hominem, Deus in inviolabilis puritatis ejus signum, lucis & claritatis splendores & radios ad eò luminosos in vultu ejus emicare fecerit, ut Joseph fixis oculis eam aspiciens minimè cognoverit: *Si Moyses cum Deo colloquens glorificata est facies, ut non possent intendere in eum filii Israël, quantò magis Maria agnosci vel intueri non poterat, quæ Dominum in utero habebat; Post partum autem à Joseph cognita invenitur specie faciei.* Prærogativa quædam singularis & soli B. Virgini propria fuit, quòd cum aliæ hujus sexûs debiliores mulieres à nostris oculis inspectæ concupiscentiæ incentiva in

in nobis excitant, ipsa e contra in animis eam aspicientium puritatis & pudicitæ impresserit affectus. Undè S. Ambrosius ait: *Tanta erat ejus gratia, ut non solum in se virginitatis gratiam conservaret, sed etiam his quos inviseret, integratè in signum conferret.* Id quod, ut Dionysius Carthusianus opinatur, Sapiens, licet sub aliqui obscuritate, in persona sponi cœlestis, illis verbis prædixit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Ierusalem.* Dicere enim voluisse videtur aliarum mulierum decorem esse veluti fasciculum quendam pungentium spinarum, sponiæ verò suæ (per quam Maria figurabatur) pulchritudinem, esse veluti candidum quoddam & odoriferum lilium, quod, ut naturales Philosphi dicunt, si, dum est, & typus virginitatis: *Quamvis fuerint multe virginis sanctæ, tamen respectu Virginis quasi spina fuisse videntur, quamvis enim in se fuerint munda, fuerunt tamen alii spina, quia ex ejus intuitu concupiscentiâ pungebantur.* Porro Virgo Dei para intuentium corda sic penetravit suâ inestimabili castitate virginali, quòd à nullo potuit concupisci, imò potius extinxit ad horam illorum libidinem. Hinc igitur nunc efficacissimum faciamus argumentum: Quòd si Maria hæc virtutem habuit, quamdiu in mortali carne inter nos vixit; quantò magis modò, dum velut advocata nostra regnat in cœlis, illos suos misericordes oculos ad nos converteret, ut animabus & cordibus nostris hanc sibi adeo acceptam virtutem, è qua velut è signo gentilitio seu livrea servipilius dignoscuntur, imprimere latageret? *Mores fac & castos; vitam præstet puram.*

Lib. de in-
stit. virg.
c. 7.

Matt. 1. 25

Test. in
cat. D. Th.

Banaia facinus consideratur, qui in diebus nivis leonem, in quo
carnis vitium denotatur, occidit; vitium autem istud
Mariæ auxilio & protectione præci-
puè superatur.

DISCVRSVS SECVNDVS.

*Descendit & percussit leonem in media cisterna in diebus
nivis. 2. Reg. c. 23. v. 20.*

PEr insigniora facta, quæ in anti-
quo nobis Testamento recensentur,
Spiritus sanctus nobis excel-
lentiora, quæ in lege nova even-
tura erant, mysteria præfigura-
vit. Undè Apostolus scribit: *O-*
mnia in figura contingebant il-
lis. Quo quidem principio supposito, ingeus il-
lud prodigium, quod hodiernâ die Romæ acci-
dit, quoad multas sui partes in eo facinore præ-
figuratum fuisse videtur, quod in lib. 2. Reg. de
generoso illo belli duce Banaia memoratur; huic namq; in-
cleyro athletæ duo leones in Moab
occurrerunt; qui protinus ab eo fuere decerpti
& dilaniati; illis vero occisis demum in cister-
nam quandam descendens, pariter in leonem
fortuito incidit, de quo victoriam paciter retu-
lit. Accuratè verò sacer Chronista factum hoc
accidisse advertit eo præcipuè tempore, quo
terra altis erat nivibus contacta: *Percussit leo-*
nem in media cisterna in diebus nivis. Ecce tibi
ad hodiernæ festivitatis propositum nivem;
ecce pariter & leonem; hodie enim in intensis-
simis Solis in leone consistentis ardoribus Col-
lis Esquilinus candidâ & gesidâ nive fuit conte-
ctus. Enim verò Lyranus in morali huius præfa-
tæ historiæ expositione per generosissimum illum
athletam Banaiam, virum quendam in seculo
virtutibus & perfectioni totaliter deditum signi-

ficare dicit: *Signat virum valdè virtuosum in*
seculo, qui interfecit irascibilem & concupisci-
bilem significans per duos leone. Moab. Per al-
terum vero leonem in cisterna suffocatum, avari-
tiam intelligendam esse dixit, quæ à Joanne
Concupiscentia oculorum nominata fuit, quam
interfecit per largitatem inter pauperes in die-
bus nivis, id est, tempore refrigerantis charita-
tis. Nos vero hac suppositione suppositâ ad no-
strum intentum huic in modum discurrere pos-
sumus. Nam per hunc raræ virtutis hominem in
seculo in conjugali statu viventem congruè in-
telligendus venit Joannes ille nobilis Patritius
Romanus, cujus in lectionibus hodiernæ festivi-
tatis facta est mentio, qui peculiari devotione
beatissimæ Virgini deditus, in superandis præ-
dictis duobus leonibus fortem se & invictum
athletam esse probavit (Erat siquidem civis &
Eques Romanus, de quibus olim Scevola dice-
re solitus fuit: *Agere & pati fortia Romanum*
est.) Præter hos verò leonem quoque cisternæ,
id est, bonorum temporalium cupiditatem per
largitatem erga pauperes strenuè devicit; cum
enim *pauperum nomine* etiam Ecclesia & cul-
tûs divini propagatio intelligi possit, præter
consuetas elemosynas, quas per diem ordinariè
in pauperes erogabat, sanctissimam quoque Vir-
ginem Mariam, omnium facultatum divitiarum-
que suarum hæredem ex asse instituit, idque in
diebus

diebus nivis, id est, tempore frigescentis charitatis, id est, quando hominum erga sanctissimam Virginem devotio & cultus omnino inpererat, nullaque saltem conspicua templa hic Romæ in ejus venerationem erecta fuerant. Sanctissima Virgo igitur oblata sibi in testamento hereditatem acceptans, atque ex ea ecclesiam quandam in suum honorem edificare volens, ingenti cum mysterio ita disposuit, ut ejusdem basilicæ erigendæ id æta atque delineatio, tempore simul cum sole lucentis atque ardentis in cælo caniculæ, frigidâ & candidâ nive in terram collapsâ designaretur, per hoc nos pariter instruendo, quod per ejus intercessionem & patrocinium tres illos leones, id est, tria præcipua vitia in nos tyrannicè sevientia à Joanne hisce verbis insinuata: *Omne quod in mundo, concupiscentia, &c.* facillimo negotio sumus superaturi. Veruntamen ut Discursum nostrum ad leonem partis concupiscentis limitemus, potius dicendum esse existimo, quod per leonem in cisterna consistentem effrenis in nobis carnalis concupiscentia designatur, quæ in hac nostra fragili & corrupta natura quotidie roboratur, majoribusque incrementis vigescit; siquidem nos ipsi per gulam, voluptates & delicias robur ei & vigorem quotidie subministramus. Unde verba illa Jeremiæ: *Foderunt sibi cisternas dissipatas, de hac depravata carne nostra inselliguntur, in qua concupiscentiæ leo rugit, ut animam nostram devoret; leo hic incentivorum flammæ, id est, stimulos carnales continuo evomit. Sol quoque hoc mense in leone constitutus, ardenteque radios quaquaversum evibrans, luxuriæ ardorem significat, Mater tua leonari.* Miles autem Christianus hoc monstrum meliori modo vincere non poterit, quam cor & oculos suos ad nives, id est, ad Mariæ virginitatem dirigendo, ejusque se intercessioni recommendando; hæc enim solida arma ad truculentum hunc leonem profligandum subministrabit. Porro magnæ huic Matri ab Ecclesia applicari solent: *Quasi aurora consurgens*, & ideo advertendum, in ortu auroræ stillas quasdam terram irrorare, quæ herbis & floribus ex præcedenti solarium radiorum ardore languescentibus vitam restituant & pristinum vigorem. S. Germanus hoc roris epithetum Mariæ intercessionis attribuit, utpotè qui sæpenu-mero expertus fuerat eandem in se hujus vitii &

fomitibus nobis adeo connaturalis ardores temperasse. Cui conforme est quod Gerlon quoque de ea scribit: *Quasi frigidus quidam ex oculis ros virginis spiraret, vel efflueret à monte sua castissima.* De Æthna monte scribitur, quod cum hic mons igne gravidus globos cœlum versus igneos continuo eructet, intactas tamen nives igneos continuo eructet, intactas tamen nives circa latera sua semper conservet, abiq; eo quod nullam in eo glaciæ resolutionem patiat, ac proinde canit Claudianus: *Scit nivibus servare fidem.* Porro aptissimè per hunc montem corpus humanum exprimitur, utpotè in quo fomes live ignis carnalis concupiscentiæ semper recluditur, & tamen per experientiam sæpenu-mero videmus, quod castitatis & candoris virginalis nives intactæ & illæse perleverent, quod tamen propriæ hominis virtuti & industriæ minime tribuendum est; siquidem infallibilis est illa Spiritûs sancti sententia: *Sci vi quia aliter non possem esse continens nisi Deus det;* Deus autem illud per manus suæ sanctissimæ Matris dare consuevit, atque id eod vult, ut per miraculum hujus nivis subardente in cœlis canicula in terram collapsæ intelligamus, quod per virginem Matris suæ potentem protectionem & intercessionem in ipso quoque ignis medio nives conservare valeamus. Consideratione digna sunt verba illa, quæ in quadam Breviarii antiqui, seu juxta ritum Gallicanum legi soliti Collecta quadam in præsentem solemnitate leguntur: *Deus qui ad declarandam Genitricis tuæ Mariæ Virginis gloriam, descensu nivis in æstivis caloribus, locum in quo edificaretur ei templum dignatus es demonstrare; tribuere quoque concupiscentiæ astu innocentia candore dealbemur;* quibus in verbis peripicue videtur, quod Ecclesia Mariæ auxilium imploret, ut in virtute cultûs & venerationis nostræ erga ipsam carnalis concupiscentiæ ignem evadamus. Breviarius in praxi amoris divini cap. 5. num. 11. scribit, juxta Gratianopolim fontem quandam reperiri, qui calorem adeo ardentem exhalat, ut nonnulli calidissimi vapores continuo incenduntur, eique superimmineant, cum tamen ipsa fontis aqua in se frigida imo gelida remaneat; quis unquam inter naturales effectus magis peregrinum vidit prodigium, quam quod aqua gelida ardoris & caloris genitrix existat, ipsâ tamen frigidâ gelidâque remanente? hunc autem effectum admirabilem

Apud Li-
poman 23.
Novemb.

De Nat. V.

Sap 3. 26

1. Joani. 2.
16.

Jerem. 2. 13

Eszech. 29.
2.

bilem beatissimæ Mariæ Virginis operâ in nobis frequenter experimur; siquidem sæpè stimulus carnis adeo vehementes patimur, ut Ætna corporis nostri innatum hunc lasciviæ ignem in se perpetuò nutriat, & tamen alia ex parte glacies & nix puritatis & castitatis perpetuò conserve- tur. S. Augustinus inter alia naturæ prodigia de Palea quoque hisce verbis scribit: *Quis palea de-*
Lib. 21 de *Civitas Dei* *c. 4.* *dit vel tam frigidam vim ut obrutas nives ser-*
vet, vel tam fervidam ut poma immatura
maturet? Tales profectò paleæ nascuntur, de quibus dicitur: *Paleas autem comburet ignis;* qui proinde etiam scæmi titulo denominantur *Omnia caro sicut scænum*, ratione videlicet nostræ fragilitatis: & tamen in multis clarè conspicitur, quòd hæc adeo fragilis & corrupta natura, puritatis nives in non paucis conserveat, non obstante quòd ob hunc in se inclusum fomitem etiamnum adeo effervescat, id quod tamen potissimum Virginis sanctissimæ patrocinio adscribendum venit; licet enim donum hoc, ut paulò antè diximus, è cælo expectari debeat, efficacius tamen mediante devotione erga sanctissimam Dei Matrem obtinebitur. Undè Liberius Papa, cujus tempore prodigiosum hoc contigit miraculum, in sermone, quem hodie in populum Romanum pronuntiavit, ita loquitur: *Ecce Charissimi, nix de cælo in hoc ferventissimo tempore cecidit, ut nos Deus sua misericordia candore dealbandos ostenderet, si ad devotionem sanctæ Genitricis suæ nos accingamus.* Ita in Diario sacro legimus.

2. Verùm enimverò ut à principio discursum nostrum resumamus, sciendum est quòd prout Josephus Hebræus notat, leo occisus in illam quæstem in ideò lapsus fuerit, quia hæc nive connecta undique erat; quod idem Dionysius Carthusianus quoque scribit, dum ait: *Nam tempore nivis lapsus fuit leo ille in forream, qua nix fuerat cooperta, ex qua cum egredi non valeret, irrugit, cujus rugitu pertransens sibi Banaia audito intravit, & interfecit leonem illum;* neque enim sine causa ab historia sacra dicitur: *In diebus nivis. Notatur hic tempus nivis* (inquit Abulensis) *ad gloriam victoriam Banaia, quia leones sunt fortiores tempore nivis;* tum etiam, quia eo tempore arma obstante frigore difficiliter tractantur; adhæc cisterna hæc locus angustus erat, ideoque Banaia diffi-

Lib. 7. an-
tiq.

cilè, si non impossibile potius erat, idus leoniorum dentium sibi infligentos exsiliendo evadere, quos utique experiri debuisset, si bestia hæc famelici cujusdam & in desperatione positi leonis terociam exhibuisset, maxime cum in simili gelido tempore præda, qua famis leonina rabies compescatur, non tam facile obvia esse soleat. Enimverò quis non videat, quàm facile totum leoni infernali adaptari possit, de quo S. Petrus monet: *Adversarius vester diabolus tan-*
quam leo rugiens circuit quærens quæ devoret; hic enim vehementer animarum nostrarum fame urgetur, & in furiam longè majorem redigitur, quando nos ad hanc pudicitæ nivem recurrere, & continentis vitæ propositum concipere videt. Nam ut S. Philippus Nerus dicere solebat; sublata à juvenibus carne, & adempta senibus avarità juvenes pariter & senes sancti utique futuri essent. At verò quid nobis faciendum superest, ut immanem hunc leonem captum præcipitem agere possimus? Cisterna hæc candida contegenda & cooperienda est nive, id est, mentibus & cordibus nostris solida quadam & vera erga sanctissimam Virginem Mariam imprimenda est devotio, ejus imitando puritatem, auxiliumque & assistentiam ejus serio implorando. Undè in eodem supradicto Diario sacro, pro hodiernæ diei festivitate lequens ad B. Virginem recitanda oratio præscribitur: *O bona Virgo Maria, gratiam devotionis in te, & in tuum servitium exhibe nobis;* & post alias quasdam eidem Virgini extolendas preces, hæc proposito nostro aptè deservientia verba habentur: *Tuis sanctis meritis fac nos habere tam in anima, quàm in corpore veram munditiam.*

3. De quodam Religioso è Crucigerorum ordine professio scribitur, quòd cum hic à triginta annis nullus unquam in se passus aut expertus fuisset carnis stimulus. tandem lascivus fornicationis spiritus huic eximio dono insidiatus, eundem carnis tentationibus diu noctuque infestare non destitit; qui proinde tamen in orationibus quotidie magis magisque infernaverit, suumque corpusculum mirâ disciplinarum acerbitate maceraret, veruntamen ne continuis tentationum infestationibus tandem cedere cogeretur pertimescens, ad præsidium immaculatæ Virginis suum habuit filiale refugium, & quia hæc carnis lucta diu in eo

1. Per. 5. 8.

Io. Junior
in scala
cæli.

per-

perdurabat, coram altari quodam quod B. Virgini sacrum erat, prostratus, in eodem altari positam quoque B. Gertrudis imaginem observavit, quæ capite velo contexto & ad B. Virginem inclinato, ejusdem Virginis statuæ adfitebatur; unde bonus hic religiosus diuturnioris & vehementioris tentationis impatiens, ad Deiparæ Virginis statuam, quæ instar Reginae diademate quodam in capite redimita erat, conversus sancta quadam cum simplicitate eidem dixit: Nisi mihi in hoc discrimine posito protinus adiutorium aliquod præstiteris, diadema istud è capite tuo sublatum, vertici S. Gertrudis mox imponam, (id quod narrans Author exclamat: *O Deus quid non facis innocentis hominis sancta simplicitas!*) Quibus dictis feceruntissima Virginum Regina confestim se hanc coronam & gloriam, quam in eo præcipue positam habet, quod devotos suos in hac carnis lucta, & immani cum sævo concupiscentiæ Leone prælio constitutos protegere & defendere fatagat, sibi eripi aut adimi nequaquam permittere velle manifestè satis declaravit; siquidem suo ei impenso materno præsidio id effecit, ut bonus ille Religiosus in hoc diuturno cum carnis concupiscentia habito duello victore evaserit, nec unquam deinceps carnis incentivis infestatus amplius fuerit. Sanctus Ambrosius de sancta Thecla inter Virgines Prothomartyre generosissima scribit; quod cum leonibus ab eisdem dilanianda objecta & exposita fuisset, hi eam non solum non tangere, sed ne quidem aspicere ausi fuerint, DEO nimirum per hoc insinuare volente, quod tera hæc lympidissimaque honestatis Crystallus, leonibus illis infernalibus, præcipue verò spiritu fornicationis non solum tactu, sed etiam aspectu obfuscati & contaminari possit; *Ve non solum ungue non violarent aspero, sed neque etiam procacibus oculis intuerentur; quia sancta virginitas non solum tactu, sed etiam aspectu violatur;* Ecce quanta cum facilitate candidissima virginitatis nix candorem suum amittat; & tamen concepta erga beatam Virginem devotio id operatur, ut leones illi, id est, stimuli & tentationes carnales, vel etiam homines carnis lasciviæ dediti, nec non imbellior muliercularum sexus, nos ne quidem aspicere, nedum tentare ausint, adeoque per hæc patrocinii sui nives leonem illum ju-

Mansj Sanctuarij Tom. III.

fernalem, qui *circuit quærens, quem devoret* inimum inferni barathrum turpiter corrucere facit.

4. Verùm enim vero ut ædificium Ecclesiæ sanctæ Mariæ majoris virtute hodierni nivium cælitus lapsum miraculi, ex Joannis Patritii Romani beatissimæ Virginis unice devotientis hereditate erectum, per hanc supra memoratam Banajæ historiam vivacissimè præfigurari liquido appareat, sciendum est, quod Banajas, ut Glossa ordinaria exponit, interpretatur *adificator Dominus, & Christum significat, qui Ecclesiam adificat;* Nobis verò potius dicere licebit inclytum hunc athletam Banaïam nobilem hunc Patritium Romanum præfigurasse, qui hanc solemnissimam Basilicam in B. Virginis honorem ab ipsis utque fundamentis erexit, omnibusque aliis insigni exemplo suo stimulos addidit, ut piam hanc beatæ Virginis venerationem ab ipso cceptam strenuè prosequerentur & continuarent. Eodem præcitato loco Glossa per nivem gratiam Christi significari dicit, quæ toti generi humano resplendit: *In tempore nivis, cum scilicet gratia Christi mundo resplenduit, leonem, id est, Diabolum interfecit;* Hoc etenim monstrum, ut diximus, aliter quam per divinæ gratiæ auxilium, quod ut diximus, à beatâ Virgine nobis ministratur, superari aut prosterni nequit: *Ipsa conteret caput tuum.* Veruntamen advertendum est, quod si ad superandum hunc carnalis concupiscentiæ leonem nos virgineâ Deiparæ assistentiâ dignos reddere velimus, cavendum nobis sit, ne ei ultro citroque occurramus, ejusque faucibus nos ingeramus, quin potius beatissima Virgo refugium nostrum erit, si occasiones omnes cane & angue pejus fugerimus, neque de ejus auxilio nimium præsumentes imminentibus ab illo periculis nos remerè exposuerimus. Porro de Nazareth scribitur, quod fuerint candidiores nive; E quorum secta Samson erat; Hisce autem non solum vinum bibere, verùm etiam uvas manducare districtè prohibebatur. Contigit autem, quod fortissimus & invictus hic Heros per stricam quandam lenitam inambulans leonem quandam obvium habuerit, quem vix alio modo declinare poterat, quàm vineam quandam in qua maturæ uvæ in magna quantitate à vitibus dependebant, ingre-

ingrediendo, veruntamen ne se uarum comedendarum periculo exponeret, Leonem forti & invicto animo aggrediens, eundem prostratum dilaniavit; neque dubium est, quin illi ad hoc facinus generosum aggrediendum Spiritus sanctus vires & animum specialiter suggererit, eò quod potius corporalis, quam spiritalis montis periculo se exponere maluerit. Unde sanctus Basilius in lib. *Quod Deus non est causa malorum*, de hoc facinore ita scribit: *Scio Samsonem victorem esse Leonis, sed si in vineam ascendisset, nescio quid illi evenisset.* Hujus igitur ab exemplo discendum nobis est, quod occasiones exercendæ lascivix studiosè cavere & fugere,

non verò nos iis ultro ingerere debemus; quod si tamen cum carnalis concupiscentiæ ferocissimo leone necessario nobis pugnandum fuerit, adeò ut illum nulla ratione sine prælio declinare valeamus, in nivem, id est, patrocinium Virginis Mariæ nobis confidendum sit, utpotè qui de obtinenda adversus ipsum victoria securi esse, ipsumque in ignem infernalem deturbare facile possumus, dummodo mysticam hanc corporis nostri cisternam, nivium candore, id est, studio continentix, devotionis & patrocinii sanctissimæ Virginis contegere satagemus.

Nix quæ hodierna die descendit, puritatem Mariæ præfiguravit; cujus quoque laudes fusius exponuntur.

DISCURSUS TERTIUS.

Aspergit nivem, pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Ecclesiast. cap. 43. v. 19.

Prodigiosum hodiernæ die miraculum, quo cælum hodie montem Esquilinum copiosa nive respergit; Aspergit nivem, clarioribus verbis à Spiritu sancto, utpote Divino beatissimæ Virginis sponso, tot retro sæculis prædici non potuit, quam iis quæ in præsentem themate continentur, dum ait: *Aspergit nivem, &c.* ait verò ex quo nix illa in maximis Solis in Leone constituti ardoribus deorsum lapsa est, ideò meritò hanc nivem admiratur & obstupescit oculus, non solum ob candorem, sed etiam propter gelu: *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus*; Neque enim ullam homini admirationem nives illæ conciliant, quæ in rigidissimo hyberni temporis frigore, Aquilone spirante decidunt. Porro beatissima Virgo illam Esquilini montis partem candidâ nive contextit, in qua illam quæ

hodiedum conspicitur, augustissimam Basilicam in suum honorem fabricari volebat, ideoque per hanc deciduam nivem hujusce Basilicæ ideam, amplitudinem, formam, & architecturam perfectissimè delineavit. Enimvero si quis vestrum ex me quæreret, cur B. Virgo hunc in finem nive uti voluerit? Responderem utique, id ab ea factum esse, eò quod nix symbolum quoddam sit virginæ suæ puritatis, cum nullus reperiatur candor niveo candori æquiparabilis: *Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissima manus meæ.* Et Psalmista ait: *Super nivem dealbabor: & nive dealbabuntur in Selmon.* Merito autem nix hodierna extra solitum tempus dilapsa est, ut sit motivum majoris admirationis & stuporis, nobisque significet, quod omnem humanum intellectum longè superet candor virginis: *Pulchritudinem eius admirabitur oculus.*

2, Soli virgini & nulli alteri privilegium hoc

Iob. 9. 30.
Pl. 50. 9.
Pl. 73. 15.

hoc concessum fuit ; juxta illud : *Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo* , quod scilicet originale maculam , cum aliis Adami posteris communem nequitiam contraxerit , siquidem ab illa corpus suum accipere decebat lux illa , quæ de se ait : *Ego sum lux mundi* ; quæ ipsamet de ea testatur , dicens : *Tota pulchra es , & macula non est in te* ; Huic autem ab originariæ macula immuni & immaculatæ puritati , virginitatis ejus candor adjungitur , ad cujus laudes & præconia exprimenda sancti Patres varia eaque dignissima certatim adscribunt epitheta. Sanctus Epiphanius beatam Virginem appellat *Principem virginitatis* , Sanctus Ildephonus adeo eidem devotus eam vocat *Fasigium omnium virginum* , Sanctus Joannes Damascenus : *Virginitatis thesaurum* . Sanctus Anselmus de Excellent. beatæ Virginis : *Matrem Virginitatis* . Sanctus Bernardus Traß. de Passione Domini Cap. 3. *Virginum primiceriam* . Sanctus Ildephonus alibi scilicet lib. de Virginitate Mariæ *Æternitatis Virginitatem* . Chrylogus ipsam vocat : *Reginam totius castitatis* : at verò sancta mater Ecclesia , quæ ab infallibili Spiritu sancti assistentia dirigitur , se ad hujus virtutis encomia dignè exprimenda , eò quod supra modum stupenda sint , condigna verba invenire non posse , pleno ore confitetur , dum ait : *Sancta & immaculata virginitas , quibus te laudibus offeram , nescio* ; Verum enim verò tamen si intellectus & discursus nostri oculus ab excessivo hujus nivis candore obfuscetur & hebescat , nequaquam tamen ab obligatione ad solvendum ei in hoc ejus festo debitum obsequii & devotionis nostræ tributum immunes censendi sumus .

3. Unigenitus DEI filius , qui est *candor lucis aterna* , aliam naturam Divinitati in eadem divina persona conjungere volens , tamen Angelicam nobilissimam naturam , non verò sordidam hoc corporis nostri lutum assumere potuisset , nihilominus *Nusquam Angelos apprehendit , sed semen Abrahæ* , eo quod in hac Virgine , quæ dicitur ex semine Abrahæ , descendisse filium quoddam virginitatis adeo pulchrum adeoque candidum advenit , ut de illo sanctus Ambrosius ita scribat : *Quid loquar , quanta sit virginitatis gloria , qua meruit à Christo eligi , ut esset etiam corporalis Dei templum , in qua corporaliter , ut*

legimus , habitavit plenitudo Divinitatis ! Quis unquam credere potuisset , hanc virginitatis ejus nivem DEUM illum in terram trahere potuisse qui *ignis consumens est* ? ipsi etenim *Verbum DEI in sinu Patris invenit , & toto hausit pectore* . Sanctus Justinus Martyr de eadem virtute dicit : *Beata Virgo beatorum prædicanda est , ob virtutem quam habuit , propter quam meruit esse mater DEI , quam ob ipsam matris dignitatem : hæc autem virtus , per quam mater DEI effici meruit , puritas ejus virginalis fuit , quæ adeo mirificè in ipsa prævaluit , ut dum se matrem DEI futuram esse Angelo nuntiante perciperet , nec tamen satis an id sine jactura vel læsione virginitatis suæ futurum foret , intelligere posset , ad acceptandam adeo eminentem dignitatem consensum suum suspenderit , dicens : Quomodo fiet istud , quoniam virum non cognosco* ; consensum suum prius dare noluit , donec de integritate virginitatis conservanda certior facta fuisset , unde sancta DEI Ecclesia de ipsa canit : *Virginitatis non patieris detrimentum* . Et sanctus Gregorius Nyssenus de ea ait : *Angelus partum nuntiat , & illa virginitati inhaeret , & integritatem Angelica demonstrationi anteponendam indicat* . Aliæ mulieres concipiendo & pariendo hanc virginitatis virtutem amittunt , de ipsa autem sanctus Fulgentius scribit : *Crevit partu integritas , & virginitas ampliata potius quam fugata* ; id quod Chrylogus pariter confirmat , dum ait : *In tuo conceptu , in tuo partu crevit pudor , & aucta est castitas , integritas roborata est , & solidata virginitas* . Nec mirum , siquidem ipsa opera Spiritus sancti purissimæ illius columbæ concepit , quem in hujus virtutis subsidium & augmentum invocare solemus , dicentes : *Vre igne sanctus Spiritus renes nostros , & cor nostrum Domine , ut tibi casto corpore serviamus , & mundo corde placeamus* ; Ipsa verbum concepit , eidem verbo promptè obediendo , quando dixit : *Fiat mihi secundum verbum tuum* ; unde sanctus Augustinus ait : *Non concupiscentiæ carnis , sed obedientiæ mentis concepit* . Porro veritatem hanc melius ex quadam sancti Thomæ doctrina intelligemus , scribit etenim Doctor Angelicus , quod impuritas rei alius cuius puritati directè opposita in eo consistat , si videlicet res illa materiæ ignobiliori

De fide orat. theod. q. 126.

Hom. de nat. Do. mini.

Ser. de laud. Virg.

Ser. 122.

2. 2. q. 7. art. 7.

admisceatur, non verò si nobiliori, sic enim argenti puritatem suam non amittit, si auro admisceatur, benè tamen si plumbo vel stanno; eodem profus modo de beata Virgine discurrere possumus, etenim verum quidem est ipsam sponsum, in quo fecundaretur, habuisse, sed quem illum fuisse existimatis? non alius quam Spiritus sanctus; verum item est, quod conceperit & pepererit, sed Filium Dei, *Speculum sine macula*, adeoque merito dicitur, quod *crevit partu integritas*; unde S. matri Ecclesie nequaquam sufficit, quod eam communi Virginis laude deprædicet, quin potius ipsam pluribus epithetis infinita cujusdam puritatis expressivis exaltat dicendo: *Mater purissima, mater castissima, mater in violata mater intemerata*. Ex quibus omnibus eloquiis hoc ultimum potissimum observandum est, siquidem illa non solum in seipsa de facto purissima fuit, verum etiam à nullo aliorum cogitationibus, obtutibus aliis, præterquam honestissimis considerata & visa fuit, utpote quæ hoc peculiari dono decorari meruit, ut in nemine vel minimum ex sui aspectu excitaret concupiscentiæ incentivum, sed potius purissimum honestatis affectum & desiderium in quovis ipsam considerante vel vidente provocarit. Unde hanc è Tertulliani propositione ad præsens propositum apte deservientem adaptare possumus, quæ dicit: *Tales oculi videbunt Virginem, quales habes oculos Virgo, quæ videri volet*. Etenim Virgo suo obtutu omnes se aspicientes sibi reddebat conformiles, id est, puritatis suæ amatores; unde S. Thomas de Villa nova ait: *Sacra, pura & immaculata Virgo, cui etiam præ aliis hoc erat virginittatis insigne, ut inspectores suos (ut ita dixerim) virgines faceret, erat enim in ea, ut Propheta utar eloquio, virgines germinans virginittas*.

Lib. de vel.
Virg.

Ser. de An.

Lib. 2. c.
103.

4 Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus. Phinius scribit nivem in alto mari non delabi, inter insulas tamen Fortunatas unam esse, quæ ob continuas nives in illam delabentes nivaria appellatur; at verò id ipsum de mari Mariano nequaquam asserere possumus, quandoquidem illud candida perpetuæ puritatis virginæ nive conspersum esse videmus, collis quoque Esquihus hodie jure appellari potest insula nivaria, pariter & fortunata, cum enim nix in dictum collem dilapsa Mariæ virginittatem præfiguret, dignum sibi divinoque cultui templum consecravit. Verum tamen ex quo templi mentionem fecimus, utique sæpius observaveritis Ec-

clesiæ non sufficere, quod Mariæ solum templi Dei titulum attribuat, verum insuper ipsam Spiritus sancti Sanctuarium appellet, *Templum Domini, Sacrarium Spiritus sancti*, hæc enim inter templum & sanctuarium intercedit differentia, quod illud unusquisque ingrediatur, non item unicuique sacrarium ingrediendi facultas erat; Sancta Lucia de castè vivenribus ait: *Castè viuentes templum sunt Spiritus sancti*; & merito hi templum vocantur, quia castitas communis est multis, cum tamen virginittas paucorum sit; & quidem quod intemeratam Mariæ virginittatem attinet, cum illa nullius profus creaturæ sive hominis sive Angeli virginittas comparari mereatur, ac proinde sacrarium Spiritus sancti esse dicitur, in quod nulli præterquam æterno Sacerdoti aditus patet; & hinc est, quod eadem sancta Dei Ecclesia immediate subjungat, *Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo*, talis etenim, id est, omni exemplo carens, Mariæ puritas fuit, & ideo ut sanctus Bernardus ait, *Virginittate placuit, cui illa sancti Thomæ de Villa nova sententia consonat, quæ ait: Cateris virginibus sat est incorruptas esse corpore, intactas haberi carne, quanam est enim, aut fuit unquam alia Virgo, quæ cogitationis libidinem non senserit, carnis molestias non pertulerit? sat est si dicit, Sufficit si non succubuit; Maria sola est undique Virgo, virgo carne, virgo & mente, virgo aspectu, virgo contactu, virgo cogitatu, virgo affectu, virgo sermone, virgo opere, virgo spiritu, virgo sensu*. Scribit certus quidam author, videri sibi omnino, quod Deus majoris fecerit honorem & bonam famam suæ matris in ordine ad puritatem virginalem, quam fidem, ut ita dicam, suæ Divinitatis, eò quod à virginali matris suæ integritate, suæ quoque partus Divinitas apud homines commendatur; ac proinde S. Leo ait: *Inviolata virginittas concupiscentiam nescivit, materiam ministravit, assumpta est de matre Domini natura, non culpa*. In hujus declarationem adhiberi solet similitudo in lanam dilabentis pluvia cujusdam, maxime quando de Incarnatione verbi in utero Virginis consummata tractatur: *Descendet sicut pluvia in vellus*. In illamque Gedeonis vellere sive lana rore perfusa, puritas Virginalis significatur, cujus figuræ mysterium sanctus Chryzologus hinc verbis declarat: *Vellus cum sit de corpore, nescit corporis passiones; sic virginittas cum sit in*

Ser. 144

Novar.
6.9.

Hom. 2.
sup. missus
est.

carne, vitia carnis ignorat. Author quidam modernus admodum famulos, in quodam suo opere quod scripsit de vita virginis Mariæ intra uterum S. Annæ matris suæ, in hanc rem Odonis testimonium adhibet, dicentis : *Hujus virginis corpus etiam Angelicis præfero spiritibus ;* quam quidem propositionem valde miror, si enim dixisset : *Hujus virginis animam,* propositio nullam in se haberet difficultatem, at verò cum dicat : *Hujus Virginis corpus.* &c. quis illam non miretur? cum Angeli sint spiritus purissimi? & tamen verissima est hæc adducta propositio & negari non potest, siquidem Mariæ corporalis puritas, puritate omnium aliorum tam hominum quam Angelorum cœlestium superior omnino existit. Porro S. Bernardus paulo ante adductam lanæ similitudinem hunc in modum prosequitur : *Quod de carne consum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc vero area rore perfunditur carnem assumptam de carne virginis absque detrimento virginitatis ostendit,* in Diario Sacro circa hodie-

num diem oratio quædam ex Manuali Mariano decerpta legitur, cujus hæc sunt verba : *Nos nobilitate & illustra candore niveo puritatis, ut tuo filio placeamus, erigamusque cor nostrum amoris & puritatis templum, in quo habitare ipse dignetur, & nos lavare ab iniquitatibus nostris, ut super nivem dealbemur.* Et revera justum omnino & æquum est, ut hunc libellum supplicem Mariæ exhibeamus, ut videlicet in virtute hujus nivis immaculatæ suæ puritatis, qua Basilicam suam in suo nomine & honore erigendam delineavit, in nobis quoque hanc virginæ castitatis virtutem insinuare dignetur, ut filii sui templum effici mereamur : *Templum Dei quod estis vos, nec non templum sumus Spiritus sancti, siquidem Caste viventes templum sunt Spiritus sancti ;* ut hæc ratione ejus filiatione digniores reddamur, ipsamque veluti matrem nostram invocare possimus dicentes : *Monstra te esse matrem.*



Variae considerantur nivis proprietates, ex quibus qualiter nos castos conservare, & carnalis concupiscentiae ignem fugere debeamus, docemur.

DISCURSUS QUARTUS.

Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant. Sap. cap. 16. v. 22.

Prodigium hoc nivis quae hodierna die in medijs Caniculæ ardoribus hic in urbe Romana dilapsa est; in libro Sapientiae ad litteram expressum fuisse videtur, aër namque ex æstivi solis ardoribus vehementissime quidem candebat & incaluerat, & tamen ex altera parte frigus & candor hodie cœlitus dilapsæ nivis ignitis Solis in Leone positi radiis fortiter resistebat; ut proinde dici merito possit: *Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant.* Paulus de Palatio de Resurrectione Domini tractans, Angelum qui tunc in sepulchro visibilis apparuit, præcipue considerat, qui, ut sanctus Matthæus scribit, faciem fulguri, vestes verò nivi similes habebat: *Aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix*, & ingeniosè pariter notat similem prorsus speciem in Christo in ejus in monte Thabor facta transfiguratione vitam fuisse, siquidem vultus Christi splendidissimum Solem referebat, vestes autem ejus candidæ nivi similes erant: moxque inde natam movet difficultatem hisce verbis: *Interim quis non miretur simul in eodem contraria? an non contraria sunt fulguris ignis, & frigiditas nivis?* ac proinus respondet, mirum nequam esse, quod Angelus res adeo disparates in semetipso simul unitas videri fecerit, ut potè qui Christi resurrectionem, in qua res inter se plurimum distantes conjunctæ erant, annuntiabat: *Deitas & humanitas, Eternitas & tempus, Gloria & afflictio, immortalitas & mors, cælum & terra;* enimverò ut ad proprium nostrum redeamus: *Quis non mire-*

tur simul in eodem contraria? an non contraria sunt fulguris ignis, & frigiditas nivis? equidem non dubitò, quin si quis hodiernâ die in monte Esquilino Romæ constitutus, eundem partem frigidâ & gelidâ nive, quæ ignitis Solis ardoribus quos in Leone constitutus de se vibrat, multum resistit, totaliter consperlum videret, id ipsum inauditi prodigii loco habiturus esset; *nix & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant*, & tamen idem prodigium sæpenumero contingere videmus, qui in sinu suo ardentem concupiscentiæ ignem, id est, innatum nobis sensualitatis fomitem sustinentes, nihilominus ob conceptum continentie & castitatis, & nonnumquam etiam virginitatis amorem & zelum *sustinent vim ignis & non tabescunt*, neque enim nix castitatis ab hoc igne resolvitur, sed pura & immaculata conservatur. Enimverò ut modum huic igni resistendi, & hujus adeo raræ virtutis candorem conservandi ediscere possimus, in reliquo hujus discursus varias nivis conditiones consideremus.

1. *Nix autem & glacies.* Haud difficile est probare, quod nivis nomine Spiritus sanctus in pluribus scripturæ locis castitatem nobis insinuet; *Candidiores nive;* ubi Hugo Cardinalis ait, *per nivem castitas designatur.* Porro nivei candores & trigus suum è cœlo deducunt, atque ab illa superna regione, prouti per quotidianam experientiam videmus, ad nos descendunt: in qua quidem proprietate, nobis haud obscure significatur virtutem hanc peculiare DEI donum esse cœlitus nobis insinuatam, ac proinde eandem soli Deo in acceptis referri debere; unde idem

Math. 28.

levem 4.

Sap. 8. 21. idem Higo subjungit: *Quia sicut nix ex alto descendit, sic nullus castus est nisi ex dono speciali DEL. Et ut scivi (verba sunt Sapientis) quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum;* Apostolus quoque postquam dixisset, *habemus thesaurum istum in vas fictilibus*, subjungit, dicens, *ut sublimitas sit virtutis DEL & non ex nobis*. Nobis quidem est pro hujus thesauri custodia omni cum studio & diligentia cooperandum, verum tamen nunc nostra cooperatio ad illius conservationem utilis erit, quando nos illum à DEO accepisse grato animo cognoscamus, eique laudes gratias debitas referemus.

2. Cor. 4. 7

3. *Nix & glacies sustinebant vim ignis*. Ad hoc ut nives per radios solares vel ignis calorem non colliquefcat & dispareant, necesse est illas ab utroque subducere, & in loca subterranea collocare, nec non à pluviis, ventis, aliisque similibus aeris temporumque injuriis custodire: id ipsum pariter ad continentiam virtutem, præcipue in fragiliori sexu custodiendam, efficax valde remedium erit, omnino enim necesse est, ut in solitudinem se recipiat ab omnium aliorum, virorum præcipue oculis abscondatur, illorum quoque conversationes, aliasque omnes divagationes fugiat & declinet. Jeremias Propheta postquam dixisset, *Candidiores Nazarei ejus nivem nitidiores lacte*, protinus solum vertit nobisque hanc nivem in nigros carbones mutatam representat, dicens: *Denigrata est super carbones facies eorum*. Causam hujus tam lubitæ mutationis scire desideratis? in promptu est, quia (ut immediate subdit) *non sunt cogniti in plateis quasi diceret, ideo hoc eis accidit, quia passim in plateis cum quovis obvio non habito sexus discrimine conversari, & sine ulla verecundia vagari voluerunt, obscænis quoque phantasmibus quæ hunc thesaurum, utpote qui ut conservetur, abscondi postulat, insensibiliter nobis adimunt, facilem adjum indulferunt*. Nazianzenus virginem quamdam ad puritatis conservationem exhortari volens, hoc ei salutare monitum præscripsit: *Mortua sis cunctis aliis veluti que sepulta*; verum inquires, numquid sancto illi Doctore sufficiebat dicere, mortua sis? cur igitur insuper addit, *veluti que sepulta*, eo ipso quo mortua erat omnium sensuum suorum usu destituebatur,

Thren. 4. 8

merito igitur pro honestatis conservatione velut mortuum esse sufficere videbatur. Verum quidem est, mortuus non audit, non videt, non loquitur, non tangit, hæc tamen omnia Nazianzeno ad explicandam exquisitam & studiosam pudicitiam custodiam non sufficiebant, quia nisi mortuus sub terra sepultus delitescat, tamen ipse non videat, ab aliis tamen videri potest, imo cadavera de indultria spectanda exponuntur, ac passim per civitatis plateas ab omnibus videnda circumferuntur. Sanctus igitur Doctor dicere voluit, quod ad hoc ut nix hæc puritatis, maxime in sceminis omnino illæsa, candida & frigida conservetur, non sufficiat, quod in seipsa appetitum aliquem minus honestum sibi prædominari non permittat, verum etiam quantum possibile est omnes alii ipsam desiderandi occasionem à medio tollere debet, vivendo solitarie, nec permittendo se ab aliis frequenter videre; is enim qui mortuus est, videri & tangi ab aliis potest, donec sub terram sepeliatur. Tertullianus de velo virginum scribens ita ait: *Statuendum Lib. de ve- esse sacris Virginitibus pudoris murum, qui nec lo virg. proprios emittat oculos, nec admittat alienos; cap. 6.* Etenim tamen Virgines nihil perdant desiderando, multum tamen perpendi periculum subeunt, dum sibi non cavent, ne ab aliis desiderantur. Honestas delicatus quidam calor est, qui aerem subire formidat; est lucidissima & lymphida quædam crystallus, quæ eorum qui mentem ex lascivia contaminatam habeat, solo impuro obtutu contaminatur. Nix intra noctis tenebras illæsa conservatur; in illius obscuritate candor ipsius constanter perseverat, at vero ad radios & claritatem lucis solaris resolvitur & disparet; ut vel hinc intelligas, quod innocentia & puritas virginalis tanto securius custodiatur, quanto nix illa puritatis ab aliorum oculis studiosius absconditur.

4. *Sustinebant vim ignis*. Nivi proprium est, quod manibus contractata candorem suum amittat; similiter si Solis vel ignis calorem experiatur, dissipetur, sicut etiam quod vento australi spirante liquescat; alteri quoque materiam permixta dissolvatur, vel saltem candoris nativi subeat jacturam; Idem quoque mysticæ huic castitatis nivi accidit, utpote quæ tanta cum facilitate perditur aut amittitur, nimirum lasciviam quandam cogitatio-

gitationem voluntariè admittendo , vel per tactum aliquem inhonestum , aut denique per verbum aliquod obscenum malo fine , vel cum gravi scandalo prolatum. Unde sanctus Hieronymus ait: *Tenera res in fœminis fama pudicitia. quasi flos pulcherrimus cito ad levem marcescit auram, levique flatu corrumpitur, maximè ubi & aetas consentit ad vitium.* Temeritas utique esset , ne dicam stultitia, si quis crederet nivem in solis radios exponi posse absque eo quod dissolvendi & pereundi periculum subeat, quia natura effectus suos infalibiliter & eodem modo producit: Eodem quoque insolens nimis præsumptio foret, si tibi persuasum haberes , quod licet in medio eses incentivorum, occasionum, obscœnorum discursuum, impurorum obtutum, perversarum societatum , aharumque similium tentationum, continenter tamen te perpetuo vivere posse sperares. Enimvero sanctissima Virgo non quidem ex natura sua , sed ex gratia omnis peccati incapax erat, utpote quæ in primo conceptionis suæ instanti in gratia confirmata erat, imo nonnulli in eodem instanti temporis fomitem ad peccatum in ea ligatum fuisse existimant, licet probabilior sit aliorum opinio , fomitem in ea totaliter extinctum esse docentium, adeo ut ne vel minimam unquam inclinationem ad culpam in se persenserit, non solum quoad actum , quem scholæ, secundum, appellant, verum nec quoad actum primum. Et ratio est, quia hæc fomitis extinctio in majorem ejus puritatem redundat , & tamen certissimum est, quod cum hac impeccabilitate , cum hac inculpabili innocentia ab omnibus sibi studiosissimè caverit peccandi occasionibus etiam remotissimis , prout in toto vitæ ejus decursu facilè licet videre. Sanctus Job scribit: *Qui timent pruinam, irruet super eos nix,* quod in sensu morali idem est, ac si diceret; qui omne peccandi periculum , omneque offendiculum timent , qui semper sibi metunt , ne cadant, illis superadveniet & afficiet illos nix honestatis & candoris virginalis. Sanctus Hieronymus, & omnes alii Hebraicæ linguæ periti docent, quod ubi juxta vulgatam lectionem in Isaia scribitur: *Eccæ Virgo concipiet;* juxta Hebraicam lectionem legatur *Virgo reclusa,* sive solitudini dedita; unde Angelus beatam Virginem in sua cella reclusam invenit, &

quando domum sancta Elifabeth petebat; dicit Sacer textus, quod *abiit in montana cum festinatione;* quibus verbis non solum ejus sollicitudo & fervor circa opera pietatis exprimitur, quæ in ea relucebant, dum Elifabethæ jam gravida ministratura in ejus domum concessit, verum etiam declaratur ejus cura, qua parum in publico videri satagebat. Sancta Birgittæ inter cætera revelatum fuit beatam Virginem in eo tempore, quo in templo commorata fuit, procul à quorumlibet hominum, etiam patris & matris communicatione remotam fuisse, eandemque circumspeditionem circa seipsam etiam eo tempore continuasse , quo sancto Josepho desponsata fuit; hancque fuisse unam ex causis, cur Angelo coram ipsa comparente protinus adeo turbata fuerit, quia tamen tanquam Angelorum Regina eorum societate fidelique obsequio sæpius honorata fuerit, non tamen ei in forma aut specie apparebant humana, in quali Gabriel coram ea in illa functione apparuit; adeoque turbata non ex alicujus mali timore vel suspitione, sed ex mera virginali verecundia ex zelo solitudinis suæ derivata, utpotè quam studiosissimè observabat, adeo ut etiam ipsosmet Angelos purissimos illos spiritus suspectos haberet. Sanctus Hieronymus hoc exemplo usus est ad Eustochium Virginem scribens, dicendo, quod ex hoc Angelico nuntio & apparitione turbata & attonita fuerit, eo quod à nullo unquam viro salutari solita fuerit. Et hinc est, quod etiam sanctus Bernardus salutare hoc documentum Virginibus tradiderit, videlicet curandum illis, ut nunquam de sua virginitate securas esse atbitrentur, sed potius à quavis umbra sibi metuere debeant; & ut quævis pericula evadant, etiam ibi pericula timere debeant, ubi revera nulla sint. Sanctus Lucas de beata Virgine Maria trimestri cum cognata sua commorante scribit: *Mansit autem Maria cum illa quasi tribus mensibus, & reversa est in domum suam.* Circa quæ verba multi sacri interpretes in ea fuerunt opinione (licet opposita sententia communior, & inter sanctos Patres vulgatiores sit) Beatam Virginem ante partum è domo sua recessisse, ut concursum fugeret parentum & amicorum eam parturientem visitare, eique de Divino, & benedictio

Lib. 3. ep.
ad Sal.

Job. 6. 16.

Luca 1. 39.

Luca 1. 56.

nedicto fructu ventris sui congaudere & congratulari volentium, cum tamen illa se subducere, & à quorumlibet hominum oculis abscondere se maluisset, quoadusque id ipsi concedebatur; & quidem licet nullus eam strepitus à sancta ejus recollectioe impedire potuisset, se tamen ab hominum caterorum confortio subducere, illudque ad nostram doctrinam eligere voluit, quod exactæ honestatis & puritatis suæ custodiæ conformius esset.

5. *Sustinebant vim ignis.* Est & alia nivis proprietas, nimirum frigus in summo gradu intentum, id quod herbas, flores, arbores, aliaque terræ gramina mortificare, ac proinde iidem damnum conciliare videtur, nequaquam tamen id præstat, quin potius iidem valde utilis est, magnaque emolumenta in internis præstat; dum enim virtutem nutritivam ad earum radices colligit & unit, easdem intra terram profundius penetrare et solidare se facit. Unde in Isaia scribitur: *Nix descendit de caelo, & inebriat terram, & germinare eam facit.* Quisquis enim hanc nivem carnalis concupiscentiæ igni resistere desiderat, manum suam mortificationi corporisque macerationi admoveat, eandemque ad

passiones & appetitus internos domandos extendat necessum est; hinc est quod ubi nostra vulgata legit: *Apprehendite disciplinam*, S. Hieronymus legit: *Adorate purè*, id est, *adorate puritatem*. Etenim virginitas quidem liliū quoddam est, sed inter spinas excrescens; inter spinas namque virginitatis liliū istud progerminat. S. Bonaventura in vita S. Francisci de hoc Serafico viro scribit: *Tempore brumali in foream glacie plenam seipsum plerumque mergebat, ut & domesticum sibi hostem perfectè subigeret, & candidum vestimentum pudoris à voluptatis incendio præservaret, tolerabilius viro spiritali fore incomparabiliter assererat, magnum sustinere frigus in carne, quàm ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in carne.*

6. *Sustinebant vim ignis.* Enimverò quod si ab hoc igne illi manere cupimus, oculum nostrum imprimis refranare & coercere debemus. Abulensis de nive scribit: *Propter magnitudinem lucis participata radios aliquos emittit, & idè oculos offendit.* Hæc enim nix, hic candor, id est, zelus, quo nos castos & puros conservare studemus, oculos nostros obfuscatur, minusque honestam curiositatem mortificat.

Cap. 5. n. 3.

Lib. 4. in
Matt. c. 17
qu. 45.

Aliæ nivis proprietates & conditiones hodiernæ festivitati adaptantur.

DISCURSUS QUINTVS.

Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit illum, animam ejus requiescere facit.

Prov. 25. v. 13.

I. **D**um occasione hodiernæ festivitatis, quam de Nivibus Basilicæ S. Mariæ Majoris celebramus, in adductum in assumpto themate Proverbiorum textum fortuito incidit sem, mox an huic mysterio congruè adaptari *Mansi Sanctuarii Tom. III,*

posset, serio cogitavi, moxque inveni quod septuaginta interpretum versio, illius ad nostrum propositum intelligentiam plurimum faciliat; siquidem in quo similitudo illa posita sit, optime declarat, ita namque legunt: *Sicut eruptio nivis messis tempore ardorem restringit, estuque laborantibus grata existit; ita fidus legatus his qui miserunt illum.* Quasi juxta illos Spiritus sanctus

Q

sanctus diceret: quemadmodum nives in excessi-
vis hisce caloribus magnam hominibus refocil-
lationem exhibent, eodem quoque modo legati
alicujus habitas & fidelitas valdè illum conso-
latur & recreat, qui pro suorum expeditione ne-
gotiorum misit illum: *Siquidem animos illo-
rum, qui illo ussuerant, recreat & refocillat.*
Porro animi cujusdam perplexi & dubi solici-
tudo & anxietas æstivo calori haud immeritò
comparatur, utpotè qui etiam non modicam in
patientibus eundem anxietatem & impatientiam
causat, ac proindè sicut nives frigore suo in his-
ce Solis excessivis caloribus magnam nobis re-
creationem afferunt, eò quòd nos suaviter refri-
gerant, ita quoque vir expertus & prudens, qui
nobis incumbens, nosque premens magno mo-
menti negotium ad felicem usque finem perdu-
cit, magnæ nobis consolationis & quietis est in-
strumentum: *Animam ejus requiescere facit.*
Verùm non immeritò hinc quispiam dicere posset,
quoniam modo adducti Scripturæ loci jam tra-
dita expositio, cum eo mysterio convenit, quòd
nobis hodiernâ die ob oculos ponit sancta ma-
ter Ecclesiæ? Audi, si placet. Inprimis tamen
messis tempus jam elapsum esse negare non pos-
simus, certum tamen etiam est illam non adeò
dudum, sed diebus proximè præteritis comple-
tam fuisse; ex alia verò parte frigidam nivem
magis copiam cœlitus delapsam quandam Ro-
mani collis partem contexisse videmus, seu potius
admiramur & obstupefcimus, ideoque tem-
pus messis cum frigore nivis suo modo simul
in uno loco conjuncta fuisse videmus. Præ-
terea duo illi conjuges, quorum in lectionibus
hodiernis specialis facta est mentio, solliciti &
anxii suspensisque animis hærebant, quia cum
de ipsam Virginem facultatum suarum consti-
tissent hæredem, perplexi hærebant, quam
in re easdem facultates in ejusdem Virginis ho-
norem applicaturi essent: *Ab ea summi præci-
bus assidue petentes, ut in quod pium opus eam
pecuniam potissimum erogari vellet, aliquo mo-
do significaret.* Ac proindè ipsa ambobus con-
jugibus, necnon summo Pontifici Liberio in
somno separatim apparuit, isdem voluntatis suæ
esse declarans, ut suam hæreditatem in eccle-
siam quandam in ejus honorem erigendam im-
penderent, idque in loco quem ipsa luculento
satis signo designatura esset; at verò quòdam
ecclesiæ alius erigendæ signum fuisse existima-

tis? *Sicut frigus in die messis, ita. &c. ut
quem locum nive conspersum viderent, in eo
ecclesiam adificarent, quæ Maria Virginis no-
mine dedicaretur.* Verùm quòdam in eo la-
tere putatis mysterium, quòd templi sui idæam
per delapsam cœlitus nivem designare aut deli-
neare voluerit, nisi quia in eadem nive varia sæ-
que præstantissima illius exprimantur elogia, ob
quæ ipsa tam in cœlo quàm in terra devotissimè
adoratur? Agedum igitur hoc tempore de nive
paulisper discurremus, quippè quæ *æstu labo-
rantibus grata existit.*

1. *Sicut frigus nivis.* Nix per candorem &
frigus suum puritatis speciale symbolum existit
id namque præ cunctis aliis candore fulgentibus
peculiare habet, quòd sit candida intus & foris,
ex omni sua parte; non enim est veluti paries
quidam solum extrinsecus alba, sed quicquid in
sua substantia habet, æqualem præ se candorem
refert; & ideo virginitatem Mariæ aptissimè no-
bis repræsentat, de qua dicitur, quòd fuerit *Vir-
go antepartum, in partu, & post partum*; de
qua etiam sponsus testatur dicens: *Tota pul-
chra est.* Ita pariter Hugo Cardinalis nivis can-
dorem honestatis virtutis adaptat, dum ait: *Nix In Cap. 4.
candorem habet & refrigerium, quorum con-
traria sunt in peccato luxuria, turpitudine &
ardor; candor nivis contra turpitudinem, re-
frigerium contra ardorem luxuria.*

3. *Sicut frigus nivis.* Missis tempore magnus
semper æstus viget ex continuo ardente ex So-
lis radus aère; ac proindè mirum hoc tempore
vides prodigium, si hoc tempore cum Solis in
leone existentis igne simul jungantur frigus, ge-
lu & glacies nivis, quòd admirabile illud & præ-
sus prodigiosum vinculum significat, quò in Ma-
ria virginitas & fecunditas pariter conjungan-
tur, quòd illis verbis clarè exprimitur: *Eccæ vir-
go concipiet, & pariet filium.* Dicitio enim *Eccæ*,
prodigium, stuporem, seu rem aliquam insolitam
denotat; & quidem maternitas in æstivis ardori-
bus repræsentatur; virginitas autem in frigore
& candore nivis. Enimverò alia insuper est ni-
vis proprietas, videlicet quòd terram per quan-
dam antiperistatim calefaciendo eandem impio-
get, & fertilem efficiat. Undè doctus quidam
S. Jacobi interpret dicit: *Nam suâ frigiditate Bolduch
animam terra exhalatione evanescentem in-
cludit & comprimit retroque agit in vires fru-
u. 6.
gum atque radices. Undè dicitur: Qui dat ni-
vem*

uem sicut lunam. Ideam res verò Author hanc nivi proprietatem sanctissimæ quoque Virgini accommodat dicendo, ipsam ad instar nivis ratione virginitatis suæ frigidam fuisse, secundam autem Dei Filium sine ullo integritatis suæ damno generando: *Nix in quantum Virgo sed sicut lana lanamque vestimentum, quo Verbum Patris vestivit humanitate, et fovit in gremio,* Maternitas virginitatem nec quicquam minuit, sed adauget potius; & hinc est quòd Ecclesia simul & conjunctim cum puritate & integritate titulum ei attribuit Matris, dicendo: *Mater purissima, Mater castissima, Mater inviolata, Mater intemerata,* id quod encomium illius est singularissimum eidem lumè acceptum. Unde S. Philippus Neri hinc attribuit per modum jaculatoriæ orationis uti solebat, suoque devotos erudire solebat, ut frequenter hæc verba in modum coronæ repeterent, scilicet: *Virgo & Mater.*

4. *Sicut frigus nivis.* Nix instar spongiæ cuiusdam porosa est, & superinfusam sibi aquam imbibit avidè, ac demum compressa notabiliter dimittitur; qua proprietate etiam beatissimæ Virginitatis excellentia mirificè illustratur. Hæc enim tametsi divinarum gratiarum aquas tantâ copiâ imbiberit, ut nullus in eisdem aliquid participiû habere possit, nisi ad illam devotissimè confugiat, juxta doctrinam S. Bernardi superius allatam; hæc tamen thesaurorum cœlestium opulentia non obstante, simul etiam humilissima fuit: nam quando in Dei altissimam Matrem, omniumque Angelorum Imperatricem electa fuit, semetipsam velut exinanientem dicebat: *Ecce ancilla Domini.* Porro divinam gratiam in nive figurari, ex illo Jobi textu satis manifestè colligitur, quo dicitur: *Si locus fueris quasi aquis nivis.* Ehem quot animæ Maria mediante in salutaribus hinc divinæ gratiæ aquis mundandæ forent, si quovis tempore, & in quavis necessitate ad ejus templum candida hæc nive hodie delineatum confidenter recurrerent!

5. *Sicut frigus nivis.* Quemadmodum nix lanæ instar in terram descendit; *Qui dat nivem sicut lanam,* idque sine omni profusis strepitu, non verò cum sonoro murmure, sicut aqua vel grandio in terram descendere solet. Unde Martialis canit: *Aspice quàm densum tacitarum vellus aquarum decidat.* Sicut etiam eadem nix æqualiter terram contegit, ita quoque B. V. Maria suas pro nobis intercessionem omni cum beni-

gnitate interponit, suamque materna compassione uniuscujusque necessitatibus sine ulla personarum acceptione æqualiter subvenit. Considerari quoque hoc loco possit, quod per nivem instar lanæ vellere descendente æterni Verbi partus denotetur, de quo canit sancta mater Ecclesia hinc verbis: *Sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum;* idque sine ullo strepitu; nam dum quietum silentium contineret omnia, omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus venit. Et merito filius Mariæ Virginis in suo in hunc mundum felicissimo adventu in hac nive præfiguratur; siquidem cunæ ejus, in quas post sui nativitatem collocandus erat, in hac ecclesia per nives delineanda & effigianda, suo tempore conservari debebant; ideo enim appellatur *sancta Maria ad præsepe,* quia videlicet præsepe, super quod hæc candidissima nix, seu potius ros hic cœlestis descensus erat, hic velut in perpetuo sacrario sive deposito custodiri debebat.

6. *Sicut frigus nivis.* Nix quoque hac proprietate prædita esse noscitur, quod refrigeret aut refrigerium præstet pariter & per antiperitissimam calefaciat, adeo ut dicere possimus, quod licet hoc templum super frigidis & gelidis nivibus erectum fuerit, in eodem tamen templo per beatissimæ Virginitatis intercessionem in innumeris animabus concipiatur ignis divini amoris, necnon peculiare in tribulationibus & adversitatibus eorum percipiatur solatium atque subsidium, dum videlicet ad illam fiducialiter confugiunt, quæ est *consolatio afflictorum;* quot enim in hac solempni Basilica in humani generis beneficium non sunt patrata miracula? in quot peccatoribus, ejus protectione mediantem, carnalis concupiscentiæ ignis suppressus fuit?

7. *Sicut frigus nivis.* Nivi proprium est quòd omnibus feris admodum damnosa existat, tum quia pascua ipsarum contegit, tum quia in nivibus inambulantes per impressa ipsarum vestigia venatoribus sese produnt ubi degant, qui proinde earum in nivibus relicta vestigia sequentes facilius easdem deprædantur; & ecce tibi aliud quoddam mysterium, ob quod Mariam per nivem præfigurari dicere possumus: suos namque devotos à fraudibus & insidiis leonis infernalis, qui animas nostras devorare fatagit, prudentissimè contegere novit; undè ob singularem ejus prudentiam, *Virgo prudentissima*

Q 2 nomi:

Job. 9. 30.

Pf. 147. 16.

Lib. 4.
epig. 41

Sap. 18. 14.

nominatur, quam etiam omnibus ad se confugientibus in eo manifestat, quod occultos diaboli laqueos discooperiat, ut hoc modo detecti facilius evitentur; ita enim fecit quando caput serpentis, quod plantis ejus insidiabatur, omnino contrivit: *Ipsa conteret caput suum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.*

8. *Sicut frigus nivis.* Nix multa loca aliàs fordida & simo plena candore suo adeò contegit, ut qualia revera sunt, minimè compareant: sic quoque Virgo beatissima, quæ gloriose hoc titulo, *Refugium peccatorum*, decoratur, innumeras suâ intercessione ad pœnitentiam revocando peccatrices animas, solum tot conscientiarum paulò antè tam abominandis peccatis fordidarum per nivem veræ cujusdam pœnitentiæ ad integritatis candorem reducit, adeò ut adimpleatur illud Isaïæ: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur*; hæc quoque nix charitatis suæ illud antè adeò deformem & foetidum simum totaliter contegit, quia *charitas operis multitudinem peccatorum*, Congruentissimè Deipara Virgo mulierem illam fortem, cujus in ultimo capitulo Parabolarum Salomonis fit mentio, præfigurari dicitur; de hac namque inter cætera scribitur: *Non timebit domus sua à frigidibus nivis.* Quem locum Beda exponens ait: *Possunt etiam per frigoram nivis tormenta aeterna intelligi, qua igne & frigore mixta esse legimus, juxta illud Jobi: Ad calorem nimium transibunt ab aquis nivium.* Enimverò quisquis sub ejus patrocinio vivit, illique Basilicæ devotus est, quæ hodiernâ die à devotis illis conjugibus Romanis per eorum hereditatem Deiparæ relictam erecta fuit, is utique ingens salutis suæ pignus sibi comparabit; advertenda autem est ratio, quæ Sapiens reddit, cur videlicet nequaquam timebit frigus aut gelu nivium. hæc videlicet: *Omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus; vult enim beatissima Virgo per fortem hanc mulie-*

rem designata, ut familiares & servi sui, ad ejus imitationem duplici sint habitu vestiti; unde S. Bonaventura ait: *Mariam induite quorquò in Psal. diligite eam*; quibus verbis vult, ut devotio, quam ei exhibeamus, non solum in verbis, sed in operibus pariter consistat: *Luceat in moribus, splendeat in actionibus.* Richardus à S. Laurentio ait: *Vestiti sunt duplicibus, id est, diversis virtutum generibus; vestes servorum Maria sunt fides & operatio; fides vestis interior, qua ornat animam coram Deo; operatio exterior, qua coram proximo; tandem verò de tepidis concludens ait: Negligenter servientes Maria vestiuntur sicut diploide confusione suâ.*

9. *Sicut frigus nivis.* Nix apud Isaïam pro speciali expiationis peccatorum nostrorum simbolo accipitur. Dicitur enim ibidem: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt;* ac proinde David post peccatum ad pœnitentiam rediens, à Deo postulat dicens: *Lavabis me & super nivem dealbabor.* S. Gregorius super illa verba à nobis in primo Discursu considerata: *Nunquid ingressus es thesauros nivis, ita scribit: In nive frigida accipimus corda peccatorum, sed quia omnipotens Deus de talibus sanctos suos elegit, aptè thesauros nivis se habere perhibet.* Quot hæcenus peccatores per Virginis intercessionem, præcipue in hac Basilica per hæc nives in ejus honorem consecrata, ad pœnitentiam reducti fuere? *Frigora nivis* Richardus à S. Laurentio interpretatur *gelicidium peccati.* Hoc autem gelu, hæc frigidæ nives per Virginis intercessionem adeò colliquefactæ & resolutæ sunt, ut multi qui antè dæmonis prostibula erant, facti sunt viva templa Dei optimi maximi. Cui honor sit & gloria in sæcula sæculorum.

Amen.

D E

S. LAURENTIO

MARTYRE

DISCURSVS OCTO.

- DISCURSVS I. S. Laurentium pluribus modis Martyrem dici potuisse, etiam priusquam martyrio afficeretur, clarè ostenditur.
- DISCURSVS II. De S. Laurentii martyrio sub Triumpho symbolo tractatur ad Invitatorium in Matutinis dictum alludendo.
- DISCURSVS III. Declaratur qualiter igniti carbones peculiari refrigerio S. Laurentio extiterint.
- DISCURSVS IV. De confusione tyranni, utpotè quem S. Laurentius fortitudine sua gloriosè devicit ac derisit.
- DISCURSVS V. De S. Laurentii patientia, & in martyrio exhibita lætitia, deque aliis ejus virtutibus.
- DISCURSVS VI. De immensa gloria, quæ S. Laurentio ex suo martyrio tam in cælo quàm in terra obvenit; deque beneficiis, quæ per illud in Ecclesiam redundarunt.
- DISCURSVS VII. Ignem divini amoris, qui in corde S. Laurentii flagrabat adversus ignem, quo à tyranno ustus fuit, mirè prævaluisse ostenditur.
- DISCURSVS VIII. De S. Laurentii martyrio sub figura sacrificii cujusdam tractatur; undè nonnulli veterum sacrificiorum ritus considerantur, ex quibus S. Laurentii sacrificium holocaustum fuisse comprobatur.

S. Laurentium pluribus modis Martyrem dici potuisse, etiam priusquam martyrio afficeretur, clarè ostenditur.

DISCURSVS PRIMVS.

Laurentius ingressus est Martyr, & confessus est nomen Domini Iesu Christi.

1. **G**Loriosissimi Levitæ Laurentii specialissima & eximia laus illa fuit, qua illum sancta mater Ecclesia honoravit, dum illi hunc Martyris titulum attribuit, priusquam ad tot tormentorum carnificinam expositus fuisset; dicit enim: *Laurentius ingressus est Martyr, & confessus est nomen Domini Iesu Christi.* Enimvero quodnam in eo latet mysterium, quod Archilevita noster Martyr appelleretur, priusquam inter atrociam martyrii sui instrumenta Christi fidem confessus fuisset? Sunt nonnulli qui dicere voluerunt, idem esse *ly Martyr*, quod *ly Martyrium*, ut sensus sit: *Ingressus est locum martyrii, & confessus est nomen &c.* Veruntamen si inignes meritorum heroicarumque virtutum suarum prerogativas non nihil propius examinare voluerimus, inveniemus utique Levitam hunc se hoc præstantissimo Martyris titulo multis variisque modis dignum reddidisse, tamen si martyrio nondum coronatus esset.

Serm. 2. de Mart.

2. *Ingressus est Martyr.* S. Augustinus in *Serm. 2* de Mart. protestatur se absque ullo gloriae Martyribus debita præiudicio, dicere posse, ipsorum merita in iis quoque reperiri, qui suum pro Christo sanguinem & vitam minime prodegerunt; *Absque injuria Sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat, carnem affluxisse, libidinem superasse, avaritia resistisse, de mundo triumphasse pars magna martyrii est;* ac proinde de S. Laurentio dicere possumus, quod is victicem hanc palmam per lon-

gum annorum circulum sibi insecuerit. Et quidem quod corporis sui mortificationem, & consequenter puritatem ejus attinet, S. Laurentius S. Stephano par & æqualis fuit; ac proinde ambo pariter à sancta matre Ecclesia, velut ejus Archidiaconi, iisdem honoribus, solemnitate, officio divino, & octavâ glorificati fuere; imò in creata Dei Sapientia: quæ omnia cum altissimo consilio disponit, eosdem in uno eodemque sepulchro aservari & conjungi voluit. S. Leo Pontifex ipsum immaculatum appellat, prouti in Marutinalibus lectionibus legitur: *Postulat ab immaculato sacrarii Prasule opes Ecclesiasticas, cui Levita castissimus, &c.* Dionysius Carthusianus de eo scribit: *Florem juventutis sua obtulit Christo.* Neque mirum est eum in hac virtute adeò eminentem fuisse, quando ad ejus officium spectabat Agni illius immaculati sanguinem dispensare: *Cui commisisti Domini sanguinis dispensationem*, qui sanguis *vinum est germinans virgines*, Qui proinde sanguis, quo sæpenumerò inebriamur, in florido ætatis suæ Aprili, in summo deliciarum suarum, quæ in ejus libertate positæ erant, culmine, inter ipsos corporalis pulchritudinis suæ stimulos, omniaque carnalis ignis incentiva penitus extinxit; ac proinde Spiritus sanctus, qui hujus virtutis continentiae competens iudex est, Ecclesiæ sponse suæ inspiravit, ut sacerdotibus inuentum corporis & sanguinis Christi sacrificium offerentibus præciperet, ut S. Laurentii semper ante sacrificium patrocinium invocent, ad hoc ut se mundos & castos eosque conservare valeant, dicentes: *Da nobis qua-*

Serm. 2. de S. Laurentio

mus Domine vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Idemmet Carthufianus ulterius scribit: Singulariter verò Diaconis & Clericis omnibus proponitur S. Laurentius in exemplum, ut ejus devotionem & castitatem sectentur. Secundò dicit S. Augustinus: Avaritia restitisse pars magna martyrii est. Atque ideò cum S. Laurentius omnes ecclesie thesauros in manu sua habuerit, adeò ut de illis pro suo posset beneplacito disponere; ex altera verò parte S. Cyprianus dicat: Pecunia anima & sanguis est mortalibus; imò communi proverbio denarius secundus sanguis appellari solet, consequens est, ut quisquis se pro amore Dei temporalibus bonis privat, de eo certo quodam modo dici possit, quòd sanguinem suum effundat, adeoque aliqualè saltem martyrii meritum habeat; ac proinde subjungit, quòd hisce dabit Deus coronam candidam; at verò in persecutione purpuream. Hunc sanguinè, hancque animam, cujus S. Cyprianus meminit, diu antè prodegit & effudit, quàm à carnificibus dilaceraretur. De thesauris ab eo pro ejus arbitrio erogatis dicitur: Dispersit, dedit pauperibus, tametsi probè sciret, quòd hic tyrannum ad levitiam in eum ferociter exercendam irritaturus esset, adeoque S. Laurentius avaritiam vincendo suum est exorsus martyrium. Tertium denique meritum, quod S. Augustinus martyrio sine sanguine perperlo attribuit, hisce verbis describit, dum ait: De mundo triumphasse, pars magna martyrii est. Porro idemmet sanctus Doctor alia quòdam verba in alio quòdam sermone suo habet, quæ proposito nostro aptissimè quadrant; dicit enim: Non illo tantum tempore perfecit præceptum Domini, quo confessionis supplicium pertulit, necesse fuit martyrem non solum fuisse cum passus est; sed etiam tunc martyrem Dei fuisse, dum viveret. Et quidem tametsi nobis nihil eorum conflat, quæ in adolescentia annis quæ suis juvenilibus patravit, attamen ex heroicis ipsius virtutibus, quæ in ejus martyrio resplenduerunt, facili negotio deducere licet, quacum perfectione & sanctitate tenuioris quoque ætatis annos traxerit: Tanto cum studio (scribit de ipso alius quidam B. Laurentii) Martyrium circumibat cryptas, sanctorum lavabat pedes, carcerum aperiebat oculos, lucrabatur animas Christo, atque flagrabat amore martyrii.

3. Ingressus est Martyr. Jam Martyr exiens, supplicii perpeffutus acerbissima, catenam conscendit; prius enim, ut suo loco videbimus, vicit & superavit tyrannum, palmarumque martyrii promeruit, quàm sanguinem funderet: prius Martyr fuit in desiderio, eoque adeò ardenti, ut simile in nullo alio, quantumvis generoso Christi athleta, eluxerit: imò æque gloriosus martyr extitit, priusquam supplicii subjiceretur, quàm postquam ab illis toto corpore dilaceratus esset. Audiatis velim lucam à S. Ambrosio relatam, quam cum S. Sixto Papa habuit, eò quòd is eum ad patibulum secum non conduxerit: Quòd progredis sine filio Pater? Singula obsecro motiva maturè ponderemus, quibus Archilevita noster sancto Sixto efficacissimè persuadere conatus est, ne se in cruenta hac pugna post se reliquum esse permetteret: si enim perorasse fecit:

Quòd sacerdos sancte sine Diacono properas? nusquam sine ministro sacrificium offerre consueveras.

Num quid in me ergò displicuit Pater? num degenerem probasti? experire certè utrum idoneum ministrum elegeris.

Cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortium Sacramentorum concessisti, huic consortium tuum sanguinis negas? vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur.

Abjectio discipuli detrimentum est magistri; quid? quod illustres & præstantes viri discipulorum certaminibus magis quàm suis vincunt.

Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum pramisit, & tu Pater ostende in filio virtutem tuam, offer quem erudisti, ut securus iudicis tui comitatu nobili pervenias ad coronam. Certè si sanctus Laurentius ambitione permotus sancto Sixto quævisset succedere, aut verò triplicatum illud diadema vertici suo imponere desiderasset, nunquam ad sacrum Pontificem convincendum tantam adhibere facundiam potuisset, quali usus est, ut à Pontifice obtineret, quatenus ipsum unà secum ad mortem sustinendam conduceret. Sanctus Cyprianus in loco quodam ostendit, tres pueros Babylonicos, tametsi ab igne fornacis ardentis præservati fuerint, non tamen adeò palmam privatos martyrii fuisse, eò quod

Lib. 1. offic.
c. 41.

Serm. 32.

Laurentius
Iustinus.

Epist. 18.

quod fornacem animosè & libenter fuerint ingressi, quis igitur non diceret S. Laurentium eadem proportionè Martyrem quoque fuisse voluntatis & meriti; siquidem hic tantoperè affigebatur & dolebat, eò quòd tormentorum & pœnarum martyrii S. Sixti non posset reddi particeps. Verùm adhuc alia superest ratio, ob quam de S. Laurentio asserere possumus, quod tactam librà sancto Pontifice promissionem: *Post triduum me sequeris*; ob hanc enim se Martyrem infallibiliter futurum esse sciebat. Undè Chrysologus ait: *Ebibit à prophetiâ jam corde paratissimus certum speravit, quod prædixerat illi qui non verat.*

Ser. 135.

Serm. de S. Mart.

4. *Ingressus est Martyr, S. Martinus ad eò cupidus fuit vitæ suæ pro Christi nomine prodigeniæ, ut de eo canat Ecclesia: O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.* Undè S. Bernardus hanc adducit consequentiam: *Pro quibus omnibus dubium non est multipliciter coronari eum, qui quidem etsi non semel affectu consummat a passionis, sed toties martyr fuit affectu de votissima voluntatis.* Nullum est dubium quin S. Laurentius spiritum & impatiens desiderium S. Ignati martyris imberit, quo is à levissimis feris dilantari anhelabat, dum ait: *Vinam fruar bestii!* Verùm quonam sine S. Ignati belis frui desideras? num fortè propter venationem? aut fortè ob exhibenda iis mediantibus spectacula? aut verò ut illas domi tuæ ad magnificentiam tuæ ostentationem reclusa teneas? Minimè gentium, sed potiùs ut illas ad mendicibus & unguibus suis discerpendum proritare possim: *Cum leonibus lusit quas cum agnis, & cum urfis similiter fecit.* Verebatur ne fortè fidelium ad Deum pro ipsius incolumitate fule orationes famelicæ ferarum illarum fauces occluderent, quò minus eum devorare possent, & ideo ait: *Si ipsa noluerint, ego vim ingeram, ego urgebo.* Quot obsecro motiva S. Laurentius S. Sixto proposuit, quot calcaria lateri ejus admovit, ad hoc ut in eadem cum illo societate ad sanguinem suum effundendum conduci posset? Verè sanctam quandam S. Sixto violentiam intulit, undè ex compassione eum consolari volens, futuom ej prædixit, quòd intra triduum eum ad martyrium secuturus esset, ita tamen quòd majorem in se passurus esset tyranni sævitiam, & im-

maniora subiturus supplicia. Undè S. Ambrosius cum de S. Laurentio dixisset: *Flere cepit suam remansionem*, mox quibus verbis S. Sixtus eum ad patientiam cohortatus fuerit, referens, sanctum Pontificem dixisse ait: *Noli fili mi moestus esse, post triduum me sequeris, majora tibi debentur certamina.* O consolatio! ait S. Augustinus; *Non ait, noli morere fili, desinet persecutio, & salvus eris; sed noli morere, quòd ego præcedo, tu sequeris.* S. Maximus de S. Laurentio ita scribit: *Verè Laurentii gloria singularis, qui tantum de Deo consecutus est gratia, ut ei Martyr de martyrio prophetaret.* Scire fortasè desideratis, quale fuit ardentissimum illud Laurentii desiderium, quo pro Christo pati & mori desiderabat? Cogitate obsecro qualis fuerit tyranno data resolutio, quando ei omnia se ipsi allaturum esse excogitabilia atrocissima tormenta comminabatur: *Has, inquit, epulas ego semper optavi.* Quòd si aliquem suis in adversitatibus consolaturus eidem ærumnam istam intra triduum majoribus incrementis augendam esse diceres, qualem illud futurum esset solatium? S. Sixtus ut moestum & afflictum cor S. Laurentii lætificaret, eidem ipsum carnificinam longè atrociorè toleraturum esse prædixit; hunc enim sensum expressè in se continent verba illa, quibus Sixtus Pontifex Archilevitam suum Laurentium affatus fuisse scribitur: *Nos quasi senes levioris pugna cursum recipimus, se autem quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus.* Narrat Ruffinus quòd in Edessa Mesopotamiæ urbe, postquam Imperator præfèdo suo nonnullos Christianos, qui ab ecclesia sua expulsi, in campo quodam congregati stabant, interficere præcepisset, dum ille iusta regia executurus abiret, multos alios summa cum festinatione ad eundem locum concurrentes contexit, & quidem inter alios etiam mulierem quandam infantem suum in brachiis bajulantem, ad eò ad dictum locum properare vidit, ut ne quidem moram fores suas claudendi sibi indullerit; quam cum præfèctus siftere, & non ulterius progredi iustam, interrogasset, quonam tanta cum impatentia acceleraret, hoc ab ea responsum retulit: *Ad Christianorum campum propero.* Cùmque præfèctus illi ulterius diceret: *Ergone Imperatoris adversus eisdem decreta exequenda ignoras?* Respondit ipsa: *Scio equidem, ac proinde festinans*

Tract. 29. in Ioan.

Lib. II. hist. Eccl. c. 5.

nans accurro, ut & ego filiusque meus una cum
 ipsis mori possimus. Quod responsum obstupe-
 scens praefectus ad Imperatorem se denuo rece-
 pit, ut hac de re eum certiorum faceret, à quo
 protinus quae ab ipso emanaverant, decreta re-
 vocata fuere. Ecce tibi in S. Laurentio confimi-
 le patendi & martyrii subeundi desiderium;
 nam sancto Sixto mortem & patibulum ejus so-
 li ariè subeundum sanctè invidit, eumque tanta
 cum anxietate sustinuit, ea spe fretus fore, ut
 socius martyrii esse posset. Et quidem tamen
 Deus ipsum in igne moriturum esse decreverit,
 jam tamen dudum ante alium vehementiorem
 ignem in corde suo conceperat, quam ignito
 craticula lectulo superimponeretur. Franciscus
 de Sales in lib. de Amore Divino herbæ cujus-
 dam meminit, quæ tantam cum igne sympathi-
 am habet, quod tamen ab igne procul remota
 consistat, ex solo tamen ignis aspectu vel oppo-
 sitione, quantumvis distans, concipiat incendi-

um; Idem quoque de S. Laurentio dicere licet,
 hic enim à deo cupidus erat ad moriendum pro
 Christo, quod tamen nondum vinculis contri-
 ctus, nec apud Tyrannum Christianæ fidei cau-
 sa accusatus esset, nihilominus etiamnum liber
 existens catenis & compedibus se vincum
 esse credebat. Quotiescunque aliquis impa-
 tientia desiderio in rem aliquam fertur, com-
 muni proverbio dici solet: Igni super stat,
 vel igne urgeri videtur; Eodem profus mo-
 do de sancto Laurentio longè melius dici po-
 terat, ipsum igni superimminere, vel ab igne ur-
 geri, quam postea dum craticula super posi-
 tus erat, ob desiderium & ardentissimam sitim
 qua ignis incendia tolerare cupiebat, & ideo
 postquam craticula superimponeretur, dixit:
Has epulas ego semper optavi, carnesque pro-
 prias igni illas Tyranno è mensa craticula suæ
 summo cum jubilo offerrebat, dicens: *Assatum est,
 jam versa & manduca.*

Lib. 5.
 cap. 3.

De S. Laurentii Martyrio sub Triumpho symbolo tractatur, ad
 invitorium in Matutinis dictum alludendo.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus
 in caelis.*

2. **I**Nfra hujus Solemnitatis Octa-
 vam, quam sancta Mater Ecclesia in
 honorem sancti Laurentii solemnem
 esse voluit, Officium Divinum ab
 hoc speciali & egregio Invitatio-
 rio suum accipit exordium: *Laurentius Christi Martyr triumphat*

Ser. de Vit.

coronatus in caelis, Scio equidem quod S. Bernar-
 dardus de Martyribus tractans, Martyrium
 ipsorum Triumpho titulo condecorare non
 dubitet, dum ait: *Torreantur licet, Martyres
 vident, feriuntur & gaudent, occiduntur, &
 ecce triumphant.* Eodem nodo sanctus Hiero-
 nymus pro Martyrum gloria scribit: *Triumphus
 DEI est passio Martyrum.* Et Apostolus ad

Ad Heb.

159. q. 2.

2. Cor. 2.

14.

Corinthios ita loquitur: *DEO autem gratias*

Mansj Sanctuarij Tom. III.

*qui semper triumphat nos in Christo Iesu; ubi
 Tyrannus hanc jungit expositionem, id est,
 triumphare nos facit de persecutoribus per pa-
 tientiam, secundum illud; Nobile vincendi ge-
 nus est patientia; vincit, qui patitur; Eaim-
 vero motivum dubii mei in eo præcipue
 consistit, quod causam scire percipiam, cur
 sancta Ecclesia DEI solum martyrium san-
 cti Laurentii præ omnibus aliis hac triumpho
 prærogativa specialiter honoret, cum tamen
 tot alii generosissimi Christi athletæ atro-
 cissima supplicia pro fidei confessione he-
 roica cum constantia fuerint perpeffi? Ac
 proinde asserendum esse judico, quod om-
 nibus quæ in hujus levitæ passione & mor-
 te concurrerunt, circumstantiis bene pensa-*

R.

tis,

tis, ipsius potius quam cuiusvis alterius Martyrio gloriosissimum hocce encomium conveniat, idque tanto constantius affirmo, quanto certius mihi constat hunc titulum eidem sanctissimo Levitæ ab omnibus sacris Doctoribus certatim quasi adscribi. Et quidem S. Augustinus in primis de eo ita scribit: *Cum omnes beatorum Martyres quos nobis antiquitas tradidit, omni honorificentia dignos miremur, præcipue tamen beati Laurentii Martyris triumphum debemus tota devotione suscipere.* Alium quendam sermonem in eisdem sancti Levitæ laudem compositum hæc verbis exorditur: *Beati Laurentii triumphalem diem, quo calcavit mundum frementem, sprevit blandientem, & in utroque vicit Diabolum persequentem.* Sanctus Sixtus Papa S. Laurentium dum ex eo quod eum secum ad patibulum seu mortis supplicium lubetandum conducere nolle, vehementer lamentaretur, prophetico spiritu est consolatus, simul ei prædicans, quod consimili, imo atrociori supplicio DEUS ipsum intra triduum dignaturus esset, idque his hæc verbis: *Te autem quasi juvenem manserit gloriosior de tyranno triumphus.* Sanctus Leo Papa non solum ejus mortem triumphum appellavit, verum etiam passionis ejus instrumenta eodem honorifico nomine insignivit, prout in matutinalibus lectionibus legitur: ait enim: *In honorem transferunt triumphi, etiam instrumenta supplicij.* Sanctus Maximus in craticula Laurentii, seu ut verius dicam, in lecto ejus ferreo, curium agnoscit triumphalem, dum ait: *Paratur ergo craticula igne succensa, qua triumphalis, & animum fatigaret martyr, & corpus exureret.* In præcedenti vero Homilia phrasi quoque victoriæ, coronæ, triumphi utitur, dicens: *Triumphum beati Laurentii totus ubique mundus consona devotione celebrauit, cujus radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Christi cruciat Ecclesia;* Et paulò post: *Fortissima mortis triumpho Apostolico se consortio copulavit.* Albertus Magnus in serm. 2. de hodierno festo id ipsum observavit, verbis fortasse à sancto Maximo desumptis: *Cantatur de eo, inquit, quod puritate innocentis vitæ, fortissimaque mortis triumpho Apostolico se consortio sociavit.* Beatus Laurentius Justinianus Archilevitam nostrum confiderat, veluti in hujus præsentis

vitæ militia & campo positum, armaque semper manibus tractantem, ut adversus mundum, cunctosque alios spiritualis vitæ inimicos, pro tandem sibi comparando glorioso quodam triumpho, strenue deceret. Ita enim de ipso loquitur: *Nullam indulgens sibi requiem, sed tanquam athleta fortissimus in penitentia quotidiana se stadio exercebat, quatenus gloriosum posset triumphum obtinere Martyrij.*

2. *Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus.* Chrysologus scribit: *Sicut Dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina sæpe Sanctorum merita indicant, testantur insignia.* Quis adeo esse potest rerum ignarus; qui hujusce Martyris nomen coronarum & victoriarum secum auguria subinferre non videat? *Laurentius enim à Lauro dicitur, lauro autem tempora ringi solent triumphatorum: Laurus & palma ad insigne victoriae lauro victorum capita coronantur.* Author quidam modernus hujusce nominis Ethymologiam declarans scribit: *Laurentius dicitur, quasi lauream tenens, laurea verò corona est victorum.* Veteres Romani triumphantes domos suas, nec non & capita sua lauro adornabant. Unde Tertullianus ait: *Cur die laeto non lauris portas adumbramus?* Pierius Valerianus de eisdem Romanis narrat, quod experiri volentes felicem aut verò infausum rerum suarum successum, quandam è lauro decerptum ramum igni admove soliti fuerint, tuncque si ramus igni admotus strepitum aut rumorem quandam excitabat, optimum inde colligebant augurium, in tali enim casu laureus ramus in suo statu solidè & constantè persistens flammæ resistebat; at verò pessimi ominis signum erat, quando ramus talis contumebatur. Etenim hæc una est, ex verè lauri conditionibus, à Plinio relata, scilicet igni obstrere & repugnare. *Abdicat ignes crepitum, & quadam dæstatione.* Porro mythica hæc nostra laurus igni superimposita fuit, ut dum comburebatur corpore, pariter in eo extingueretur ignis ille, de quo scribitur: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Tyrannus quidam per adhibitum Laurentio atrocissimum martyrium omnem quoque Christianæ religionis nostræ scintillam extingu-

Ser. 3. vol. 32. de Sanctis.

Ser. 27. de divar.

Hom. 2. de S. Laurer.

Ser. 2. de S. Laurentio

Ser. 154.

Lib. 3. Hebræam. cap. 13.

In Apol. de Laur. Lib. 1. cap. 30.

LUC. 12. 49.

Qurum se esse sperabat ; at verò omnino ad-
 impletum est illud Guericci Abbatis effa-
 tum : *Poteris invidus ille tentator servire ,
 sed hoc erit servire ; poteris urere , tundere ,
 facere , sed hoc erit coronas fabricare.* Eam-
 verò dum sanctus Laurentius super illis arden-
 tibus carbonibus lupino corpore jacens , su-
 am Tyranno impietatem impropere , suam-
 que non solum magnanimitatem , verum eti-
 am quacum patiebatur jucunditatem & gau-
 dium toti mundo manifestum reddit , tunc
 pariter per illas flammæ , quibus sanctum
 ejus corpusculum undique circumdabatur ,
 infidelitatis totius , ut ita dicam , mundi
 tenebras illuminavit , & fidelium per tru-
 culentissimarum persecutionum ab Impera-
 tore intentatarum timorem & metum geli-
 da corda simul calefacit & fovit , *Omnium
 Christianorum corda calefacit* : Ipsi verò
 corpus corporali huic igitur generosè & intrep-
 idè restitisse , ore suo proprio testatur , dum ait :
 Et in medio ignis non sum aëtuatus . San-
 ctus Maximus quoque ait : *Despectis proprii
 corporis cruciatibus , insanissimo tortori suo ,
 triumphatis ejus ignibus laus illuderet , op-
 positam sibi extrinsecus flammam , aut non
 sensit , aut vicit.* Porro verbis exprimi
 non potest , quam fortunatum laurus hæc
 ex eo quod igni resistentiam gloriosè fecerit ,
 sedi Apostolicæ Romanæ augurium attule-
 rit : *Insuperabilem fidem ejus laici Roma mira-
 tur.*

Hom 3.

In theatro
 vitæ hu-
 mana.

Ser. de Pen

3. *Triumphat coronatus* In theatro
 vitæ humanæ scriptum reperio , quod *coro-
 na triumphales à lauro fieri solebant.* Porro
 laurus hæc sibi ipsi hanc coronam intexit , præ-
 ter Tyrannum , vincendo semetipsum , prout
 suo loco videbimus . Sanctus Chrysostomus scri-
 bit : *Paries effoditur , thesaurus non auferretur ,
 caro scinditur , & fides non rumpitur.* Tame-
 si enim Martyres in hoc prælio vulneratos , cru-
 entatos , & mortuos esse videamus , non tamen
 ideo inter victos computandi sunt , quin potius
 morte sua triumphum sibi acquirunt , quando
 enim vita Martyris perditur , revera non perdi-
 tur , sed potius fides Martyris triumphat ; Neque
 solum illi qui atrocissima sustinent tormenta ,
 victores existunt , ipsorumque supplicia in tro-
 phæa commutantur , verum etiam mors ipsamet
 eorum triumphus est . Etenim victoriam in-

ter & triumphum hæc considerari potest diver-
 fitas , quod illa pugnando obtinetur , trium-
 pho autem fruamur sedendo ; victoria languini-
 effusionem & cicatrices vulnere non exclu-
 dit : triumphus autem non nisi cantus & festiva
 gaudia admittat ; victoriam de inimicis reporte-
 mus prostratis ; triumphum autem de inimicis
 totaliter debellatis & dissipatis tantum referre
 possimus . Estque hic discursus eruditi cujus-
 dam Scriptoris moderni , qui ulterius progredi-
 tur , dicendo : Martyres victores nominari posse ,
 tamen tormentis atrocissimis fuerint affecti ;
 neque enim repugnat , quod miles aliquis uno
 eodemque quo graviter vulneratur , trium-
 phum nihilominus gloriosè reporter , prout
 quotidiana id experientia satis testatur ;
 Quod quidem satis fundatè & veraciter di-
 citur , difficulter autem intelligi posse vide-
 tur , quod Martyres in carnificina atrocissi-
 misque tormentis dilacerentur , dilaniantur ,
 trucidantur , & tamen talia instrumenta sup-
 plicii veluti trophæa , ipsum verò marty-
 rium & immanissima mors quam perpeffi
 fuere triumpho loco celebretur ; triumphus
 enim est , qui ex prælio & pugna præceden-
 te procedit , adeoque requiritur , ut victor
 post pugnam etiam , num vivus superfit , mor-
 tui enim triumphare non possunt ; verunta-
 men non sine gravi mysterio Martyres in pas-
 sionibus & patibulis suis triumphare dicun-
 tur , quia sicut triumphus supponit victori-
 am , ita hi ut plurimum ad palmam & coro-
 nam martyrii tunc primum pertingunt , post-
 quam inimicos suos , Mundum , Diabolum ,
 & Carnem debellarunt , postquam passio-
 nes suas devicerunt , & sensus suos custo-
 diæ rationalis fræno domuerunt . Quo sup-
 positio quis inter Martyres triumpho dignior
 æstimari poterit sancto Laurentio ? utpotè
 qui ut præcedenti discursu probavimus , pri-
 us omnia carnis incentiva , mundi que blan-
 ditias & lenocinia gloriosè devicit ; & prius
 laureâ candidâ , postea verò purpureâ corona-
 tus fuit . Beatus Laurentius Justinianus de hoc
 S Martyre ait : *Non enim carnis secutus est pe-
 tulantiam , non terrenarum facultatum opu-
 lentiam , non sacerdotalis honoris gradum ,
 quin potius corpus jejuniis atterebat , vigiliis
 edomabat , laboribus affligebat ;* Omneque
 has sui ipsius victorias , ut paulò ante diximus ,

R 2

ad

In theatro
vita hu-
mana.

ad postremum hunc triumphum ordinabat.
4. *Triumphat coronatus Triumphus vox est græca, significans omnium honorum qui à populo Romano dari poterant maximum, inquit vitæ humanæ theatrum; S. Laurentio autem Ecclesia Romana omnes illos honores contulit, quos sancto alicui optimè de ea meritò, & eminentissimâ sanctitate conspicuo dare potuit, nam ejus natales per festum de præcepto solemnizat, vigiliam, octavam, item officium & missam propriam cum antiphonis & orationibus particularibus ei attribuit, in hisce eum honoribus multis Apostolis anteferendo; Triumphat; cum enim in sola Roma & non sibi triumphus institui consueverit; undè & Roma triumphale territorium appellari solebat, juxta illud: *Triumphale territorium Roma, quod nunc Vaticanum dicitur, unde Damasus Papa scribit, sanctum Petrum sepultum fuisse in Vaticano, juxta triumphale territorium* Quis unquam S. Laurentio solemnius in Vaticano triumphavit, Ecclesiam Romanam tantopere glorificando & honorando, ut S. Leo de Cathedra Petri sermonem instituens, hæc in ejus laudem verba prædicaverit: *Quam glorificata est Ierosolyma, Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio. Triumphat, Hostes devicti, (ut sæpè dictum Theatrum refert,) currum sequen-**

*bantur, quorum colla catenis erant onerata. Ac proinde sanctus Laurentius constantia sua Valerianum Imperatorem gloriosè devicit, siquidem hic in exercitæ suæ erga martyrem crudelitatis supplicium (ut pie credere possumus) barbaro illi equum conscendere volenti scabelli loco catenis onustus servivit. Triumphat, nam sita est, (ut idem vitæ humanæ theatrum refert) quod *cautum fuerit ne cui triumphum, nisi quinque hostium millia cecidisset, & jussu acie magnas copias fudisset, decerneret liceret, utique sanctum Laurentium præ cæteris Romæ triumphare decuit, siquidem hic ipse per stupendam & insuperabilem in martyrio suo exhibitam constantiam innumeros Christianæ fidei idololatras adscivit, multosque jam de facto Christianos ob persecutiones grassantes in fidem nutabundos stabilivit, dilatata nimirum per triumphum sui famam in variis mundi provinciis fide, nam ut S. Augustinus de eo scribit: *illuminavit planè mundum Laurentius eo lumine, quo ipse accensus est, & flammis quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefecit: Et alibi: *Tanta, inquit, ejus martyrii gloria extitit,****

ut passione suâ mundum illumina-

verit univer-
sum.

Ser. de
Sanctis.



Declaratur qualiter igniti carbones peculiare sancto Laurentio refrigerium attulerint.

DISCURSUS TERTIVS.

Disce miser, quod carbones tui, mihi refrigerium prastant.

DUm mortalis S. Laurentii caro in ferrea & ignita craticula luculenter arderet, jubilans & festivus spiritus ejus manifesto satis ligno indicavit, ignem illum in cordis ejus interiori potius ejus lucis quam ardoris aut caloris fruitionem communicasse, in hujus namque testimonium ad tyrannum conversus dixit, *Disce miser quod carbones tui mihi refrigerium prastant.* Verum enimvero undenam hæc tanta corpori S. Laurentii insensibilitas accidere potuit, ut in igne ardens ejus tamen ardorem non senserit, sed ad omnem ignis violentam activitatem impenetrabilis permanserit? num forte caro ejus lapidea aut ænea fuit? & tamen ex alterutro, lapide nimirum vel ferro constaret, adhuc ex igne alterari deberet; nam uti quotidianiana docet experientia, silices in calcem resolvuntur, ipsumque æs aut ferrum ab igne igniti & candescere conspicitur (*Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est*) in o ipsemet ad Deum conversus clavis verbis fatetur: *Caro mea igne cremata est pro se Deus meus.* & Valeriano assa carnis suæ partem obtulit, ut vel sic quam flocci supplicii illius atrocitatem faceret, subindicaret, dixitque: *Assatum est jam, versa & manduca.* Hujus igitur refrigerii, quod S. Laurentius ab igniti hinc carbonibus percepit, mysteria velim in hoc discursu penitus nonnihil examine-

Job. 6. 12.

Mat. Sur.

2. *Carbones tui mihi refrigerium prastant.* Hanc inexplicabilem consolationem, quam sanctus Laurentius in ignita illa craticula percepit, Deus illi immisit, tum ad Tyranni eru-

ditionem & resipilientiam, unde Levita eidem dixit: *Disce miser, tum in præmium virilis constantiæ & fortitudinis, quæcum præhorrendum & acerbissimum illud craticulæ tormentum sustinuit; Ideoque ad Tyrannum conversus dixit: Carbones tui mihi refrigerium prastant, tibi autem supplicium aeternum, quia ipse Dominus novit, quod accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum; assatus gratias ago, gaudium illud & jubilus quo Laurentius in craticula perfruebatur, inde quoque dici potest, ortus fuisse, nimirum quia in spiritu superiore immensa illa prævidebat bona, quæ ad majus & solidius fidei stabilimentum, & animarum ad ejusdem confessionem faciendam efficacis incentivum, in universam Ecclesiam deinceps redundare debebat; nam ut diximus, per hosce carbones corpori suo substratos illuminatio mundum universum.*

3. *Mihi refrigerium prastant.* Advertendum quod hæc verba non loquatur caro & corpus martyris, sed cor & anima ipsius; verè enim caro ardorem ipsam concremantes & conficientes perferentibus; causam verò cur cor & anima Martyris in his ardoribus refrigerium perferent, S. Augustinus cibo celesti, quo frequenter nutrebat, attribuit: *Be- Tr. 27. 119*
ne manducaverat, & bene biberat, imò ad ip- *Joan. 1. 119*
suum utpotè Archidiaconi munus spectabat sanguinis Christi distributio: *Cui commissi Dominici sanguinis dispensationem, Tanquam illa esca saginatus, & illo calice ebrius tormentum non sensit,* denique ad nostrum propositum pergit dicere: *Caro ardebat, sed spiritus animam vegetabat; spiritus corpori vires & vigorem ministrabat ad efficacissimi elementum illius voracitatem patienter & con-*

R. 2.

stantes

stanter suscinendam ; & hoc forte insinuare
Serm. 135. Chrysológus voluit, dum ait : *Plus ardebat ,
 quam urebat ; urebat in carne , ardebat in
 corde ; cor autem , ut Augustinus ait , nisi Christi
 flamma non urit.* Scribunt naturalium rerum
 exploratores , quod bitumen genus quoddam
 terræ sit , ad ignem concipiendum adeo dis-
 positæ , ut quo major aquæ quantitas ei su-
 perinfunditur , tanto majori cum vehemen-
 tia accendatur. Unde nonnemo Bitumen
 aqua respersum pro corpore Emblematis ele-
 git, illudque hac Epigraphe animavit *Anzi-
 m' inflammi*, id est, usque & usque me accen-
 dis , quasi bitumen istud ad aquam sibi super
 infusam conversum , eidem dicat ; tu quidem
 ignem in me extingue nitens , sed frustra ,
 quin potius illum usque & usque in me accen-
 dis. Eodem prorsus modo flagrantem in
 corde Martyris ardorem charitatis per quam
 tanta cum promptitudine pro Christo acer-
 bissima illa tormenta accendens sustinebat , per
 substratos eidem Martyri ignitos carbones
 satagebat extinguere , ejusque constantiam
 per prunas labefactare nitentur , sed turpiter
 & cum non modica sui confusione deceptus
 fuit. Unde sanctus Laurentius ei impropera-
 vit, dicens : *Disce miser , quod carbones tui mihi
 refrigerium præstant , tibi autem supplicium
 æternum ; non semetipsum qui in igne crema-
 batur miserum & infelicem compellabat , sed
 Valerianum , se autem in illis carbonibus ja-
 centem felicem esse censebat , haud secus ac si
 inter rosas & flores suaviter requiesceret ; Mi-
 hi refrigerium præstant.* Audite Hugonis
 Cardinalis glossam quandam super illa ver-
 ba Psalmi ; *Sagitta potentis acuta cum carbo-
 nibus desolatoris ;* dicit enim , quod per sa-
 gitas fulmina intelligantur divini amoris , qui-
 bus sancti Archilevitæ cor transfixum erat ,
 unde etiam amor prophanus cum arcu & sa-
 gitis communiter depingitur ; Et ipsissima
 Hugonis præfati verba : *Exempla sanctorum
 sunt carbones desolatorij , quia per applicatio-
 nem inflammant & accendunt ad amorem
 Dei , & videntur & desolantur in nobis carna-
 lem affectionem , & secularem amorem.* Porro
 paulò ante præcedens sancti Sixti Papæ ad Car-
 nificinam ultro citroque properantis exem-
 plum , insignis carbonum ignitorum massa fuit ,
 quæ Divini amoris ardorem , ut in primo
 discursu vidimus , in ejus corde magis magis-

que accendit ; omnis quoque in eo extinctus
 fuit ad carnem & corpus suum affectus , adeo
 ut ignibus superimponi haud majori loco
 duceret , quam si corpus suum truncus qui-
 dam ligneus fuisset. Idem Cardinalis illum
 Hæcæ textum cap. 47. adducit , dicens : *Non
 sunt pruna , quibus calefiant , nec focus ut se-
 deant ad eum.* ubi alia Translatio habet : *Carbo-
 nes sedebis super eos.* Et subjungit : *Hierunt tibi
 in adjutorium , & posset esse thema de sancto
 Laurentio ;* utitur quoque illo Proverbiorum
 textu : *Si esurieris inimicus tuus ciba illum ,*
*prunas enim congregabis super caput ejus , &
 Dominus reddet tibi ;* cum enim Valerianus
 avidè desideraret illud intueri spectaculum ,
 quo sancti Laurentii vivum corpus craticulæ
 ignitæ injectum torrendum & asandum esset ,
 sanctus Laurentius partem carnis suæ asatam
 & excosam ultro eidem obtulit, dicens : *Assa-
 tum est jam , versa , & manduca ,* ac proinde
 meritò subjungit , *mihi refrigerium præstant ;*
tibi autem supplicium , siquidem *prunas con-
 gregavit super caput ejus.* Certissimum qui-
 dem est, quod sanctus Martyr hoc modo tumi-
 dam illam superbi Tyranni arrogantiam deri-
 dendo, ejus contra se magis proritate iram at-
 que furorem , ad nova adversus eum acerbiora-
 que excogitanda supplicia , at vero hoc erat ,
 quod ipse pro sua consolatione & exhilaratio-
 ne quam maxime desiderabat , illum namque
 craticulæ ignitæ lectulum ferreum , lautum
 quoddam sumptuosumque censebat esse con-
 vivium ; unde dum illi cuncta quibus Mar-
 tyres excruciaci solent , ostenderentur tor-
 mentorum instrumenta , illic Tyrannus
 comminaretur , quod nisi Ecclesiæ thesaurum
 simul cum Christi fide prostitueret , omnia
 illa in corpore ejus experturus esset ; lætus &
 festivus respondit : *Has epulas ego semper op-
 tavi.* Unde bene sanctus Leo ait : *Superari cha-
 ritatis Christi flamma non potuit , & segnior
 fuit ignis qui soris ussit , quam qui intus ac-
 cendit.*

4 *Refrigerium præstant.* Igneis profectò
 linguis opus mihi esset, quales fuerunt , quæ
 super cœnaculum Syoniticum in die Penthe-
 costes cœlitus delapsæ sunt , ut de his Marty-
 rem refrigerantibus carbonibus ignitis dignè
 satis discurrere possem ; Qualia enim animæ
 hujus Martyris (Dolentine dicam , an jubi-
 lanti?) è Paradiso insinuatæ fuere solatia ,
 quan-

Prov. 21.

quando abinde missus legatus Angelicus fuit, qui candidissimo linteo sudores ejus abtergeret; à quo lato spectaculo captus Romanus miles, qui tanquam minister persecutoris supplicio sancti Laurentii adstabat, baptizari confestim petiit, & una cum Martyrè fortiter Martyrium subivit; *Video ante te juvenem pulcherrimum, festina me baptizare; Misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de medio ignis, & non sum asuatus.* Verùm inquires, si corpus Martyris ab igne concrematum fuit, ipso Martyre teste, qui ait: *Caro mea cremata est pro te Deus meus,* quomodo ipse ab igne liberatus fuisse, dici potuit? Sanctus Augustinus ait: *Nec enim potest in visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus Paradisi refrigeria possidebat.*

5. *Refrigeria præstant:* In Psalmo scribitur: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus; Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.* Id quod in S. Laurentio totaliter adimpletum fuit; utpotè qui *Dispersit aedit pauperibus,* quique in ultimo vitæ suæ die implet dicit: *Misit Dominus Angelum suum & liberavit me.* hic enim ipsam in verâ fidei confessione constantem & stabilem conservavit, ipsamque in cœlo & in terra per gloriam sempiternam vivificavit; & licet, uti paulò infra videbimus, Tyrannus ei mortem intulerit, ipse tamen de Tyranno triumphavit. Verum enimverò verba quæ sequuntur, plusquam præcedentia proposito nostro deserviunt, mirum: *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, uni versus stratum ejus, versusque in infirmitate ejus.* Etenim plumæ quæ sunt in lecto, volvuntur, & revolvuntur in omnem usque partem, ut dormienti tanto suaviorem commodiorumque somnum habendi occasionem præbeant: pari quoque modo plumas hujus candentis craticulæ ferreæ lecti, id est, ignitorum carbonum DEUS noster ob elemosynarum suarum, suæque erga pauperes compassionis merita, tali consolatione & refrigerio imbut, ut ipsemet pleno ore confiteatur, dicens: *Carbones mihi refrigerium præstant.*

6. Probè equidem sanctus Archilevita sciebat, nigros illos carbones, quibus igne accensis lupinè instratus jacebat, meras stellas esse, quibus via illa lactea, qua sibi su-

per cœli Empyreï firmamentum evehendo eundem erat, pavimentabatur, ideoque in illam gloriam oculum seu potius cor suum directum habebat; & quidem si hæc via felicissimo ejus in uno eodemque monumento sodali tantum suggestit animi robur atque vigorem, ut faxes, quibus ad mortem ulque concutiebatur, mellis suavitatem scaturire exaltaret; Ecclesia teste, quæ canit: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt,* eò quod cœlum sibi patulum factum vidisset: *Ecco video cœlos apertos,* nimirum si hic noster non minus fortunatus levita sanctè quoque gloriatur, dicendo: *Carbones mihi refrigerium præstant,* siquidem & ipse suum cœlesti Hierosolymæ pedem jam de facto intulisse existimabat, ideoque in Martyrii acerbissimis tormentis positus lætus cantabat: *Gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui;* In quibus verbis advertendum est, quod non loquatur in tempore futuro, sed præsentem, quasi Paradisus cœlestis jam de facto cœlestium consolationum suarum plenitudinem in ejus animam descendisset.

7. *Refrigerium præstant.* Ex quo sanctus Martyr omninò innocens, & in divinæ legis observantia exactissimus existens, profidei Christi defensione dirapatiebatur, merito se cœlesti persequi consolatione sentiebat, nam ut sanctus Ambrosius scribit: *Ardet profectò totis visceribus fortissimus Martyr & uritur, sed regnum DEI pertractans refrigerio conscientie victor exultat;* eandemque ob causam Apostoli quoque inter derisiones & opprobria exultasse, leguntur: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESU contumeliam pati.*

8. *Refrigerium præstant;* Ignei hincarbones molles ipsi & delicatæ plumæ esse videbantur, adeo ut acerbum illud craticulæ ignitæ supplicium suavissimum lectus quietis esse videretur. Unde Chysologus ait: *Itaque Beatissimus Martyr ostendens, quam quiete jaceret in illo ignito ferro, ait circumstantibus; Iam me versate, paulò ante verò dixerat: Ille craticulam supplicii lectam quietis putabat, supplicium dixi secundum animum punientis, non secundum conscientiam patientis.* Veteres lectos ad convivia adhibere solebant, unde verbum discumbere:

116

derivatur, quod idem est, quod mensæ assidere
vel ascumbere; ac proinde quid mirum si S. Lau-
rentius inter hæc supplicia in Craticula ignea
positus, velut in molli lectulo recumbere sibi
videbatur *Hæc epulas ego semper optavi?* Imo si
partem carniū suarum assam & veluti excoctam
manducandam obtulerit? quam aptè de eo dici
potest, quod S. Hilarius de veris Dei servis scri-
bit: *Iusti viri nunquam dulcius requiescunt,*
quam cum laboribus fatigantur S. Ambrosius
ignem trium puerorum in medio fornacis Baby-
lonicæ Deum benedicientium, cum hoc carboni-
um æstuantissimo igne comparans dicit: *Illi in*
pœnarum suarum flammis ambulant, hic in
ipso supplicii sui igne discumbit; ubi notan-
ter verbo illo discumbit, utitur, quod est
expressivum quietis, & de eo communiter dici
solet, qui in lauta quadam mensa jucundè epu-
latur, *In eo nudus extensus*, ita de hoc lec-
tulo ferreo dicitur, *Lectus ferreus instar cra-*
ticulae, pruna ei substrata, furcisque ferreis il-
lum compresserunt. Tunc verò ad carnificem
& persecutorem conversus ait: *Infelices non*
cognoscitis vestros carbones mihi ardorem non
asserre, sed refrigerium & Unde illa verba
Psalmi: *Cum carbonibus desolatoriis*, sanctus
Augustinus ita legit: *Cum carbonibus in for-*
man lecti constratis; ac proinde quodsi hic
textus Psalmi: *Exultabunt sancti in gloria*

latabuntur in cubilibus suis, literaliter a'quan-
do adimpleri poterat, id certè in præsentis Mar-
tyri occasione fieri debuit; tamen enim verba
illa de æternæ Beatitudinis quiete comuni-
ter intelligantur, illa tamen etiam huic sancto
Martyri adaptari possunt, siquidem hic in lec-
tulo Craticulæ ferreo ita suaviter quievit,
ac si fuisset in Paradiso, unde in hoc pœno-
sissimo ignito lecto recumbens ait: *Gratiæ*
tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi
merui.

9. Ab hisce carbonibus utilissimum quod-
dam documentum ediscere possumus, si ad id
quod S. Guerrieus Abbas sequentibus verbis
indicat, nos reflectamus: *Inde cadent super eos*
carbones pœnaliter purgatorii, quibus modo non
adhibentur carbones salubriter desolatorii, ut
autem quinam hi salutare carbonis sint, clarius
explicet, ulterius prosequitur, dicendo, quod
similes sint carbonibus labia Isaiæ purgantibus,
hi enim, ut jam diximus, desolantur in nobis
carnalem affectionem & secularem amorem;
& ideo si ab hisce carbonibus accensi fuerim-
us, illud quoque refrigerium sperare possumus,
quo perfruitus est interiori sinu animæ suæ

S. Laurentius, quia *secura mens*
quasi iuge convi-
vium

Ser 4. de
Purif.
Mariæ

PROV 25.
15.



De confusione tyranni, utpotè quem S Laurentius fortitudine
suâ gloriosè devicit, ac derisit.

DISCURSUS QVARTVS.

*Deum meum colo, illi soli servio, Et ideò non timeo tor-
menta tua.*

1. **V**alerianus quidem Impe-
rator ex omnibus imma-
nis truculentia suæ viri-
bus in id conatus est, ut
S Laurentium vinceret,
eoque adigeret, ut vel si-
dem Christi abnegaret,

aut verò ob nimiam atrocissimorum supplicio-
rum suorum violentiam & multiplicatam victas
ei & supplices manus protenderet; nihil tamen
horum ab ipso obvenire potuit, quin potius in-
victus Martyr generosè ei respondit: *Deum
meum colo, illi soli servio, Et ideò non timeo tor-
menta tua.* Et reverà ita erat; siquidem ex red-
ditis tyranno responsis, ex variis patientiæ suæ
ab eo editis specimenibus, ex generosa resisten-
tia, qua tot se suppliciiis opposuit; demique ex
cordiali jussu, quo cum passus fuit, clarè satis &
perspicuè intelligitur cor ejus ne quidem ab ali-
qua timoris & formidinis umbra fuisse corre-
ptum.

2. Isaias, qui quòd multos legis gratiæ even-
tus clarè & evidenter prædixerit, Propheta Ev-
angelici nomenclaturam sibi comparavit, verba
sequeantia specialiter ad S. Laurentium direxisse
videtur: *Noli timere à duabus caudis titionum
fumigantium istorum,* id est, ne formides duo-
rum Christianæ religionis persecutorum horren-
das comminationes, utpotè qui iram & indigna-
tionem nimiam ad versus hunc Martyrem mirifi-
cè fumigârunt, qui proinde inferni titiones ap-
pellari possunt, tantò magis quòd sancti Levitæ
carbones hoc igne accenderunt. Et quidem ut
Manfis Sanctuarii Tom, III,

Valeriani rabies tantò evidentius appareat, ver-
ba Valeriani, & sancti Levitæ responsa non nihil
accuratius examinemus; sic enim tyrannici furo-
ris ipsius summa exhortescitis, invictum verò
Martyris animum magno cum stupore admirabi-
mini. *Subjicite* (ita tyrannus carnifices alloque-
batur) *oculis ejus omne genus tormentorum;* ac
proinde confestim omnis generis instrumenta,
quibus Martyres cruciari & dilaniari solebant,
in conspectu Martyris exposita fuere, cum addi-
tis atrocibus minis, quòd nisi Christi fidem ne-
garet, omnia & singula tormenta in suo esset cor-
pore experturus. Qui mox subridendo respon-
dit: *Infelix, has epulas ego semper optavi, hac
enim tibi quadam tormenta sunt, nobis verò
gloria.* Et quidem tunc ad propositum nostrum
adimpletum fuit divinum illud oraculum: *Pa-
rasti in conspectu meo mensam;* his enim verbis
sanctus Martyr in ea occasione Deum alloqui
potuit, quia *has epulas semper optavit;* quia ve-
rò certum est quòd prædicta tormenta, prouti
jam videbimus, potius persecutores ipsius cruciâr-
runt, quàm ipsum Martyrem, ideò optimè addi-
tur: *Ad versus eos qui tribulant me; hac enim
tibi quadam tormenta sunt.* Tunc tyrannus ita
inflammatus, jussit eum nudam fustibus cadi.
In ipso verò actu quo spectante tyranno S Mar-
tyr excarnificabatur, ad impium conversus di-
xit: *Ecce miser, vel modò cognosce, quia trium-
pho ex thesauris Christi, nec sentio tormenta
tua.* Tunc tyrannus carnificibus præcepit: *Au-
gere fustes, Et ad latera ejus applicate laminas
ferreas candentes,* Invictus verò Levitæ se tunc

Surina,

Ps. 22. 5.

S

longè

longè minus timere ostendit, dicendo : *Ego in nomine Domini Iesu Christi non reformido tormenta tua, quæ ad tempus sunt, fac quod facis, noli cessare.* Undè hinc nostro sancto Martyri illa sanctæ Eulaliæ verba applicari possunt, quæ dum ferre s dilaceraretur pectinibus, dixit : *Hæc signa, quæ ferrum in corpus meum imprimit, litera sunt, quibus sanctum nomen tuum in carne mea scribitur, quæ tuas victorias & triumphos predicans; siquidem ab illo craticulæ cadentis ferro Christi nomen vivacissimè & tenacissimè imprimebatur, quando dicebat : In nomine Domini Iesu Christi non formido; hoc enim nomen victorias ei & triumphum præominabatur.* Undè sanctus Leo ad Valerianum conversus ita eum alloquitur : *Savisti persecutor in Martyrem; savisti & auxisti palmam, dum aggregas pœnam.* Verùm enim verò nondum quicquam de hujusce impiæ tygridis savitia & immanitate diximus. Sequitur ergo in historia vitæ ejus : *Immani furore percitus jussit eum plumbatis diutissimè cadi.* Et quidem verisimile est, hunc cruciatum aliis præcedentibus adjunctum adeo fuisse durum & acerbum, ut sub illo Martyr spiritum suum Deo redditurus videri potuisset; siquidem de factò se Deo, haud fecus ac si animam suam jamjam exhalaturus esset, commendavit, nihilominus tum ab ipso, tum ab Imperatore clarè & distinctè audita est vox de cælo dilapsa in hæc verba : *Adhuc multa eertamina tibi debentur.* Undè tyrannus furore correptus præcepit : *Extendite eum, & scorpionibus flagellate.* Quid autem S. Laurentium hæc jussa audientem respondiisse existimatis ? *Beatus Laurentius in catastra subridens, & gratias agens Deo dixit : Benedictus es Domine Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui nobis immerentibus impendisti misericordiâ tuam; per hæc autem misericordiâ, uti ego quidem existimo, hoc adeo acerbum supplicium suum intellegi voluit.* Dum verò sanctus Martyr quasi gratum se erga carnifices se torquentes exhibere volens, aliquam militibus illis & idololatriæ ministris divinæ lucis scintillam imploraret : *Ebdem hora unus ex militibus Romanus nomine credidit Iesu Christo verbis sancti Laurentii permosus; leque ante ipsum pulcherrimi aspectus juvenem vidisse dixit : Video ante te juvenem pulcherrimum cum linteo stantem ad ex-*

tergendum membra sua; tunc Valerianus iræ & furore percitus, in hæc verba prorumpens : Arte magicâ victi sumus, jussit beatum Laurentium solvi à catastra. Quam inde & num fortè barbarum hunc tyranum se à Martyre devictum agnovisse existimatis ? Minime. Audite enim quid historia vitæ Martyri ceterat : *Interbet omne genus tormentorum exhiberi ad tribunal suum, plumbatus, fustis, laminas, virgules, lectos, batillos, sedatus pro tribunali, & sacratissimo Martyri ad instar furibundi leonis falsis nominibus suis sacrificium offerre præcepit : alioquin nox ista, inquit impius, in te supplicis expendetur.* Cui Martyr memorabilem hanc subjunxit sententiam : *Nox mea obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt.* Persecutor quidem gloriam ejus oblitiscere satagebat; at verò generosum hoc responsum audiens, jussit os ejus lapidibus contundi; ille verò magis confirmabatur, & subridens dicebat : *Gratias tibi ago Domine.* Sanctus Cyprianus de sanctis Martyribus, qui per lætitiâ & cordis jubulum, quem in passione sua præferrebant, omnem deridebant & confundebant judicium aliorumque illos dilanantium crudelitatem, ita scribit : *Sic Sanctorum persecutionibus tyrannus crudelis illuditur, quidum putat perdere quos occidit, melioris vitæ statum eis procurat; in præsentem verò tyrannus illuditur per sannas & derisiones, quibus à sancto Laurentio afficiebatur, eò quod per suam crudelitatem & adhibitam ignis vehementiam, omnem in Martyre verâ fidei scintillam extinguere contendeat, cum tamen magis magisque eandem in Martyre accenderet & augetet.* Et hoc est quod Lactantius Firmianus de Martyribus scribit, qui heroicam Martyrum nostrorum inter media carnifium supplicia admirabantur patientiam : *Inter fatigatos carnifices, inquit invidiam tenere patientiam existimant, id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus tantos posse superare.* De tormentis sancto Laurentio interrogatus etiamnum parum diximus; & quidem hæc, quæ in eorundem passione edidit responsa nomishil ponderemus, idem haud dubiè de iplo dicere poterimus, quod de sancto Vincentio sanctus Augustinus

Lib. 5. de
divin. civ.

gustinus scribit; videlicet: *Tanta poena erat in membris, tanta securitas in verbis, tanquam alius loqueretur, alius torqueretur.* Imperator iubebat: *Afferre lectum ferreum, & in eo cubet Laurentius contumax: adatus est lectus ferreus instar craticulae, & in eo nudus extensus, & pruna ei substrata, furcisque ferreis illum compresserunt.* Danque in eo perlisterent, ut eum ad sacrificandum idolis permo vere possent, respondit: *Ego me obtuli Deo sacrificium in odorem suavitatis; quod dicere voluisset, congruè à vobis in ignem coniectus sum, sic enim ab eo consumptus, Deo in holocausti sacrificium offerendus ero, hoc enim ad Dei gloriam totaliter consumebatur.* Veruntamen ut id, quod à principio proposuimus, intelligerent, scilicet quod tormenta ejus nequicquam timeat: *Non timeo tormenta tua, ad ipsum conuersus dixit: Disce miser quod carbones tui mihi refrigerium praestant, tibi autem supplicium aeternum, quia ipse Dominus novit, quod accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum, assatus gratias ago; idque serenè festivè facie, vultu elegantissimo dicebat.* Demum verò velut per ludibrium subjunxit: *Ecce miser, assasti unam partem, versa aliam, & manduca.* Pater Ludovicus Granatenfis in sermone de hoc festo ita scribit: *Agnosce Romanum Imperatorem non modo ab uno adolescente superatum, sed etiam irrisum atque contemptum.* Sanctus Bernardus de sancto Joanne Baptista praecuratore Domini scribens, verba quaedam in medium adfert, proposito nostro aptissimè deservientia, nimirum: *De quanto mentis fervore procedere putas scintillas istas, imò carbones desolatorios? nec ipsum veretur potentis vultum, quin totà libertate spiritus arguit peccantem Regem, crudelem atque superbum, nec blanditiis ejus, nec ipso mortis terrore movetur.* In Epistola ad Romanos sanctus Paulus documentum aliquod tradit, à Sapiente antea quoque traditum, nimirum: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus;* id quod de sancto Laurentio etiam dicere possumus: ipse namque affas carnes suas Valeriano praesentando ad manducandum igneos super caput ejus iræ, ra-

biei & furoris congestit carbones, dum se non solum à Martyris constantia victum, verum etiam contemptum, & fannis petiitum esse vidit; horum namque carbonum in caput ejus congestorum signum fuit. quod ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit, carbones incensi sunt ab eo, adeo ut historia referat, quod Justinus presbyter, ea qua Hypolito quoad sanctum Laurentium evenerant, referens dixerit: *Quemadmodum super prunas beatus Laurentius egisset, & Decius ac Valerianus pudesfacti abiissent.* Sanctus Maximus homilia 1, de hac solemnitate ait: *Ad hoc diabolica profecti intentio, ut vir fidelis ad Deum gloriosior ascenderet, & crudelitas persequentium cum suis ignibus confusa corpesceret.* Beatus Laurentius in ipsi tormentis dicebat: *Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est adungere servis suis, tu autem miser torqueris insanià & furore tuo.* Memini me legisse, quod cum Chaldaei quondam ignem loco Dei sui adorarent, Canopus Aegyptiorum Deus, ignem Chaldaeorum Deum hoc stratagemate devicerit; Aegyptii namque statuam quandam intus concavam formarunt, quae hujus Canopi Dei sui figuram referebat, eumque ex opposito numinis Chaldaeorum, ignis nimirum, statuerunt, veluti per lucram quandam inter se congressuros. Verum audite lepidam ab Aegyptiis excogitatam astutiam: cum enim praedicta statua intus aqua repleta, & unde quaque perforata esset, ita tamen ut foris undique cerâ obturata esset, quo minus aqua diffunderet, accidit, quod quamprimum ignis cum Canopi statua deluminiturus, propius ad illam accessisset, disfluente ex ignis activitate cerâ fori aperti aquam in ignem undique emanarint, indeque ignis extinctus, & consequenter à Canopo superatus fuerit. Porro similem quandam lucram inter sanctum Levitam & Valerianum videre videor; hic enim ex tota virium suarum potentia ad Martyris superandam constantiam barbara suam crudelitatem in eum exferere fatigat, ac tandem eundem pro ultimo sive extremo immanis barbariei suae conatu, eundem super ignem conjecit; at verò sanctus Levita victor gloriosè evasit, cum hac tamen differentia, quod

Sant. 8, 7. *Aquâ multâ non potuerunt extinguere charitatem: crudelitas persequentium cum suis ignibus confusa torpuit. Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus; at verò tyrannu torquetur miser insansâ & furore suo. Paulò post verò, ut Annales Ecclesiastici referunt, in justam pro tanto Christiano sanguine iniquè effuso Dei vindictam, & specialiter, prout credere possumus, in crudelitatis in S Laurentium exercitæ condignam poenam, in bello, quod adversus Saporum Persarum Regem gessit, turpiter succumbens, factus est ejusdem captivum mancipium, qui proinde eidem Saporì equum conscendere volenti incurvatâ cervicè & dorso pedibus ejus claudendum se substernens scabelli loco deservire debuit, ac tandem vivus excoxiatus est, & nuda caro ejus sale perfricata fuit. Nunquid memoriâ etiamnum tenetis, qualiter dum Tobias junior Archangelo Raphaële suadente, fel pilcis capti carbonibus ardentibus superimposuit, mox infernus & dæmonis potestas totaliter à viribus suis dejecta & enervata fuerit? Posuit super carbones vivos, tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & relegavit illud in deserto superioris Ægypti. Simili modo confectum ut Laurentius in craticula super vivos carbones*

Tob. 8.

positus fuit, divina omnipotentia invisibili manu suâ infernalem illum Cerberum alligavit, qui hactenus in Christianorum perniciem periculosissimè debacchatus fuerat, hacque ratione fides denuò magna ex parte respiravit, ut verificaretur illud: *Porta inferi non prævalent adversus eam.* Porro perlecutorem per craticulam magis cruciatum fuisse quàm Martyrem Chryfologus optimè declarat dicendo: *Adferri- Ser. 135, etus est ferro, sed ille craticulam supplicii lectum quietis putabat, supplicium dixi secundum animum punientis.* Id quod S. Maximus pariter *Hom. 2, de S. Laur,* considerandum ait: *Invenit vir prudentissimus, hoc encomio insignem hunc Archidiaconum condecorat, undè acrius suum possit torquere tortorem.* Et in Homilia sequenti, quæ est in ordine tertia, eidem Martyri illa Psalmi verba applicat: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Cujus cor tantâ in fide Christi magnanimitate concaluit, ut de spectu proprio corporis cruciatibus insansissimo tortori suo, triumphatis ejus ignibus latus illuderet.*



De S. Laurentii patientia, & in martyrio exhibita lætitia, de quæ
aliis ejus insignibus virtutibus.

DISCURSUS QUINTVS.

*Probasti Domine cor meum, igne me examinasti, & non
est inventa in me iniquitas.*

Pfal. 16. v. 3.

1. **T**ametsi hæc Davidica ver-
ba, prouti Hugo Cardina-
lis notat, cuilibet Martyri
appropriari possint, tamen
propriissimè de B. Laurentio
exponuntur; ac proindè Ec-
clesia hodie in Graduali ita
canit: *Probasti Domine cor meum.* Etenim Deus
cor S. Laurentii divini amoris sui igne exactè
probavit, & verisimile est, quòd S. Laurentius à
Deo specialiter hanc probationem poposcerit,
dicendo: *Proba me Domine, tenta me, ure renes
meos & cor meum;* quibus verbis & in corde, &
in renibus ignem efflagitat: *Cor autem,* Augu-
stino teste, *nisi flammâ Christi non urit.* Et qui-
dem flamma, quæ cor ejus accendit, ea ipsa est,
quæ patientiæ ejus specimen clarum edidit: *igne
me examinasti, & non est inventa in me in-
quitas.* Hugo Cardinalis ait: *Vocat iniquita-
tem avaritiam;* neque enim solùm ab hac rubi-
gine, verùm etiam à quavis alia, ut Discursu pri-
mo diximus, procul abfuisse nocetur.

2. *Probasti cor meum.* Ingens & insigne for-
titudinis suæ specimen inermis ille pastorculus
David edidit, quando Colossum illum, qui mons
quidam æneus esse videbatur, & solus integro
armatorum militum exercitui formidinem & pa-
vorem incutiebat, per vibratum in ejus frontem
è suada lapidem in terram prostravit; felicissimus
ille fundæ jactus regnum Israëliticum, quod
per hujusce Goliath factum & arrogantiam va-

cillare videbatur, unicè sustentabat. Ecce tibi
hic pariter juvenem quendam in jucundissimo
ætatis suæ flore constitutum, qui nullâ aliâ lori-
câ armatus, quàm invictâ quadam patientiâ, ar-
dentissimâ quadam erga Deum charitate, fan-
tæque fidei zelo communitus, cum tali impera-
tore duellum quoddam aggredi non formida-
bat, qui universam Dei Ecclesiam subvertere om-
ni virium conatu satagebat. S. Bernardus ser-
mone 61. in Cantica, tametsi de omnibus Mar-
tyribus in communi loqui videatur, fortitudinem
tamen & alacritatem à S. Laurentio in suo mar-
tyrio exhibitam ad vivum delineaſſe videtur his-
ce verbis: *Stat Martyr triumphans & tripa-* Ser. 61. in
dians, toto licet lacero corpore, & rimante la- Cant.
tera ferro, non modo fortiter, sed alacriter è
carne sua circumspicit ebullire cruorem. Porro
sanctus Doctor eodem loco, ubinam tunc Mar-
tyris anima fuerit, quærit, & respondet: *In tuto,*
nempè in petra, nempè in visceribus, in vulne-
ribus lesu. Attendite ad petram, inquit nos ex-
hortans Isaias, undè excisi estis; id quod S. Lau-
rentius præ cæteris perfectissimè præstitit: ipse
namque præ quovis alio cor suum in Christi san-
guinem defixum habuit, ut potè qui tanquam Ar-
chidiaconus illum inter fideles distribuerebat. *Cui*
commissi dominici sanguinis dispensationem,
inquit ad Sixtum. Et ideo S. Augustinus ait: *In*
calice ebrius tormenta non sentit; nam ut S. Ber-
nardus ait, quòd Martyr aliquis passionis suæ
tormenta non sentiat, *hoc non facit stupor sed*

Pfal. 25. 2.

Ser. 20. de
Sanctis.

Ser. 61. in
Cant.

Isa. 51. 8.

amor; *submititur enim sensus, non amittitur, nec deest dolor, sed superatur, sed contemnitur.* Hæc sancti Levitæ in iuppliciorum castificatione exhibita alicritas, & invictum animi robur, effectus quidam erat ardentis in eo ignis amoris divini, quo cor ejus inflammatum erat; ac proinde S. Bernardus concludit: *Ergo est petra Martyris fortitudo, inde plandè potens ad bibendum calicem Domini: Et calix hic inebrians quàm praeclarus est, praeclarus, inquam, atque jucundus, non minus Imperatori spectanti (id est, Deo) quàm militi triumphanti, scilicet S. Laurentio, qui triumphat coronatus.*

3. *Probasti Domine cor meum.* S. Leo fortitudinem hujus Martyris, sive patientiam ejus, huic igni divini amoris attribuit dicens: *illa mirabilis animi fortitudo de Christi principaliter amore concepta, fortitudo tua, (ita huic inclyto athleta, huic glorioso triumphatori dicipotest) patientia sua.* Tertullianus de Martyribus scribit: *Qua igitur negotiatio patientia?* Lucra illa inextimabilia, quæ Christi milites in cruento martyrii campo sibi comparant, in virtute patientiæ adipiscuntur, per hanc heroicæ virtutis & valoris sui specimen edunt; *Doctrina viri per patientiâ noscitur.* Ac proinde mirum non est quod S. Laurentius in hac virtute fortitudinis præ cunctis aliis excelluerit, seque in eadem per insignia faciora eximium reddiderit; siquidem ipsum patientiæ partum & filium esse constat: Matris namque proprium nomen, Patientia fuit, Tertullianus de hac virtute tractans, sententiam quandam tradit, quam huic sancto Martyri facile accommodare possumus; ait enim: *Christiani nominis thesaurus, cuius nisi patientia disciplinis eruditur?* Etenim sanctus Laurentius suo tempore verus quidam Christianismi thesaurus erat, qui per suum martyrium fidem & religionem quasi labefactam instar solidæ cujuscumque columnæ sustinuit. Sanctus Augustinus de eo scribit: *Dicitur tantâ tranquillitate illa tormenta tolerasse, ut impleretur in eo quod modo in Evangelio audivimus: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Flammâ ustus, sed patientiâ tranquillus.* Sanctus Bernardus patientiam hoc encomio extollit: *Porta cæli humilis patientia, quæ est porta ferrea quæ ducit ad civitatem.* Ad propositum nostrum huic esse possumus, quæ est *graticula ferrea;* hæc enim cœlestem illi He-

rosolyam patere facit. Undè Chrysostrum in Homilia ad populum: *Quod melius est injuriam pati, quàm facere;* ei encomium quoddam parum à priori diversum attribuit, dum ait: *Patienti Deus totum referat cælum;* id quod in hoc Martyre perfectè adimpletum fuit: siquidem Deus invictam ipsius patientiam adeo munificè remuneravit, ut tametsi corpore tenus inter acerbissima tormenta haberet in terris, pedem suum tamen sibi cœli portis intulisse videretur: *Gratias ago Domine, quia januas tuas ingredi merui.* Tertia est, & ab omnibus per læpè audita est illa S. Jacobi propositio, quæ dicit: *Patientia opus perfectum habet;* ab hac autem perfectione multæ alæ virtutes in ipso specialiter emicuerunt, de quibus Dionysius Carthusianus scribit: *Comendandus est ab estuanti promptitudine animi sui ad martyrium, in qua promptitudine innotescit magnitudo fidei, certitudo spei, fervor dilectionis, magnanimitas & imperterrita securitas S. Laurentii.* Martyrium ejus in igne consummatum fuit, Job autem de simili supplicio tractans ait: *Quis sustinebit? Ignis est usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina,* inquit Ecclesiasticus, *vapor ignis uris carnes, & in calore fornacis concertatur.* His adde, quod corpus sancti Levitæ excarnificatum fuerit à scorpionibus, dilaceratum flagellis, plumbatis contusum, ad latera ab accensis & ignitis laminis ustulatum, atque in equuleis & cataractis extensum fuerit, adeo ut de eo dici possit illud Jobi: *Hofis meus terribilibus oculis intuitus est me.* Tyrannus enim atrocissima supplicia in eo experiri voluit, quæ barbara ejus crudelitas advenire potuit, & tamen Sanctus dicere potuit: *Probasti me, igne examinasti,* id est, ut interpretatur sanctus Ambrosius: *Devotiorem Laurentium Salvatori atrociora supplicia fecerunt.* Confidèrasti ne aliquando illa Psalmi verba: *Dum superbit impius, incenditur pauper?* Illis etenim verbis insinuat, quod quânto magis impius & superbus tyrannus Valerianus Martyri comminabatur jam totali pauperi & acido, cunctisque thesauris extpoliato, tantò magis in eo charitatis ignis accensus fuerit. Hugo Cardinalis ait: *Pauper spiritu incenditur, id est, purgatur;* hæc autem ad propositum nostrum non adeo servire aut conducere videtur, quia

S. Leo

Luc. 1. 40

Ser. in Enc. S. Lauren.

Job. 31. 20

Eccl. 38.

Job. 16.

In Luc. c. 13.

Ps. 3. 7.

Lib. de Patient. c. 3.

Prov. 19. 12

De Patient. c. 13.

Serm. 123. de diver.

In sentent.

S. Leo titulum immaculati ei attribuit : *Postulas ab immaculato Sacraus Praeside*; & ut in principio hujus Discursus diximus, ipsemet de seipso dicit : *Non est inventa in me iniquitas*, quænam igitur aut qualis macula in eo purganda superent? maxime cum idem Hugo hæc verbar : *Non est inventa in me iniquitas*, ita explicet : *quæ ab hoc igne excoqueretur, eò scilicet quod iniquitatem non fecerit*. Quoniam verò igne accensus fuit? *Inceditur amore Dei*. Dicere quoque cum sancto Augustino poterimus : *Mali servimus bonis non obsequendo, sed persuadendo*. Hoc utamque superbiam & impietas sanctitati servorum Dei cooperatur, eosque haud secus ac ignis aurum purificat : *Quomodo in fornace artificis palea servit auro, ubi sine dubio palea consumitur, aurum probatur*.

4. *Non est inventa in me iniquitas* Idem Hugo vocat iniquitatem avaritiam. Sciendum est igitur, quod inter alia motiva, quæ Guilielmus Durandus in Rationali Divinorum Officiorum adfert, cur in hujus Martyris honorem adeo insignis celebretur solemnitas, unum est illud, scilicet *propter bonam administrationem thesaurorum Ecclesie*; siquidem è tot thesauris nihil manibus ejus adhæsit, sed fidelissimus dispensator extitit; & quidem tanto pauperes amore prosequitur, ut eos thesaurum suum nominare solitus fuerit. Unde sanctus Ambrosius ait : *Quos meliores lesus habet thesauros, quàm eos, in quibus amat videri*? Reditus & census ecclesiastici, sanguis Christi esse dicuntur; sanctus Laurentius autem tanquam Archidiaconus hujus thesauri dispensator constitutus fuit : *Cui commisit dominici sanguinis dispensationem*; quod non tantùm de sanguine Eucharistico, verùm etiam de mystico bonorum Ecclesie sanguine intelligendum venit; quoniam autem modo hi thesauri distribuendi sunt, suo nos exemplo pulchrè docuit : *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi*. Sanctus Leo Papa generositatem, quam in distribuendis in pauperes thesauris ecclesiasticis exhibuit, tametsi sibi per hoc tyranni odium conciliandum esse sciret, tanti æstimavit, ut si secus fecisset, omninò sibi persuasum habeat, eum in fidei confessione non adeo futurum fuis-

se stabilem atque constantem : *Si fecisset sacra pecunia traditorem, faceret etiam veram religionis exortem*. Est illa sancti Basilii sententia : *Sibi apud Deum pietatis januam clausit, qui viscera misericordie proximo mendicanti non aperit*. A contrario tenui, qui viscera sua erga egenos pandit, portas quoque cœlorum tibi patulas esse efficiet; ac proinde sanctus Laurentius Deo gratias egit dicens : *Gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui*; idque quia thesauros Ecclesie dedit pauperibus. Dionysius Carthusianus de eo scribit : *Cum sancto Iob dicere potuit : Ab infantia crevit mecum miseratione, & de utero matris egressa est mecum*. Intima, quam erga pauperes exhibuit, compassio, acerbissima passionis caula fuit; at verò sanctus Laurentius super prunas ardentes expositus gaudium & jubulum cordis in se perlenit, imò exultavit occasionem sibi dari, ut in igne charitatis & amoris erga Deum & proximos suos, id est, pauperes; & egenos magis flagrare posset, ne fortè ab igne cupiditatis auri & argenti laderetur : *igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas*; id est, avaritia, quæ sub hoc ignis epitheto à sanctis Patribus sæpè vituperatur. Quorum unus, qui suam ab auro nomenclaturam accepit, id est, Chrysologus ita ait : *Auri furor ardentius humano servet in pectore, quàm caminus totus ignescit incendiis, & acris homines dissolvit in terra, quàm solvit in calore flammarum*. S. Leo quoque idem vitium in Iuda detestando, hac phrasi utitur. *Facibus inflammatus avaritia*. Unde valdè credibile est, quod cum sanctus Laurentius omnes Ecclesie thesauros in manu sua habuerit, prius ab infernali hoste hoc avaritiæ igne infestatus fuerit : *igne me examinasti, ita Deo dicere potuit, id est, ut me probares, me cupiditate auri & argenti tentari permisisti, sed non est inventa in me iniquitas*.

5. *igne me examinasti*. S. Thomas de Vila-Nova dicit : *Homines solitos esse Sanctos tanquam Advocatos venerari, qui illis in rebus, in quibus ipsorum imploramus patrocinium, assistere : In peste Rocham; in ophthalmia Luciam; in carcinomate Agatham; in dolore dentium Apolloniam invocamus; Stephani autem lapidati Martyris minus est duritiam cordis emollire*. Verùm quam in re sanctus Laurentius

Ser. 78. de tempore.

De offic. 6. 18.

Serm. 1. de S. Laurentio.

Serm. 29. Serm. 10. de Pass.

Serm. de S. Stephano.

Serm 37.
de Sanctis.

rentius à nobis velut advocatus imp'orandus erit? *Da nobis'quis sumus Domine vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui B. Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare.* Specialius tamen à nobis implorandus est, ut ignem infernalem nos evadere faciat. Nam ut S. Augustinus ait: *Sub umbra illius latitans gehenna non patietur odorem, securusque de die iudicii exurentis incendio erit.* Porro ignis ad æternum ignem nos protrahens, ut plurimum est ignis carnalis concupiscentiæ, à quo nihil æquè efficaciter nos valet eximere, ac ignis S. Laurentii. De quodam Ordinis S. Dominici Religioso, cui nomen Dominicus erat, refertur, quòd dum hic ab objecto quodam lascivo extimulatus, & à dæmone pariter infestatus, carnis proritamenta gloriosè vicisset, vocem quandam audierit eidem inclamantem: *Vicisti, vicisti, quia in igne fuisti, & non ardisti.* Idem majori cum veritate præcunctis aliis de S. Laurentio dici potest. Verùm enim verò ad evadendum omne huius ignis experiendi periculum, efficax reme-

dium erit, non solùm hunc S. Laurentii ignem considerare; verùm etiam per seriam considerationem ad inferni barathrum descendere: *Quis nolit ad horam uri Laurentii igne, inquit sanctus Laurentius, ne æternum gehenna patiatur incendium.* Nunquid ad evadendum ignem quendam æternum, operæ pretium esse celebratur, si quis unico tantùm die in prunis concremetur & ardeat? S. Polycarpus Proconsul hunc in modum respondisse fertur: *Ignem minaris hunc, qui ad momentum incendit, & paulo post extinguitur; verùm ignoras ignem gehenna, qui ad perpetuas pœnas preparatus est impiis.* Deus à nobis non requirit, ut exarserimus super vivis carbonibus, veluti S. Laurentius, sed ut ab infernali igne prefervemur, sufficit utiq; si ab hoc igne conflagremus, qui in ejus corde luculenter ardebat, scilicet igne amoris divini, & observantiæ divinae legis, de qua dicitur: *Ignea lex. Ignem veni mittere in terram.* S. Ambrosius ait: *Quis hoc exemplo nolit pro Christo ardere cum Laurentio, ut possit à Christo cum Laurentio coronari.*

De immensa gloria, quæ S. Laurentio ex suo martyrio tam in coelo quàm in terra obvenit; de quæ beneficiis, quæ per illud in Ecclesiam redundarunt.

DISCURSVS SEXTVS.

Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt.

I. **I**nvicidus quidem & immanis tyrannus gloriam & heroica S. Laurentii facinora sub obscuræ noctis tenebras sepelire satagebat, ne mundo manifesta & nota fierent, neve eidem ejus innotesceret ignominia atq; confusio; sanctus verò Martyr ex instinctu utiq; Spiritus sancti, noctem illà quovis serenissimam

die splendidiorem futuram, & quemvis fuscæ illius caliginis atomum, non solùm in scintillam, sed & in lucis & gloriæ radium transmutandum esse prædixit: *Mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt;* ac proinde in præsentem Discursu ponderemus velim nonnihil, quot modis sanctus hic martyr immensam gloriæ suam in cunctis futuris sæculis tam in hoc inferiori

riori mundo quam in cœlo celebrem, reddiderit.

2. In Evangelio ad hodiernam Missionem lecto hanc habemus inter alia Salvatoris promissionem: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui in cœlis est.* Seraphini qui divini amoris igne exstant, à Spiritu sancto ministri DEI nominantur:

Psalm. 4.

Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem; Ecquis autem hoc Seraphinorum encomium & meritum sancto Laurentio denegare audebit, utpotè quem non solum igne carbonum ardentium, sed etiam & multo quidem vehementius Divini amoris incendio in corde suo flagitare conspicimus, Etenim plus illum carbonem è Paradisi officina deprompti, ab Isaia Propheta olim visi accenderunt, quam carbonem à Valeriano ei subtrati; Et quidem quis unquam virtutem, magnanimitatem, & eminentem sancti Laurentii sanctitatem cognoscere potuisset, nisi hi carbonem ardentem & igniti præsto fuissent? Sanctus Leo, ut hodie in lectionibus matutinalibus legimus, dicit: *Per universum mundum clarificavit gloriam suam, ut à Soli ortu usque ad occasum Leviticorum luminum coruscante fulgore, quem glorificata est Hierosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio.* Sanctus Petrus Chrysologus sermonem quandam ex suis de hac festivitate conscriptum ita exorditur: *Hodiernus dies beatissimi Martyris Laurentij coronâ illustratur, cujus egregij Martyris merita nulla pars Romani orbis ignorat.* Quamvis olim veteres Historici & Oratores Mutium quandam Scavolam extulerunt laudum encomiis, eò quod manum suam igni generosè impostam, concremari sibi passus fuisset? Longè igitur majori jure sacri Doctores calamos suos ad generositatem & invictum animi robur sancti Laurentii describendam adaptant, qui ex amore DEI sui & pro Ecclesia Christi defensione, non unam duntaxat manum, sed totum corpus suum concremandum exposuit! sanctus Ambrosius de hoc sancto Martyre ita scribit:

Ser. 135.

In cap. 13. Luca.

Igitur sanctum Martyrem Laurentium grano synapsis possumus comparare; diversis attritus passionibus per totum orbem gratia meruit sui flagrare martyrii. Qui ante constitutus in corpore erat humilis, ignotus, & vilis postquam laceratus & excubus est, universis per totum mundum Ecclesie odorem sua nobilitatis infundit. *Sancti Augustini Tom. III.*

dit. Hic ignis quantumvis in modica quadam officina constringatur & limitetur, obscuritatem tamen noctis illius, quæ Tyranno in perpetuum tenebrosa, sancto autem Levitæ in æternum luminosa futura erit, non solum clarificavit & illustravit, verum etiam in variis provinciis, in pluribus animabus per ejus martyrium ad fidem Christi conversis, ignorantia & infidelitatis dissipavit caliginem; unde sanctus Augustinus ait: *Tanta ejus Martyrii gloria extitit, ut passione sua mundum illuminaverit universum;* & ut prædictum oraculum adimpletum esse ostenderet, ait: *Maximè nox obscurum non habet;* Demum vero sanctus Augustinus subjungit: *Illuminavit mundum plane Laurentius eo lumine, quo ipse accensus est, unde deducitur, quod per hunc ignem veræ fidei lucem per universam terram effuderit.* Multi quoque fideles ab hisce flammis calefacti, mortem demoneps & ipsi generosissimè sustinuerunt: *Flammis quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefecit;* adeo ut qui in Indiis deinceps pro Religione Martyrii subière agonem, ad hujus Martyris imitationem tanta cum lætitiâ morti occurrerint, ut super carbonem ardentem repositi, odoriferis se floribus, vel pretiosissimis carbunculis instratos esse putarint: *Hac est ergo tota causa passionis, propter quam tali morti adductus est talis vir, ut sui similis esse ceteros hortaretur;* Ita idem sanctus Augustinus scribit, Tertullianus sanguinem Martyrium instat jacti in terram feminis fecundum esse scribit: *Sanguis Martyrum semen est Christianorum.* Quam sunt innumeri, quos carbonum ætosum scintilla non solum hic Roma, sed passim per universum mundum, ubi insuperabilis hujus Martyris constantia prædicando divulgatur, serenissimâ Evangelii luce colostrant? Neque enim solum Romanus sacro Baptismate à sancto hoc Archidiacono ablui, sed & sanctus Hyppoltus una cum tota familia sua ab eodem conversus fuit. Unde non immeritò sanctus Augustinus postquam hanc questionem instituit: *Quid enim B. Laurentio illa qua à persecutoribus illata sunt tormenta, nocuerunt, protinus respondet, nigros illos & obscuros craticulæ Martyris subtratos carbonem accensos totum mundum ex omni parte universi illuminasse, unde subdit: Nisi quod eum clariorem ipsis supplicii reddiderunt.* Et multò clariùs S. Ma-

Ser. 30. de Sanctis.

Ser. 22. de Sanctis.

In Apolog.

H. m. S.

imus, ait: *Cujus radiantibus flammis vidrix in hunc quoque diem toto orbe Christi coruscet Ecclesia.* Quando sancto Levita, se è carcere eductum Valeriani conspectui sistendum esse, nuntiatum fuit, conversus ad Hyppolium dixit: *Famus, & mihi enim & tibi gloria paratur.* Ubi considerandum venit, Deum per altissimam providentiam suam voluisse, ut omnia quae sanctus hic Martyr ore protulit verba, aut quae patravit heroica facinora ad perpetuam sancti Laurentii memoriam & gloriam sacris infererentur annalibus, ut hac ratione posteris quoque lucem adferrent: *Omnia in luce clarescunt.* Ecclesia quoque suis in diversis occasionibus datis responsis veluti caelestibus oraculis, & inestimabilis pretii gemmis, Divinum Officiam, quod ad eius honorem per totam octavam legitur, locupletavit. Argentum & aurum quod S. Laurentius pauperibus distribuit, per omnia deinceps saecula in arario non solum coeli, sed & Ecclesiae militantis in terris conservabitur, ut inde Pastores & Praelati, cunctique alii Ecclesiastici pietatis & misericordiae visceribus dinare se valeant. *Omnia in luce clarescunt;* ac proinde in introitu qui in Missa vigiliae facti hujus dicitur, ita legitur: *Dispersit, dedit pauperibus.* Carcer in quo brevi licet temporis spatio vincus remansit, Locus in quo ab igne in craticula afflatus fuit, nec non & alius, in quo corpus ejus sepulturae demandatum fuit, in sacra templa ad ejus honorem erecta, consecrata fuere, & etiamnum summa in veneratione ab omnibus habentur: *Omnia in luce clarescunt.* Adhaec modica quaedam craticula Laurentianae particula à S. Gregorio Magnopraedivitis & opulenti thesauri loco habita fuit, ut proinde alius quidam Pontifex sanctus, & non minus opere quam cognomine Magnus, non immerito ad ejus laudem & gloriam exclamet, dicens: *Quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit,* (ita S. Leo Magnus Valerianum alloquitur,) *quando in honorem transferunt triumphi etiam instrumenta supplicij?*

3. *Omnia in luce clarescunt:* Quod si etiam id quod sanctus Augustinus alibi scribit, nimirum: *Quam gloriosa, & quanta virtutum quasi florum varietate distincta Laurentii sit corona, universa testis est Roma,* consideremus, ac demum in universam totius vitae ejus periodum oculos conjiciamus, clarum est in primis ipsam nobilitate clarissimum fuisse, tametsi se alias velut infirmorum natalium hominem minimè conspicuum esse voluerit; Spectabilis quoque

fuit ex parte muneris, ad quod ob sanctitatis foemera sublimarimeruit, utpote quod post Patrum excellentissimum erat, siquidem sanctae Romanae Ecclesiae Archidiaconus erat; verum haec relictis in virtutes ejus oculos nostros conjiciamus, verè enim ita est, uti S. Hieronymus ad Celantiam scribit: *Apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus.* Et quidem si de virtutibus S. Laurentii agatur, impletum inveniemus, quod ipsemet de se est contestatus, scilicet: *Omnia in luce clarescunt.* Innocentia & puritas vitae ejus inlar auri intra flammam enituit. Unde S. Maximus ait: *Refrigerio conscientiae victor ulscat.* Quantum etiam fuerit omnium honorum terrenorum, sensualiumque commoditatum in eo contemptus, quamque ardens in eo eluxerit erga sanctam Fidem nostram zelus, ex eo facile colligitur, quod videlicet Patriam, Parentes, Patrimonii hereditatem, & quicquid commoditatum & deliciarum mundus aetatis suae floribus obijciebat, ultro citroque dereliquerit, ut in loco ubi persecutio immaniùs fiebat, Religionem Christianam tueretur & defenderet, Morum quoque suorum puritatem Chrysologus nobis duobus quasi verbis descripsit: dum illam Angelicam fuisse dicit: *Erat autem Laurentius pauper opibus, dives moribus.* Quam immaculata ejus infantia & adolescentia fuerit, ab ejus educatione satis colligitur, educatus namque magna cum sollicitudine à tali matre fuit, quae patientiae virtutem in corde potius, quam nudo nomine circumferendo sanctam se esse probabat: *In ipso juvenutis sua flore decorem juvenutis sua sanguine purpuravit.* Sanctus Augustinus ait: *Speravit mundum blandientem;* Et in alio quodam sermone ita loquitur: *Habitum, vultum, & sanctitate decorus candidam, ante Passionem habuit conscientiam;* Et in hoc fortè consilium mysterium, cum Ecclesia in introitu Missae hodiernae insignibus hujus sancti Martyris meritis huic verbis, quae de nullo alio cantari noscuntur, applaudit: *Confessio & pulchritudo in conspectu ejus, sanctitas & magnificentia in sanctificatione ejus.* Igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. Verum enim verò, ut dignum quendam eminentis perfectionis ejus conceptum formare valeamus, sciendum est, quod haec à magis vel minus intensis Christianarum virtutum gradibus colligi debeat; in quibus quantum S. Laurentius excelluerit, S. Maximus clarè edicit, hic enim invidium quod in suppliciis praeferebat animi

Ser. 136.

Ser. 27. de diversis.

Ser. 38. de diversis.

Ser. 37. de Sanctis.

Hom. 2. de S. Laurentio. robur admirans, scribit: *Quem suarum confortabat multitudo virtutum, non poterat vincere magnitudo poenarum;* Charitas quæ virtutum omnium Regina est, adeo, ut alibi vidimus, in ejus corde emicuit, & primò quidem amor erga Deum in eo eluxit, dum pro ejus amore tam acerba pro ejus nomine & fide tormenta exultabundus & jubilans sustinuit: amorem quoque erga proximum in eo prodidit, tum quod animarum lucro ad veram fidei cognitionem eas perducendo adeo deditus fuerit, tum quod varia illis misericordie opera exhibuerit, hospitio excipiendo peregrinos, eorum lavando pedes, eos visitando, & piis subsidiis eisdem opitulando; Unde beatus Laurentius Justinianus ait: *Charitatis ejus quis valeat explicare fervorem? jam enim manens in carne, carnis nihil sapiebat in mente.* Quis in ejus Tyranno redditus responsionibus ardentissimum Christianæ Religionis zelum non admiretur. Chrysologus de eadem ad instar auri in igne craticulæ illius purificata fide ejusque zelo, ita loquitur: *Fides non solum non arsit, sed & consolabatur ardentem; cujus rationem refundit in spem vivam in ejus corde intrinsecus radicatum, quia fidelem tenebat promittentem, ut fides non deficeret, ut spes non averteretur, ut charitas in-ter poenas igneas corporales plus accenderetur,*

Dei dona erant; adeoque non solum de illa peenosa & atroci nocte dici potuit: Mea nox, obscurum non habet, verum etiam de cunctis vitæ suæ operibus: ac demum de omni eo quod de eo dici valet, merito affirmandum est: Omnia in luce clarescunt.

4. *Hæc nox: illuminatio mea in delictis meis.* Quæ verba sanctus quoque Martyr ulurpare potuit, siquidem nox ista non solum ipsum in cælo & in terra gloriosum reddidit, verum etiam ex cordis latitudine quacum pro Christo patiebatur, satis clarè patebat, quod inter carbones eum torrentes & affantes velut inter flores & plumas delicta retur: *In delictis meis.* Utinam nox ista adeo luminosa nostris quoque cordibus aliquam veri hujus luminis scintillam communicaret, ad hoc ut clarè intelligeremus, quod anima alicujus Christi sanguine redemptæ, & ad cælestis gloriæ participium habendum creatæ summæ delicta esse debeant non gaudiorum illecebræ, sed tribulationum miseræ, & passionum in hac vita pro Christo toleratarum ærumna; siquidem *momentaneum hoc & leve tribulationis nostræ æternum gloria pondus operatur in nobis; Passiones breves sunt & transitorie, cum tamen gaudia Paradisi sempiterna existant.*

P/13.120



Ignem divini amoris, qui in corde S. Laurentii flagrabat, adversus ignem, quo à Tyranno uctus fuit, mirè prævaluisse ostenditur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Si transieris per ignem, flamma non nocebit tibi.

EX quibusdam quæ hodie ad Matutinum recitata fuere, nonnemo haud immeritò dubitare posset, an S. Laurentius à prunis & carbonibus ignitis quicquam læsus fuisset; Etenim in Responsorio quod secundæ lectioni subiungitur, ita legitur: *Puer meus noli timere, quia ego tecum sum, dicit Dominus; si transieris per ignem, flamma non nocebit tibi, & odor ignis non erit in te.* Et quidem Responsorium istud optimè cum eo consonat, quod in Antiphona laudum quarta in ordine, pariter legitur, nimirum: *Misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de medio ignis, & non sum astutus*: Veruntamen facilis & in promptu est responso, dicendum est enim, verba illa aludere ad constantiam, quæ cum sanctus Archidiaconus noster craticulam ignitam sustinuit, quæ certè adeo heroica fuit, ut spectantium oculis, imò & omni intellectui humano, eandem benè consideranti videri potuisset, elementi illius violentiam & voracitatem in sancti Martyris corpore nihil prorsus doloris, nedum læsionis attulisse; nam vultu elegantissimo dicebat: *Gratias ago tibi Domine Iesu Christe, quod me confortare dignatus es.* Hebræorum Legislator Moyses spinetum illud quondam è longinquo, ardere quidem, sed non comburi conspiciens, intra semetipsum obstupescens dixit: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam quare non comburatur rubus.* Quis hodierna die juvenem illum in flore ætatis inter medias flammæ constitutum, & jam fermè toto corpore afflatum conspiciens, & tamen jubilantem, gaudentem, carnisfictæque provocantem & deridentem audiens præ admi-

Exod. 3.

ratione quoque non obstupescat, dicetque: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam?* Ad hunc igitur admirabilem proflus & prodigiosum ignem proprius nonnihil in hoc discursu nostro accedamus.

2. *Flamma non nocebit tibi.* S. Ambrosius de Arch. levita nostro ait: *Ardebat extrinsecus Martyr tyranni savientis incendis, sed major illum intrinsecus Christi amoris flamma torquebat.* Etenim quæ in corde eius relucebat flamma amoris Divini, ignem impediens Tyranni, id est, non ideo doloris expertus fuit, quasi sensus stupefactus non sensisset ardorem, sed in mediis tormentis sibi complacens, ideo gaudebat, quia in corde ipsius alius quidam ignis ardebat, ille nimirum, de quo per fidem novimus, quod *Deus ignis consumens est.* Quod S. Augustinus confirmat, dicens: *In comparatione fervoris, quo pectus eius ardebat, exterior persecutorum flamma frigeat.* Idem sanctus Doctor optimè considerat, quam aptè verba illa Psalmi sancto huic Martyri adaptari possint. *Vires vites meos, & cor meum Domine,* quibus Ecclesia in Introitu Missæ illius ardeat, quæ in ultimo die octavæ celebratur: *Duplici se postulat igne comburi,* inquit sanctus Augustinus, *nam si de solo igne mundi loqueretur, sufficeret, vites tantum exurendos obtulisse, cor autem nisi Christi flamma non urit.* Quænam autem ab hoc interioris cor accedente igne effectum productum fuisse existimatis? Pergit hunc explicare sequentibus verbis: *Atque ideo ad comprobendam devotionem suam, geminum sibi ignem postulat, ut lucamine habito ostendat in se plus posse amorem Christi, quam pœnam Tyranni.* Sanctus Maximus quoque ad hunc craticulæ læsum ignem

In Luc. 19.

Ser. 37. de
diversis.

Ser. 30. de
Sanctis.

Hom. 2. de
S. Laurentio.

in quo Martyr extensus jacebat, oculum suum dirigens faretur quidem, dicens: *Ardebat ergo Laurentius; verum tamen in hac duarum flammarum lucta & singulari præho ignis, qui interior in corde ardebat, victor evasit: Sed vincebat ille ignis, de quo Salvator ait: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur.* Enimvero quando anima nostra hoc igne accenditur, quodvis aliud incendium ei gelu & glacies esse videtur. S. Ambrosius postquam discipulos in Emaus abeuntes, ab hoc igne accensos fuisse dixisset, ut ipsimet testantur, dicens: *Nonne cor nostrum ardens in nobis, profecit, dicendo: Hoc igitur igne B. Laurentius accensus flammarum non sensit incendium.* Et S. Maximus in eadem Homilia, ait: *Vbi cor ardet, flammam membra non sentiunt.* Apostoli pavidi & formidolosi armati exercitus ad Christum captivitate accincti strepitum audientes, Christum turpiter deseruerunt, at vero post illapsum in eos cælicus in die Penthecostes divinum hunc ignem, quantum fuerunt adversus omnes Tyrannos & nove Evangelicæ legis persecutores, audaciores animosioresque. *Obedire oportet magis Deo quam hominibus*, inquit ab idem ille Petrus, qui paulo ante Christum Magistrum suum negaverat. *Vbi DEI Spiritus fervet*, inquit sanctus Maximus, *frigida sit flamma mortalium.* Enimvero ignis iste in sancto Laurentio tanto magis operativus erat, quanto cor ejus ad illum recipiendum magis erat dispositum. *Advenit ignis divinus* (ita in Responsorio Matutinali in octava Penthecostes dicitur) *non comburens sed illuminans; non consumens sed lucens, & invenit corda discipulorum receptacula mundi.* Porro cor sancti Laurentii mundum erat, ac proinde sanctus Leo ipsum immaculatam sacrarii præfulem appellavit, quid mirum igitur, si ignis iste in eo operatus sit admirandos adeo effectus? dicite fodes, quænam glossæ verba illa exponenda esse existimatis? *Carbones succensi sunt ab eo?* num forte ii, qui hosce carbones accenderunt, æstimandi sunt, esse Carifices, qui jussu Valeriani subtus craticulam positos carbones ardere fecerunt? nequaquam. Quis igitur? audite glossam interlinearem; quæ dicit: *Corda hominum inflammata à Spiritu sancto;* hic igitur Spiritus sancti ignis intra

ipius sancti Martyris viscera ignem istum ardere faciebat, ac proinde tam vehementer ardebat, tantoque cum júbilo cordis sui exultabat, siquidem fructus spiritus Dei gaudium est: *Fructus autem spiritus charitas, gaudium.* Et S. Augustinus ait: *Nec poenali fluxus est incendio, cujus in pectore insuperabilis spiritus sancti flamma fervebat.*

3. *Flamma non nocebit.* Sanctus Ambrosius Exod. 20. ait: *Flamma fidei calorem non sensit in Exodo namque de populo DEI scribitur, illum solum audiendo voces, fumumque & fulgura videndo toto corpore contremuisse: Cunctus autem populus videbat voces & lampades, montemque fumantem, & perterriti ac pavore concussistieterunt procul;* ex alia vero parte in prophetia Daniels scribitur, quod non ad fumi comparitionem, sed postquam flammæ e fornace ardente erupissent, tres illi pueri nequaquam expavescendi fuerint, quin potius eandem fornacem animosè intraverint, haud lecus ac si hortum quendam rosæ & hliis refertum ingressuri fuissent. Sed quisnam utriusque eventus d'herentiam assignare poterit? nimirum Israëlitarum cor habebant præ timore gelidum, quem neque fumus nec calor Synaiticus fugare aut resolvere poterant: tres autem pueri illi circa cultum & religionem veri Dei, constantem cujusdam magnanimitatis e-causum in pectore suo habebant, cum Israëlitarum econtra ob vituli adorationem, quam turpiter admiserant, in eadem vacillarent. Unde Sedulius in favorem non horum sed illorum ita cecinit:

Medios traduntur in Ignes
Nil ardente rogo, tanto ve ardore calentes
Cordis, imaginea vincunt incendia poena
Igne animi.

Ad eundem igitur modum dicere possumus, quod quia hic Martyr impenetrabili zeli religionis & fidei lorica sese accinxerat, ideo *Flammæ fidei calore non sensit.* Pulchram quandam, nec proposito nostro ineptam historiam Egesippus refert, nimirum quod cum in expugnatione Hierosolymitana milites Romani intra Civitatis moenia cuniculos ad eandem funditus subvertendam, facerent, cives vero Hierosolymita-

Ab. Ap. 2.

2f. 17. 9.

folymitani oleum ebulliens in eorundem vultus & corpora copiose effundent, inde tamen Romani nec quicquam à cepto molimine retardati fuerint, sed *victoria studio abscondebant injuriam, ardebant animis, ut nullum corpus sentiret incendium, nec tanti estimabant pœne ferventis dolorem, quanti dispendium gloriæ, si bello desisterent.* Ecce tibi unam earum rationum obquam S. Laurentius etiam postquam in hisce carbonibus vivus concremaretur, jamque prope modum affatus esset, Tyrannum nihilominus adhuc deriserit, & super ignita & cadenti craticula etiam non tripudiaverit, & exultavit, quia nimirum in craticulam hanc in currum triumphalem transmendam sperabat, & revera ita accidit, quia *Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus; caro mea igne cremata est pro te DEUS meus* Ubi nota particulam illam, *pro te*, ob hanc namque de illo incendio gaudebat, ac si nequaquam arsisset, aut allaceret, adeo etiam, ut dicere non dubitet: *In medio ignis non sum astuatus; victoria studio abscondebant injuriam*, sciebat enim quod in illis carbonibus flamma iræ & persecutionis Valeriani Imperatoris adversus Ecclesiam finem fumum habitura & extinguenda esset, quodque per ignem illum, quem patiebatur furæ infernalis, quæ, ut videbatur, in fidei damnationem atque perniciem solutæ erant, retundendæ & coercendæ forent; & ut manifestum fieret, quod *porta inferi non præalebunt adversus eam.* Benè igitur Chrysologus ait, quod *Ibi fides non solum non arsit, sed & consolabatur ardentem.*

Ser. 135.

4. *Flamma non nocebit*; nimirum ex virtute divinæ assistentiæ, quæ illi in atrocissimo illo supplicio superhumanam quandam animositate & cordis robur subministrabat In Jeremia propheta legitur, quod cum Hierosolyma post diuturnam obsidionem igne consumenda esset, dicitur Propheta ex iussu DEI libros quosdam ab igne illatos conservare debuerit, modus autem illos ab illis flammis intactos conservandi à DEO eidem præscriptus, valde fuit peregrinus; ait enim DEUS: *sume tibi libros istos, & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis*: at verò inquires, si ita est, quod scilicet quoad Hierosolymam decretum sit, quod *succendent eam igni & comburent eam*, quæ ratione libri illi in vase adeo fragili conservari poterunt; facilius utique &

Jer. 32.

securior librorum illorum custodia foret, si illos DEUS vase curpiam marmoreo, vel alteri simili, quod ex parte materiæ majorem facere posset resistantiam, includi iussisset; & tamen Deus illos conservari vult *in vase fictili*; nimirum ad nostram eruditionem, ut inde disceremus, quod Divina omnipotentia in hoc humani corporis fragile lutum talem infundere sciat virtutem acque animi constantiam, ut fides, Religio, Deique eximius amor illæsus prorsus conservetur, tametsi quaquaversum igne & flammis cinctus existat, Unde etiamnum sæculis nostris audivimus, in Japonia multos Religiosos summa cum animi constantia, & indicibili cum alacritate & promptitudine, ad cruces, ignes, bestias, patibula, aliaque atrociora mortis genera velut ad convivium opipara properasse. Videtur igitur Hæc Propheta exacte vaticinatus fuisse quicquid in hoc Martyrio eventurum erat; dicit enim: *Cum ambula veris in igne, non comburoris, & flamma non ardebit in te*; moxque rationem subiungit, dicens: *Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel Salvator tuus.* S. Maximus mira cum eloquentia in Honulia tertie de hac festivitate in S. Laurentii laudes fusi digreditur, exclamando: *Quid hoc viro beatius?* In Luca. 130.

If. 43.2.

5. *Flamma non nocebit tibi.* Olim veteres ut hominem quendam iracundum & vindicativum exprimerent, cor humanum prunis ardentibus superimpositum depingere solebant. S. Laurentius super ardentem carbonem & prunas in craticula vinctus & extensus hæbat, & tamen si aliqua cor ejus iræ afferbuit, illa solum respiciebat Tyrannum tanquam fidei persecutorem, non verò tanquam carnificem; nam de reliquo ut diximus supra, *vultu elegantissimo omnia supplicia deidebat, nec quicquam illa æstimabat.*

6. *Flamma non nocebit tibi.* Sanctus Ambrosius ait: *Dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne, quod paritur*: Porro præcepta ignis quidem sunt, *igneæ lex*; & quidem si consideretur à nobis, quod præceptorum adimpletio ab æterni ignis damnatione & reatu nos liberet, nullus profecto erit, quin non libenter ignem hunc nostratē mare-

Ser. 1. Ac gran. s. nap.

rialege

sialem perlibenter sit toleraturus : ac proinde prout superius in sententia S. Augustini diximus: *Quis nolit ad horam uti Laurentii igne, ne aeternum gehenna patiatur incendium?*

7. *Flamma non nocebit tibi, Tarsiti membra corporis exteriora ignis illius voracissimum ardorem vivacissime sentient, utpotè quæ jam assa & ferè concremata erant anima tamen Martyris in Deum profusa absorpta alium non percipiebat ignem, quam illum, de quo scribitur: Ignis consumens est. Unde S. Ambrosius scribit: Iacet, licet ante pedes Tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cujus anima demoratur in caelis. Elias currum sibi igneum presentari videt, nec tamen pedem retrahit, sed promptus & alacer in eundem Iacet igneum currum insilivit Scititne causam, inquit Basilus, cur Elias ignem illum non formidaverit, quia Cælestis itineris desiderio incensus erat. Simili modo sanctus Laurentius craticulam ardentem nequaquam exhorruit, quia craticulam illam suo tempore in jucundissimæ quietis molissimum lectum commutandam esse sperabat.*

de quibus lectis Psalmista canit, dicens: *Exultabunt Sancti in gloria, latabuntur in cubilibus suis; craticulam supplicii lectum quietis perabat.* Notandum est autem, quod in suo ad caelos raptu Eliseo pallium suum reliquit, ita quoque S. Laurentius mortalitatis suæ exuvias pariter & spiritum suum nobis monumenti loco relinquere voluit, ac proinde Ecclesia in oratione diei octavæ hisce verbis utitur: *Excita Domine in Ecclesia tua spiritum, cui B. Laurentius levita servivit, ut eodem nos repleti studeamus amare, quod amavit, & opere exercere, quod docuit; quibus verbis Ecclesia indulgeri sibi postulat participium tum ardentissimi illius desiderii patiendi pro Christo, tum ignis Divini sui amoris, tum zeli fidei, tum rectæ administrationis honorum Ecclesiasticorum, in hisce enim operibus & virtutibus spiritus sanctus Laurentii specialiter emicuit.*

Ps. 149. 3.



De S. Laurentio Martyrii sub figura sacrificii tractatur; unde nonnulli veterum sacrificiorum ritus considerantur, ex quibus S. Laurentii sacrificium holocaustum fuisse comprobatur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Ego me obtuli Deo sacrificium in odorem suavitatis.

1. **C**um invidus Martyr sanctus Laurentius Tyranni iussu super craticula ignita vincus & extensus jaceret, eodem tempore Deus sacrificium offerre quoque iussus fuit; qui mox generosa cum resolutione respondit: *Ego me obtuli DEO sacrificium in odorem suavitatis*, nimirum ut beatus Laurentius Justinianus ait: *Cupiebat sane DEO reddere quod acceperat, seque viventem, sanctam, placentemque hostiam offerre altissimo*. Enimvero hoc supposito dubitare quis haud immerito posset, qualem illud sacrificium fuerit, quod de seipso DEO obtulisse dicitur; plura enim sacrificiorum genera in antiqua lege instituta erant; insuper etiam aliud exurgit dubium, cur scilicet ex hoc corporis sui sacrificio, unam assae carnis partem Valeriano obtulerit, dicendo: *Assatum est jam, versa, & manduca*; Porro dici nequaquam potest, id à sancto Martyre ex quodam impatientiae impetu prolatum fuisse; quomodo enim de illo, qui dicere potuit: *Ab infantia crevis mecum patientia, & de utero matris mee egressa est mecum*, siquidem ut superius diximus, sanctus hic Martyr à tali fuit matre progenitus, quae proprio nomine suo Patientia appellabatur; quomodo inquam de illo praesumi, aut credi potest, quod hoc modo loquendo in aliquos protulerit furoris & impatientiae motus. Sunt qui existimant sanctum Martyrem ostendere voluisse, quod Tyrannum neutiquam pertimescat, utpote qui tanta cum generositate ei barbariem suam exprobrare non dubitabat.

Præterea sancta mater Ecclesia de sanctis Martyribus ita canit: *Canuntur gladijs more bibentium, non murmur resonat, non querimonia; sed corde tacto mens bene conscia, conservat patientiam*, ac prorsus cum sanctus Laurentius verum quoddam sit Martyrum speculum, minimè credibile est, eum in aliqua iracundiæ aut impatientiæ verba prorupisse. Melius igitur dicendum videtur, quod quia ex hostia quæ dicebatur, pacifica una pars distribuebatur populo, altera vero in gratiarum actionem in sacrificium offerri consueverat, sanctus Laurentius autem in hoc Martyrii sui sacrificio templum sæpius DEO obtulerit: *Assatus gratias ago; Gratias tibi ago, quia januas tuas ingredi merui*, ideo cum hic duæ illæ jam dictæ conditiones concurrant, scilicet gratiarum actio, & victimæ distributio, dici posset, quod saltem ad minus quoad exhibitionem tantam fuerit sacrificium vel hostia pacifica. Etenim valde celebre est illud sanctæ Eulaliæ Virginis Martyrium à Prudentio elegantissimo quodam poemate honoratum; cum enim iudex huic sanctæ post innumera tormenta tandem faces ardentes ad nudum corpus admoveri iussisset, invidiæ hæc puella seu pontus Virago ad Tyrannum conversa dixit: *Assum est jam corpus meum, jube illud sale intuper conspergi, ut caelesti sponso meo sapidus cibus esse mereatur*. Quis hujus Virginis trigésimum tertium ætatis annum nondum excedentis invidiam non demeretur constantiam? advertenda est autem hanc inter Virginem & Martyrem nostrum intercedens differentia; etenim hæc carnes suas ad ignem assas falc

Serm. de
S. Laur.

conspergi petebat, ut spongi sui epulum fieret; crescente enim in ea doloris acerbitate, cui salis in nuda & jam asca carne superinjectio, egregiam accessionem præstabat ejus quoque meritum incrementa pariter accipiebat, & ideo pro divino epulo, & pro ferculo gloriæ aptior, gratior & acceptior erat: at vero sanctus Laurentius corpus suum tyranno devorandum exhibebat dicens: *Assatum est, jam versa & manduca;* sciebat enim quod hoc sibi oblatum ferculum abhorreret, ac proinde per illius oblationem in majorem rabiem redigendus, magisque exasperandus esset, atque ideo data opera prædictis eum verbis ad suæ carnis manducationem excitare voluit, ut hac ratione desiderio suo potiretur, quo nihil æquè ardentè desiderabat, quàm ut omnia corporis membra in tenuissimum pulverem pro Christi gloria redigerentur, sicque toto consumpto corpore se in perfectissimo sacrificii genere, id est, tanquam verum holocaustum Deo offerret; hoc enim ab igne totaliter consumi debebat. Sanctus Elias propheta, ut in conspectu idololatrarum genua sua ante Baal inderantur, quoniam verus Deus esset, ostendit, super sacrificium suum ignem descendere fecit, qui illud totaliter consumeret; undè omnes confestim acclamarunt dicentes: *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.* Simile quid hic Romæ, quæ mundi caput est, accidisse reor: cum neminem innumeris hic idololatrarum essent, qui falsa simulachra adorabant, deliberabatur de illius idololatriæ abolendæ remedio, ne deinceps superesset qui genua sua ante Baal curvaret; sed quodnam illud fuit remedium? *Cecidit ignis Domini, & voravit holocaustum,* id est, ignis Spiritus sancti divini amoris in cor S. Laurentii dilapsus illud exussit, magisque consumpsit, quàm igni carbones facere potuerint. *De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudit me;* & ita quidem erudit eum, ut per responsum suorum facundiam & efficaciam tyrannum convicerit, atque confusum abscedere coegerit, idolum quoque Baal per multorum gentium conversionem suscipere deique everterit, ac demum meticulosos Christianos in fide laboraverit, *omnium Christianorum corda calefecit.* Eusebius à Ludovico Granatensi in suo symbolo relatus refert de duobus juvenibus, qui ad carceres perducti, ut ibidem Diis gentium

Manus Sanctuaris Tom. III.

sacrificare cogerentur, à lictoribus ad altaria idolorum perduci postularunt; cumque ardentem in iis ignem conspicerent, suas in eundem ignem manus concorditer & constanter, cum hac præmissa protestatione, conjecerunt, dicendo, quod si hinc manus nostras retraxerimus, Diis vestris sacrificasse cenferi volumus; ea autem fuit eorum in hoc supplicio constantia, ut brachia sua non prius inde removerint, quàm tota manus in cineres redacta fuisset: verum enimverò longè gratius utique sancti Laurentii holocaustum Deo fuit; siquidem non solum manus, sed & totum corpus super prunas prostravit, ut impio & sacrilego Valeriano iussui, quo Diis sacrificare præcipiebatur, reluctaretur. Non sufficiebat illi se unam duntaxat sui partem in sacrificium Deo obrulisse, sed potius se totum quantum erat, Deo in holocaustum ab igne totaliter absumendum offerre voluit: *Caro mea igne cremata est pro te Deus meus.* Verum inquires, si nos sacrificium hoc S. Laurentii ab eo Deo oblatum holocaustum fuisse credimus, quod totaliter nulla parte excepta absumi, & divino cultui cedere debuit, qua igitur ratione ei inde aliquam quoque tyranno cedere licebat? *Assatum est, jam versa & manduca.* Ecquis sine sancta aliqua indignatione hanc à sancto Laurentio factam oblationem audire possit? ergone conveniet ut immanis quædam tygris & tygride truculentior tyrannus de tali hostia participet & gustet, quæ Redemptori nostro, qui agnus immaculatus est, offertur? *Ego me obtuli Deo in sacrificium,* ergone furia quædam inferni cibabitur ex ambrosia paradisi? hæc sancti Martyris carnes in sola paradisi mensa præsentari inerebantur; neque alius inde se cibare debebat, nisi is qui ipsum tam frequenter sacratissimo corpore suo cibarat, & pretiosissimo suo sanguine inebriarat, *Caro mea igne cremata est pro te Deus meus.* Porro quod Deus ex animabus electis pascatur, seque cibet, constat ex illo responso, quod Christus Apostolis suis ei, dum ream mulierem Samaritanam per habitum cum ea divinum colloquium ad penitentiam reduceret, cibum adferenti reddidit dicens: *Cibus habeo manducare quem vos nescitis.* Verum enimverò audite mysterium, ob quod tyranno partem carnis suæ ultrò offerre, eumque hujus victimæ participem reddere voluerit; ni-

Epist. 31.

mirum ut irritatus ferculum hoc corporis ejus per suppliciorum inferendorum incrementum divino palato redderet lapidius. Nam ut Petrus Blefensis ait : *Corporis afflictio citra meritum & fructum salutis est sine patientia condimento*; cuius igitur patientiæ virtus passionis condimentum sit, consequens est quod caro hæc tantò lapidior & palato divino delicatior futura erat, quanto amplius percussa, lacerata, tosta, & affata esset: jam verò invicta & insuperabilis patientia Martyris, necnon alacritas & ardentissima voluntas illius, quæcum acerba supplicia sua sustinuit, carnem exquisitissimo sapore condidit. Et tunc hoc est mylterium, ob quod in hujusce festivitatis Evángelio legatur: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*; nam priusquam granum trimenti eoulque deveniat, ut ex eo factus panis mentæ inseratur, multas antea transeat molestias necessum est, Etenim aliquanto tempore sub terra sepultum jacet, ut ibi marcescat, tandem multis mensibus, variis aëris temporumque injuriis expositum progerminat, ac demum floret, postea falce mentur, & in fascies ligatum in area flagellatur, cribatur, molitur, & in minutissimum pulverem redigitur, deinde aqua farina illius in massam subigitur, & fornaci immittitur, donec tandem ad hoc ut congruum corporis nostri nutrimentum fiat, dentibus nostris masticetur, & in minutissimos bolos redigetur. Legatis velim suppliciorum Martyri nostro illatorum multipliciter, & videbitis ipsum quoque ad imitationem sancti Ignatii Martyris dicere potuisse: *Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar*. Etenim hæc fere carnifices ejus erant, qui ab ipsiusmet furibundi Imperatoris præsentia magis magisque semper ferociebant; nisi fortasse dicere malimas, ipsummet Valerianum bestiam truculentissimam sævumque leonem fuisse, qui se corporis hujus Martyris famelicum, & sanguinis ejusdem Levitæ furibundum esse nimis evidenter probabat.

2. *Ego me obtuli Deo in sacrificium*. Quin hodie nram Archi-Levitæ nostri sacrificium hoto caustum, & quidem perfectissimum fuerit, in dubium nequaquam revocari potest, id ipsum namque Spiritus sanctus tot seculis antea in ve-

teri testamento nobis delineasse videtur; siquidem super altare tabernaculi craticulam quandam fabrefieri præcepit: *Craticulamque in modum retis aeneam, eritque craticula usque ad altaris medium*; hincque hujus erigendæ craticulæ erat, ut in eadem holocausti carnes torrerentur. Etenim verò quis est qui dubitare possit, quoniam Deus ille, cui dicere possumus: *Omnia in sapientia fecisti*, cum ingenti mylterio ita disposuerit, ut sanctus hic Martyr super nullo alio supplicii instrumento, quàm super craticulâ afflaretur; *ad literam enim adimpleri voluit, quod de eo dixit, & quod ipse pariter ardentem desideravit, nimirum ut Deo in sacrificium posset offerri: Ego me obtuli Deo sacrificium in odorem suavitatis*. In Levitico quoque scribitur: *Si autem de craticula fuerit sacrificium, simila oleo conspergetur*. Ecce tibi hinc expressam craticulam; ecce ipsummet se Deo offerentem in sacrificium; ecce farinae florem oleo conspersum, id est, mysticum hoc granum trimenti in lapidissimum panem, postquam oleo conspersum est, redactum; oleum namque eam quam in suppliciis suis exhibuit alacritatem & immensum jubileum repræsentat. Albertus Magnus in sermone quodam de hoc festo, ad Evángelium, quod hodie de grano frumenti legitur, sese reflectens dicit: *Signatus est per illum panem simlagineum qui assus in craticula, oleoque conspersus, olim Deo consuevit offerri*; sicut habetur in Levitico, cap. 12. *Oleo lætitia, ad jungi potest, præ consortibus suis*; siquidem hic Archi-Levita noster hanc inter omnes alios Martyres speciale prærogativam habuit, nimirum adeo truculentorum tormentorum acerbitatem cum imperturbabili serenitate, omni-que exemplo carente alacritate patiendi. Notandum verò, quod Psalmista prius hujus speciosissimi donationem reddat, dicens: *Dilexisti justitiam, quod si iniquitatem propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitia. Dilexit justitiam, quia in Missa Introitu in ejus laudem cantamus: Confesso & pulchritudo in conspectu ejus, sanctitas & magnificentia in sanctificatione ejus; odisti iniquitatem, quia, ut supra diximus, ipsummet de seipso protestatus est: Igno me examinasti, & non est inventa in me iniquitas*.

3. Etenim verò quod hodiernum hujus Martyris sacrificium Martyrii atinet, egregium quoddam

Exod. 27.4

Lev. 27.

Ps. 44.7.

Exod. 27. 4
Hom. II. in
epist. ad
Hebr.

dam Chrylostomo duce discere possum: docu-
mentum: *Potes tu quoque, si velis, inquit Chry-*
lostomus, tale offerre sacrificium; quid enim si
igne corpus non combusseris? sed potes alio igne,
ut puta igne paupertatis voluntaria; igne as-
fectionis; & protinus rationem subiungit, quia vi-

tam in delitiis & corporis commoditatibus tran-
sfigere posse, & tamen vitam religiosam & auste-
ram eligere, nihil est aliud quam se Deo in sacri-
ficium, imò in holocaustum offerre: *Non urat,*
neque detineat amor pecuniae sed uratur & ex-
tinguatur igne spiritus.

D E

ASSUMPTIONE
BEATISSIMÆ VIRGINIS
MARIÆ
DISCURSVS TREDECIM.

- Discursus I. De lætitia spirituum Angelicorum cœlestis paradisi in Assump-
tione Virginis Deiparæ Mariæ.
- Discursus II. De inestimabilibus virtutum & meritorum thesauris, quibus
Deipara Virgo hodie supernam Hierusalem locupletavit.
- Discursus III. Agitur de Ascensione Christi, prout illi Assumptio Virginis
Mariæ, ea quadantenus superior, comparatur.
- Discursus IV. Ut quis conceptum sublimitatis gloriæ, ad quam B. Virgo as-
sumpta est, sibi formare possit, opus est primò gratiarum, donorum, meri-
torumque infinitorum cumulum scire, quo ipsa locupletata fuit.
- Discursus V. Gloriæ, ad quam beata Virgo à Deo exaltata fuit, eminentiam
imperceptibilem esse variis rationibus demonstratur.
- Discursus VI. De B. Virginis in cœlo exaltatione, aliisque ab eadem in glo-
ria receptis honoribus.
- Discursus VII. Ex profundissima B. Virginis humilitate in exaltationis eju-
dem cognitionem devenire posse ostenditur.
- Discursus VIII. Idcò beata Virgo sibi gloriam in tam eminenti gradu ac-
quisivit, quia virtutes suas in gradu heroico semper exercuit.
- Discursus IX. Tametsi beatissima Virgo in cœlos assumpta fuerit, ob id ta-
men nobis hic in terra constitutis majoribus auxiliis assistere non desinit.
- Discursus X. De profectu, quo per intercessionem beatissimæ Virginis in
cœlos assumpta gaudemus.

DISCURSUS XI. Quàm sit nobis beatissimæ Virginis Assumptio propitia, ut peccatorum advocata esse possit, & ut peccatores ad pœnitentiam reducendo veniam eisdem imploret.

DISCURSUS XII. De nonnullis convenientiis, ob quas corpus beatæ Virginis incorruptibile esse, & gloriosum in cœlos assumi debuit.

DISCURSUS XIII. Beatam Virginem præ amoris violentia mortuam esse, qua uniri Deo suspirabat, ad quem anima & corpore tenus in cœlo evolvit.

De lætitia, quam spiritus Angelici cœlestis paradisi in Assumptione Deiparæ Virginis Mariæ habuerunt,

DISCURSUS PRIMVS.

Assumpta est Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

1. **E**CCE tibi hodie paradysum cœlestem festivis gaudiis triumphantem, ecce cœlum innumero jubilo & exultatione gestiens, idque solùm ob beatissimæ Virginis Mariæ Assumptionem, & meritò; siquidem illi Angelici spiritus non solùm exultant ob gaudia aliisque bona cœlestia, quæ hodie in ipsis miris incrementis augentur; verùm etiam simul propter immensa bona, quæ in nos utpotè ipsorum destinatos locos redundant, ac proinde creatorem suum laudare & benedicere non cessant: *Laudantes benedicunt Dominum.*

2. In memoriam vobis revocetis velim illas jubilo mirifico plenas voces & exultationes, quibus Hebræorum populus victoriæ & triumpho, quam generosa & magnanima Judith adversus Holofernem, cum summa totius inimici exercitus confusione gloriosè repositavit, applaudebat, quia *Benedixerunt eam omnes in voce dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lætitia*

Israel, tu honorificentia populi nostri. Quos e quidem fastos festivoque applausus hodierno beatissimæ Virginis triumpho facili negotio adaptare possumus; & quidem inprimis jure cœlum ei dicere potest: *Tu gloria Jerusalem*; nam ut suo loco dicemus, paradisi gloria in hujus serenissimæ Reginæ coronatione mirificè adaucta fuit, & ideo superna illa Jerusalem per ejus exultationem magnoperè glorificata remansit. Fuit quoque ingens *Læticia Israel*; quia spiritus Angelicos, omnesque alios Beatos Deum facie ad faciem contemplantes vehementer lætificavit. Denique *honorificentia populi nostri fuit*; quia ab ipsa tanquam cœlorum augustissima Imperatrice humano generi summus honor summaque honorificentia accrevit. Undè S. Petrus Damianus scribit: *Hæc est illa dies, qua cœlorum officinas sublimiori gaudio cumulavit.* Porò earum rationum, ob quas Dei Filius Gentricem post suam in cœlos ascensionem hic in terris multis annis nobiscum relinquere, non verò illam in sua societate simul eadem die secum in cœlos deduc-

Serm. de Assumpt.

deducere voluit, una eaque non contemnenda illa fuit, ut videlicet hac ratione ingentem quam Ecclesia militans ex suo in caelos ditcessu conceperat tristitiam, magna ex parte compensaret, magnam videlicet hanc Matrem suam in vicem ipsius hic nobiscum relinquendo; in pari namque gradu laetificare voluit per Ascensionem suam Ecclesiam triumphantem, quo per Marię presentiam Ecclesiam militantem consolabatur, ut *intraque Ecclesia Christi portio solatio frueretur*. Et ideo quævis fidelis anima consideret, qualis ille cœlestis curiæ júbilus, quàmque infinitum gaudium fuerit, quando Matrem, imò Reginam suam summam cum majestate Ecclesiam triumphantem ingredi vidit. Idemmet Petrus Damianus ad illa è lacris Canticis desumpta verba: *Revertere, revertere Sunamitis, ut intueamur te*, sese reflectens dicit, verba hæc voces sive invitationes fuisse spirituum beatorum, ut potè qui beatam Virginem quantociùs & sine ulla mora unà cum Christo ingressam fuisse desiderarant, ut eam non minus quàm filium ejus Creatorem & Dominum nostrum oculis suis contemplari possent. Verùm dicite fodes: Nunquid Angeli per intuitivam Dei visionem, quã fruebantur, pertectè beati erant? Cur ergo suos in Mariam quoque oculos defigere adeò avidè desiderant, ut dicant: *Revertere ut intueamur te?* Imò dubium hoc valdè augetur, si ad verbum illud, *revertere*, nos reflectamus; neque enim ulla fuisset difficultas intelligendi, si dixisset: *Veni, ascende ut intueamur te*; dicendo autem, *revertere*, infinituari videtur Virginem jam antea in caelis presentem fuisse, priusquam hodie in caelos ascenderet. Ad quod quidem responderi posse videtur, quòd quando in Scriptura de Maria sermo est, de ea mentio fiat haud secus ac si suam è caelo progeniem deducat, cum terra verò, id est, cum communi stirpe & progenie Adami nihil commune habeat. *Ab initio & ante saecula creata sumus*; vel etiam responderi posset, animam beatissimæ Virginis Mariæ post obitum prius glorificatam in caelos ascendisse, ibidemque infinitæ gloriæ suæ luce cunctas Angelorum hierarchias extraordinariis & immensis gaudiis affectisse; unde omnes Angeli eandem ut sacratissimo Virginis corpori reuniretur, in eadem velut in curru triumphali ascensuram denuò in terram descendere videntes, ob hunc ejus è caelo recessum anxii

unitim & certatim Regiñæ suæ dixerunt: *Revertere, revertere ut intueamur te*. Sed per neutram harum responsum prima submovetur difficultas; etenim prout omnibus constat, certissimum est, quòd beatitudo formalis in clara Dei visione consistat, atque ideo quomodo Angeli hac clarâ Dei visione fruenter dicere possunt, quòd sanctissimam quoque Dei Matrem videre desiderent? S. Bernardinus ait: *Quilibet cœlicus ordo latatur, quia in beata Virgine reperit aliquid gloria specialis*. Etenim facile est cuius cogitare, quanto omnes repleti fuerint stupore, quando augustissimam hanc Reginam in præparatum sibi magnificentum illum gloriæ thronum contendere viderunt; vocibus utique stupore plenis acclamabant: *Qua est ista qua ascendit, &c.* O Virgo sanctissima, inquit S. Epiphanius, *qua exercitus Angelorum in stuporem deduxisti! stupendum enim est miraculum in caelis alter thronus Cherubicus*. Porro ut illa chororum Angelicorum festiva gaudia tantò facilius capere valeamus, hoc nobis eoque efficacissimo argumento uti licet: Dum S. Joannes Baptista etiamnum intra materni uteri angustias reclusus esset, vix Maria Virgo in eo se conclavi, in quo S. Elisabeth erat, presentem stiterat, cum ecce Baptista infans præ summo gaudio in matris utero exsilire & tripudiare cepit: *Exultavit infans in utero*; enimverò Angeli Mariam non tam in carne illa mortali, qua in montanis Judææ induta fuit, advenientem viderunt, sed gloriose corporis dubus præclare amicitiam, unde è corpore lux longè clarior atque splendidior promicabat, quàm in omnibus spiritibus beatis, aliis paradisi Cœlitibus resplendere potuerit; nam *in planitudine Sanctorum aeternis ejus*. Imaginem igitur vobis quales fuerint illi stimuli, quibus ad gaudendum & jubilandum in regno illo beato impellebantur. Salmeron pro meliori hujus rei explicatione historiam illam 2. Regum libro cap. 6. relatam adducit, ubi David Arcam Domini è Jomo Obededom in civitatem Sion tanta cum solemnitate, tantisque lætitiæ signis transportasse legitur. En verba Salmeronis: *Quis non hic videat mysterium Assumptionis B. Virginis, qua ex terreno hoc loco in caeleste translata est domicilium, tanta cum gloria & honorificentia, Angelorumque & Sanctorum ineffabili gaudio, ut etiam ipse Dominus præ-*

To. 3. ser. 12.
art. 1. c. 2.

Ser. de laus.
lib. Deip.

To. 11. tr. 7.

2. Reg. 6.

læticia vehementia, dissimulata veluti regia sua majestatis gloria, ante hanc Matris sua arcam exulta veritas, ut ita dicam, tripudiarerit; adducitque insuper illam S. Joannis Damasceni auctoritatem, qua hæc verbis invitatur: *Lubilemus in arca Domini Dei anima jubilationibus, post David exilianus spiritus.*

Serm. de dormit.

Deip.

Serm. 6 de Assumpt.

3. *Gaudent Angeli.* S. Ildephontus ad illam Cælum ut ita dicam, impatientiam se reflectit, qua beatissima Virgo in cælo empyreo non tam expectabatur, quam suspirabatur; & dicit: *Nec diu hæc sacratissima Virgo post Domini Ascensionem in terris potuit remanere, quam desiderabant Angeli; cælum etiam ipsum de ejus Ascensione querebatur, atque ideo Spiritus sanctus in virgine dicens: Veni de Libano, veni, veni columba mea, jam enim hyems transiit; quodque ardentissime vellet assumere, ostendit crebra ingeminatione, veni, veni.* Salvatoris quidem Ascensionem, dum adhuc nobiscum hic in terris commoraretur, anxie suspirabant; veruntamen non sufficiebat eis sine magna ejus Matre Filius, atque ideo acclamabant: *Surge Domine in requiem tuam, tu;* & confestim jubungunt: *Et Arca sanctificationis tua; ac proinde Damascenus ait: Arca Domini hodie requievit.*

Pf. 131. 8.

Serm. cit.

4. *Gaudent Angeli.* Propter ruinarum suatum reparationem, quæ per quinque millia & plurimum annorum spatium solitaria & desolata remanserant, at verò hodie per Assumptionem illius, quæ in gratiæ, & consequenter seminis gloriæ thesaurariam electa fuit, resarcitæ fuerunt. *Per hanc beatissimam Virginem* (inquit S. Petrus Damianus) *non solum amissa olim vitæ hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelicæ sublimitatis augetur: quia dum homo ad superna reducitur, illorum numerus, qui diminitus fuerat, reparatur.* Ehem quot sæculis cælorum fores clausæ fuerunt? Nimirum ab ipso mundi exordio, quo amplæ cælorum sphaeræ extentæ, cælumque empyreum fabricatum fuit, donec Filius Dei in Mariæ utero descenderet; nunc autem eâ mediante patefiunt. Unde hodie canimus cum Ecclesia Dei: *Paradisi porta per te nobis aperta sunt, qua hodie gloriosa cum Angelis triumphas.* Eumverò consueto est inter Magnates & Principes, quòd in diebus augustiæ cujusdam lætitiæ carceres multis captivis

aperiantur, & non solum à compedibus, quibus vincti erant, sed & à morte liberentur; atque id eò verisimile est, quòd in hoc die Coronationis beatissimæ Virginis non solum innumerabiles animæ ejus intercessione à compedibus servitutis diabolica liberati fuerint, per communicata illis gratiæ auxilia, quibus conversi fuere ad poenitentiam; verum etiam multæ animæ purgantes ab obscuro & tenebricoso purgatorii carcere fuerint exemptæ. Unde Gerfon ait: *Quia enim Regina coronabatur, è carcere dimitti animas, Reginamque suam sequi parerat.* Quòd si enim de filio ejus dicimus: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem;* cur non etiam sanctissimam Virginem eodem comitatu stipatam ad sublimem illum thronum, à multis è purgatorii ignis compedibus liberatis animabus circumdatam ascendisse credemus?

5. *Gaudent Angeli.* Quòd si enim Angeli summa cum exultatione & gaudio suo mendici Lazari animam è sinu Abraræ in cælum deportarunt; ut proinde Chrysologus scribat: *Non suffecerat ad portandum pauperem unus Angelus, sed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciant, gaudet unusquisque Angelorum tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prgravantur; quamobrem? Audite mysterium, ut adducant homines ad regna cælorum.* Quòd si igitur Angeli tanto cum gaudio & júbilo animæ cujusdam mendici sunt obsecuti, quis dignè satis exprimere poterit quo gaudio universæ Angelorum hierarchiæ exultarint, quando Reginam suam in cælos usque gloriose deduxerunt, quæ ascendit delitiis affluens, quæ ad locupletanda immortalia & inexhausta cælorum æraria infinitis thesauris abundabat; & quidem gaudium hoc tantò excellentius fuisse credendum est, quòd eo ipso, quo beatissima Virgini ascendenti obsequabantur, simul etiam universum, ut ita dicam, genus humanum in cælos deduxerunt; siquidem certum est, quòd per Mariæ intercessionem cuncti solvemur. Verum enim verò ut tanto melius in Angelici gaudii notitiam deveniamus, aliud quoddam adhibeamus non minus efficax argumentum. Ipsemet Salvator ait: *Gaudium est coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente;* sunt enim Angeli salutis nostræ cupidissimi, utpotè pro qua promovendæ omni studio invigilant, idque

Tract. 4.

Homil. de divo & Lazar.

Luc. 15. 10.

quia

Serm. 1. de
Assumpt.

quia Angelis suis Deus mandavit de nobis. Cum igitur hodie assumi videant Mariam, peccatorum refugium, per cuius patrocinium innumerabiles animæ ad pœnitentiam reducendæ erant, quantum gaudium & jubilum illorum excellentivum inde adactum fuisse exitimatis? S. Iudephonius ait: *Si gaudium est in cœlo super uno peccatore convertente se in terris, quâo magis gaudere credendum est in cœlo de adventu & gloria tantæ Virginis!* Nimirum Spiritus illi angelici, omnesque alie cœlestes animæ futurum esse intelligebant, quod deinceps gaudia ipsorum accidentalialia, per quotidianas tot animarum accessiones, quæ mediante ejus intercessione multo jam in cœlis efficaciori, quàm fuerit olim in terris, omnibus sæculis continuò salvandæ essent, mirum in modum adaugenda & multiplicanda forent.

6. Verùm enimvero quod si quis vestrum objiciat, Angelos beatissimam Virginem ex humana progenie oriendam super ipsorum sublimes hierarchias exaltari videntes, inde nequaquam concipere potuisse aliquod gaudendi, quin potius tristitiæ aut invidiæ motivum, dum nimirum abjectum hoc lutum corporis nostri adeo super ipsorum excellentiam extolli & evehi videant: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ.* Respondeo in illos cœlestis curiæ aulicos nullum cadere posse tristitiæ aut invidiæ motivum, utpotè quod rebelles Angelos è superemis cœlorum sedibus præcipites egit; siquidem ipsi divinæ voluntati incessanter adherent: *Qui facitis verbum ejus;* quin potius, quia ut S. Anselmus ait: *Per gloriosum sæcunda virginis suæ fructum semirutam vident civitatem suam redintegrari,* amplioem habent gau-

De laud.
Virg.

diorum materiam. Ex quo enim sciunt ipsam gravi superbi Luciferi & sequacium suorum damnata restaurasse, ipsam quoque augustissimam illam acquisivisse dignitatem, ut Regina & Imperatrix ipsorum electa fuerit; sciuntque insuper ipsam Creatoris sui esse Genitricem, sufficientia ipsis addita fuere calcaria, ut non obtitante quod ex massa Adami esset progenita, coram ipsa tamen sese inclinent, ipsamque possibilibus sibi profundissimis amorisique obsequiorum generibus adorent, magis etiam de ejus sublimatione gaudendo, quàm si ipsorum cognata esset.

7. Una tamen fateor difficultas superest, quæ nostra permagni refert; de Angelis namque dicitur, quod in hoc festo *Laudantes benedicunt Dominum,* linguasque suas ad laudes & benedictiones Deo referendas certatim laxent, & nos quid faciemus? tacebimusne? Audite S. Bernardum dicentem: *Nec cessare debes à laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine;* veruntamen insufficientiam nostram per pulchram quandam S. Hieronymi sententiam consolari & erigere possumus, quando nos in reddendo gratitudinis tributis Angelis posteriores & impares esse videbimus. Dicit enim sanctus hic Doctor: *Quicquid humanis dici potest ver-* Serm. ad
Paulâ &
Eustoch.
bis, minus est à laude cœli, quia divinis est & Paulâ & Angelis excellentius predicata & laudata præconiis. Undè si beatissimæ Virgini convenientes dignasque laudes minimè reddamus, non ideo despondendum nobis est animo; nam hanc nostram insufficientiam Angeli sibi instaurandam vendicant pro nobis quoque suppleto.

Serm. 4. de
Assumpt.

Serm. ad
Paulâ &
Eustoch.

De inestimabilibus virtutum & meritorum thesauris, quibus
Deipara Virgo hodie supernam Hierusalem locupletavit.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & divitiis, &
camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis,
& gemmas pretiosas, venit ad Regem Salo-
monem. 3. Reg. 10. v. 2.*

Proposus ille ingressus, quem
Regina Saba in sanctam civita-
tem Ierusalem nobili & frequen-
ti nimis comitatu stupata, the-
sauris quoque inexhaustis, aro-
matibusque pretiosissimis, &
gemmis immensi valoris instru-
cta instituit, quædam licet tenuis umbra fuit glo-
riosa illius Assumptionis, qua beatissima Virgo
hodiernâ die in cœlestem Ierosolimam intro-
ducta fuit, infinitas secum donorum, virtutum,
meritorumque ferendo divitias, ut easdem filio
suo devotissime præferentaret, qui de seipso ait :
Eccc plusquam Salomon hic. Et quidem imprimis
B. Virgo *Ingressa est cum comitatu, quia
millia millium assistebant ei,* spiritus videlicet om-
nes Angelici, qui tanquam illius subditi ei cer-
tatim obsequabantur; affluebat & *divitiis,* id est,
immenso meritorum suorum thesauro, quæ omnè
intellectum humanum pariter & angelicum lon-
gè transcendunt. Doctor Angelicus ait : *In his
verbis gloriam Maria ingredientis in cœlum
considera, Maria opulentiam meritorum in ca-
melis portantibus aromata,* id est, opera exem-
plaria, quibus in cœlo & in terra eminentis san-
ctitatis suæ fragrantiam spargit, tot etiam actus
virtutum, in quibus se quoad vixit, per continuum
augmentum, illudque infinitum strenuè exercuit;
& *aurum infinitum nimis;* per quod ejus arden-
tissima charitas & amor eïga Deum intelligitur,
quæ omnes etiam ardentissimos Seraphinos lon-

gè superavit; & *gemmas pretiosas,* id est, do-
na & gratias, quarum ipsa thesauraria electa fue-
rat. Verùm dicat aliquis: Ex quo Spiritus fan-
ctus in urbe Ierolimytana tantam argenti co-
piam præsto esse dixit: *Ut tanta esset abundan-
tia argenti, quanta & lapidum;* quid opus erat
ærararia Ierolimytana majoribus instaurare re-
gni argenti que divitiis? De hac etiam Regina
dicitur: *Dedit Regi centum viginti talenta au-
ri, & aromata multa nimis, & gemmas pretio-
sissimas.* Sciendum est igitur, quòd *Omnia in fi-
gura continebantur illis;* atque ideò quidquid
à Sabæorum inclita Regina olim præstitum fuit,
à longinquo præfiguravit id, quòd hodierna die
in superna Ierolimya fieri debebat: quia tam-
etsi verissimum sit, quòd ibidem infinita glo-
ria, felicitatis, deliciarum & beatitudinis abun-
dantia quædam præsto adesset, per hujus tam-
en augustissimæ Reginæ ingressum, ipsiusmet
cœlestis paradisi gloria mirifice adaugenda er-
rat, omnes namque animæ sanctæ, spiritusque
Angelici intensioribus beatitudinis, licet acci-
dentalis, gradibus per Virginis in cœlos in-
gressum locupletandi erant, idque verum esse
vel exinde cognoscere possumus, quòd omnes
sacrorum interpretum calami in hac veritate con-
sentiant.

2. S. Ildephonsus ait: *Hac namque est, ut Serm. 2. de
dixi, festivitas hodierna præcipua & venera-
bilis nobis; cuius rationem reddit, quia hæc fe-
stivitas inter omnes alias primaria existit. Sed*
vene-

venerabilior in cælo est Angelis & Sanctis omnibus. Etenim hodiernæ festivitatis non solum nos participes, sed longè amplius nobis in eadem participat Ecclesia luperna triumphans, quorum læticia & gaudium procul dubio ex hujus adimpletur diei exultatione. Sanctus hic Pater extra omne dubium vult esse positum, quod gaudium beatorum hodie suum accipiat complementum, hæc enim verbo illo *adimpletur*, sufficienter satis exprimitur. Sanctus quoque Petrus Damianus id ipsum manifestius dicere non potuit, quam cum dicit: *Hæc est illa dies, qua cælorum officina sublimiori gaudium cumularis*; Et hoc quidem in sermone quodam de hodierno festo dicit; In alio vero sermone de Nat. B. V. Mariæ pariter dicit: *Per hanc beatissimam Virginem non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelica sublimitatis augetur.* S. Bernardus quem merito sanctissimæ Virginis Secretarium appellare possumus, in hac solemnitate ita scribit: *Mariæ præsentia totus illustratur orbis, ut ipsa etiam cælestis patria clarius rutilet* (virginæa lampadis irradiata fulgore. Sanctus Epiphanius non solum id nobis confirmat, verum insuper demonstrare nititur, de beata Virgine certo quodam modo dici posse, quod in cælum assumpta fuerit, non tam ut ipsa ibidem glorificaretur, quam ut majorem cælis gloriam inferret, haud secus ac si alium quendam paradysum, ut ita dicam, cælesti paradiso intulisset. O beata Virgo qua gloriam cælestem portasti. S. Anselmus ait: *Dies enim illa (intellige hodierna) non solum te o Domina ineffabiliter sublimavit, sed cælum ipsum quod penetraisti, nec non cuncta qua in eo sunt nova & ineffabili gloria decoravit*; Et quidem ne id per modum exaggerationis dixisse putetur, mox rationem subiungit dicens: *Nova quidem cælum gloria decoravit, quia priorem gloriam ejus ex præsentia sui, ultra quam dici potest, aut excogitari, magnificavit.* Enimvero certum quidem est, quod sola divina essentia, quam beati clarè aspiciunt, sit illa, quæ solum est veræ beatitudinis objectum, in quem desiderant prospicere, Veruntamen si de illa beatitudine, quam Scholæ accidentalem appellant, sermo sit, in quoniam illa principalius consistit, quam ut post Christi humanitatem beatorum oculi in magnam

Mansij Sanctuarij Tom. III

hanc Dei matrem, cælorumque Imperatricem defigantur? Audite Sanctum quendam, qui intellectu suo per Spiritum sanctum specialissimè illustrato cunctas Angelorum Hierarchias penetravit, quod satis evidenter in eo ostendit, quod de iis adeo sublimiter scripserit, *Areopagitam nimirum intelligo.* Hic de luminosissimo quodam planeta loquitur: quem pro eo tempore vidit, quo obscurâ quadam caligine, vel densa nebula, vel nubium caliginosa chlamyde obtectus erat, id est, de beata Virgine loquitur, non quidem pro eo tempore quo in cælesti gloria amicta est Sole, & Luna sub pedibus ejus visitur, sed pro tempore, quando inter nos vivens sub humilitatis suæ paludamento omnis decor ejus abscondebatur; seu ut clarius loquat, non loquitur de ipsa prout in cælis super omnes Angelorum choros exaltata visitur, sed prout inter nos mortales mortalis quoque & ipsa vivebat; Ad eam namque etiamnum in carne mortali viventem Dionysius Areopagita Athenis profectus est, & postquam eam vidisset, tandem in hæc verba sancto Petro scripsit: *Intuitus sum Dei formam, atque super omnes cælicos spiritus sanctissimam matrem Christi lesu;* Et paulo post subiungit: *Tantus me immensus divinus splendor circumfulsit exterius, & plenius irradiavit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum fragrantia superabundavit, ut nec corpus infelix, nec spiritus posset tanta felicitatis insignia sustinere.* Testor, quia aderat in Virgine Deus, si tua divina concepta mente non me docuissent, hanc ego Deum verum esse credidissem, quoniam nulla videri major esse posset gloria beatorum quàm felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc vero felicissimus degusta vi.

Quibus in verbis imprimis ad propositum nostrum ponderandum est, quod inter cetera dicat: *Quoniam nulla videri major esse posset gloria beatorum.* Deinde si gloria cælestis in clara Dei visione consistit, nunquid Areopagitam audistis dicentem: *Testor, quia aderat in Virgine DEVS.* Denique quicquid ex hæcenus dictis admittatur vel negetur, hoc saltem inficiari nemo poterit, quod ut Damascenus dicit, primus locus DEO, secundus verò locus Mariæ debeatur; Summa gloria est, post Deum te videre. Cui consonant illa verba sancti Bonaventuræ dicentis: *Quicquid*

Ser. 2. de Nat. M.

post

In specu.
c. 6.

possit Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid jucundius est in gloria, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est.

3. Aliam porro rationem quæ hoc in cœlis per Mariam causatum gloriæ incrementum convincat, ex quadam haud quaquam intellectu difficili similitudine deducere possumus. Ponomus enim, quod, verbi gratia, in hac Ecclesia quinquaginta faces resplendant, quæ eandem mirum in modum luminosam reddunt, accedant autem ad illas centenæ & millenæ aliæ similiter collucentes, & certissimè ab iisdem supervenientibus longè clarius illustrabitur: Eodem quoque modo verum quidem est, quod cœlum Empyreum gloria plenum fuerit, non solum propter visionis beatificæ objectum, id est ob divinam essentiam, quæ clarè in eodem videtur, & per participationem gloriæ cunctarum animarum & spirituum beatorum; verum etiam propter beatam Virginem hodie in cœlo gloriosè comparentem, *Ingressa est multo cum comitatu, divitiis, aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas.* Etenim ipsa sola plus in gemmis, plus in meritorum gratiarumque thesauris, & consequenter in gloriæ monilibus attulit, quam omnes Angeli aliique Cœlestes simul juncti. Beata Virgo enim fuit velut aliud quoddam cœlum in terra positum, adeo ut Filius Dei incarnandus ex uno cœlo, scilicet Empyreo in aliud quoddam cœlum, id est, in uterum Virginis ingressus fuerit. Unde Theodorus Studita ait: *Tanquam aliud cœlum ingressus in utero semper Virginis Maria se patefecit.* Ideo etiam devota illa mulier in Evangelio eidem acclamavit, dicens: *Beatus venter, qui te portavit*; & sancta mater Ecclesia de ea canit: *Beata viscera Maria Virginis.* Denique de ipsa verba illa intelliguntur: *Emissiones tuæ Paradisus.* Sicut enim Paradisus omnia Sanctorum merita, omnesque gratias quæ unquam spiritibus Angelicis, cunctisque aliis animabus creatis distributæ sunt, aut deinceps distribuuntur, in se recludit, ita quoque omnia illa merita & gratias simul in unum collectas inveniemus in Maria. Et sicut Deus solus est, qui Paradisum gloriosum & beatum efficit, ita quoque eundem in Maria personaliter deprehendemus esse presentem. *Laudate Dominum in Sanctis ejus,*

Pf. 150. 1.

laudate eum in firmamento virtutis ejus. Verùm dic fodes ò David, quisnam est hic tuus loquendi modus? Quidnam firmamentum cum Sanctis commune habet, ut in laudando DEO concurrere possit? Quod si nos ad Deum in amplissimarum sphaerarum cœlestium fabrica, & specialiter in firmamento cœli, laudandum invitasses, mentem tuam utique facile capere possem, at verò cum primo dicas: *Laudate Dominum in Sanctis ejus,* & postea: *Laudate eum in firmamento,* quod majorem quandam laudem indicat, quàm sit illa, quæ ex aliorum Sanctorum concurrentia resultat, ideo difficillimè capio, quid dicere intendas. Notandum est igitur pro hujusce difficultatis resolutione, quod in Firmamento nobis Mater Dei representetur, de qua canimus: *Excelsa super sydera;* alii verò cœli unico duntaxat planeta adornari videntur, id est, alii Sancti sunt ad instar stellarum. Daniëlis 12. v. 3. *Quasi stella in perpetuas aternitates,* Deipara Virgo autem firmamentum est, cœlum stellatum est, quia omnium Angelorum, omniumque Sanctorum qui sunt, fuerunt, & in finem usque sæculorum erunt, merita, dona, gratias, virtutem, & gloriam in se unica includit: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.* Enim verò quod si verum est, quod *Stella differt à stella in claritate,* ac proinde gloria cœli longè elegantius resplendeat ob varietatem Hierarchiarum Angelicarum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum, ecce tibi in Maria certatim scintillantia & fulgentia omnia hæc gratiarum sydera, prouti ex epithetis illis sufficienter colligitur, quibus Ecclesia beatam Virginem in Litanjiis ipsius exaltat. Et fortè hoc est paludamenti illius Regalis & variegati mysterium. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Et S. Beinardus optimè ad hoc propositum ait: *Detentio Virginis Maria in plenitudine Sanctorum; cui non defuit Fides Patriarcharum, spes Prophetarum, zelus Apostolorum, constantia Martyrum, sobrietas Confessorum, castitas Virginum, sed nec ipsa puritas Angelorum.* David, de cujus stirpe beata Virgo processit, ita de eo scribit: *Fluminis imperus latificat civitatem Dei;* Quibus verbis gloriam cœlestem magni cujusdam fluminis

Dan. 12. 3.

1. Cor. 15.

4.


Pf. 44. 10.

Pf. 45. 5.

novas

novas semper aquas alicui civitati adfluētis impetui comparat; Per hæc autem aquas cœlestium gratiarum affluentia intelligitur; ac proinde ecce qualiter etiam ex hoc capite Maria Virgo cœlestem illam Jerusalem non per modum fluminis, sed maris instar inundaverit, prout ex nominis ejus ethymologia clare deducitur: *Congregationes aquarum appellavit Maria*; Sicut enim omnes torrente, fontes, fluvii, suum mari tributum incessanter reddunt; ita omnes Angeli & Sancti meritis & gratiis suis amplum hoc mare mirè adaugent & dilatant. Unde sanctus Bonaventura illa Ecclesiastici verba: *Omnia flumina intrant in mare*, ponderans dicit: Idem quoque in Maria fieri, dum omnia charismata Sanctorum intrant in Mariam, flumen gratia Patriarcharum & Prophetarum; flumen gratia Apostolorum intrat in Mariam; flumen gratia Martyrum intrat in Mariam, flumen gratia Confessorum intrat in Mariam; omnia denique flumina intrant in mare, id est, omnes gratia intrant in Mariam. Nunquid igitur hodie verè dicere possumus: *Fluminis impetus latificat civitatem DEI*? Etenim in Mariæ Assumptione in cœlum, interminabilis quidam gloriæ & beatitudinis Oceanus in ipsam se exundavit. Vulgatum est illud sancti Augustini axioma, quod scilicet in cœlis tantum unusquisque gaudebit de beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio, & quot socios habebit, tot gaudia habebit, ac proinde ex mensura & proportione gloriæ infinitæ Mariæ facillè colligitur, quantum in omnibus Sanctis futurum sit gloriæ augmentum, & quousque illa pertigerit, siquidem ipsa sola omnium aliorum divitias atque thesauros in se una cōcluserit. Alii Sancti stellæ nominantur, ut jam diximus, Maria

verò non item. Quidam unica tantum stella cœlo unquam lucis tubintulit? Ferè nihil! Contra vero Sol omnibus stellis, cunctisque planetis lucem suam communicat: Sic quoque hæc est differentia gloriæ, qua beatissima Virgo cœlium Empyreum illuminavit, & aliorum Sanctorum gloriæ, quod hi sint veluti stellæ; Certe si stellarum integri milliones sese conjunxerint, nullum tamen cœlo lumen ministrabant, nisi Sol suam eis lucem communicet, & tamen quam parum etiamnum cum tota hac luce illuminant? Porro beatissima Virgo Sol ille est, qui cœli Empyreii pulchritudinem gloria sua illustrat & clarificat: *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim*. Ubi S. Bernardinus ait: *Tantum differt gloria virginis à gloria aliorum Beatorum, quantum Sol à ceteris luminaribus cœli, & quodammodo sicut cetera luminaria decorantur à Sole, sic tota cœlestis curia à gloria Virginis latificatur & decoratur*. Et sicut verè dici potest, quod Sol, Luna, & stellæ major meliorque cœli pars sit; ita quoque dum Spiritus sanctus nobis beatissimam Virginem sponsam Solè amictam, Lunâ calceatam, & stellis coronatam per os sancti Joannis adoptivi ejus filii repræsentat, pariter dicere voluisse videtur, ipsam post suam in cœlos assumptionem principalissimam in gloria & gaudiis Paradisi partem cōstituire.



Gen. 1.

In Spec.
Vir. cap. 3.

Lib. de
Spir. c. 17.

Apoc. 12. 1.

Ser. 61.

Art. 2.

cap. 3. 15. 10

Agitur de Ascensione Christi, prout illi Assumptio Virginis Mariæ, ea quadantenus superior, comparatur.

DISCURSVS TERTIVS.

Assumpta est Maria in cælum.

1. **A**ssumptio magnæ matris Dei quam hodie soleant celebramus cum triumphali magni Filii sui Ascensione, non solum sui dignitate certare, verum etiam eadem, uti videbimus, quadantenus superior est: dici potest. S. Petrus Damianus ait: *Hic Salvator in cælum potestativa virtutis imperio sicut Dominus & creator; Angelorum comitatus obsequio non auxilio fultus: assumpta est Maria in cælum, sed gratia sublevantis iudicio, comitantibus & auxiliantibus Angelis, quam sublevabat gratia, non natura, ideo dies hac assumptio, Ascensio illa vocatur; quasi sanctus hic Doctor diceret: Filius ejus tanquam Deus & creator in cælum ascendit, Divinitatis suæ virtute innata sibi & propria: Mater autem ascendit non virtute sibi connaturali, sed à filio ejus sibi participata. Veruntamen operæ pretium erit illam circumstantiam: *Auxiliantibus Angelis in meliorem magisque intelligibilem sensum interpretari, quia alias ad hoc ut assumeretur Angelicarum phalangum auxilio minime indiguit; Et hoc quidem quod animam attingit, omni dubio caret, utpote quæ veluti purus existens spiritus, nullum quod illam aggravare potuerit, pondus unquam habuit; quod si verò de corpore sermo sit, cum illud quatuor gloriosi corporis dotibus, & præcipue agilitate nobilitatum fuerit, nequaquam, haud dubie implicabis, quin à semetipsa nulli innixa Angelorum subsidio, ad sublimissimam cæli Empyrei stationem & locum pertingere poterit. Doctissimus Salmeron nobis nominis hujus, Assumptio, Ethymologiam pulchre declarat, & dicit: *Assumere, est aliquid ad se sumere; in cuius probationem illo utitur textu Sapient. 3. Quæsi vi eam mihi sponsam***

*assumere. Item illo Matth. 20. Assumpsit duodecim discipulos; In hunc sensum dicitur Assumptio Virginis, quatenus à Deo ad se est assumpta. Suarez quoque materiam hanc ventilans dubia dissolvit; Et quidem dum de hoc vocabulo Assumptio tractat, & receptum Ecclesiæ usum examinat, quo communiter Regina nostra, velut ab angelicis choris à cælum sublevata, in hujus festivitatis picture repræsentatur, ac tandem insignis ille Theologus ait: *Non esse hoc ita intelligendum, ac si B. Virgo illorum operâ ad ascendendum indigeret; propria enim virtute, quæ omnibus corporibus gloriosis communis est, ascendere poterat. Demum verò ut mysterium declararet, ob quod Virgo assumpta fuisset, non verò in cælum ascendisse dicatur, ita scribit: *Dicitur ergo assumpta ab Angelis, quia honoris causa eam comitabantur; eandem quoque à nobis jam assignatam inter utrumque mysterium distinctionem adfert, dicens: *Magis dicitur assumi, quam ascendere, quia illa virtus simpliciter non erat connaturalis tali persona, sicut fuit Christo; Denique vocem illam Assumptio potius super corpus quod in cælum elevatur, quam super animam cadere ostendit, dum ait: *Ac propterea etiam magis proprie dicitur assumptio de corpore, quam de solo spiritu, quia spiritus non tantum gloriosa, sed etiam propria & naturali virtute ascendere potest.*****

2. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delictis affluens, innixa super dilectum suum. Diceret fortasse aliquis, ex his verbis ipsam ad ascendendum in cælum auxilio aliquo indiguisse, colligi posse videtur, cùm dicatur innixa super dilectum suum; Certe de ascendente filio idem vel simile neutiquam scribitur; De illo etenim dicitur: *Videntibus illis elevatus est; ascendit super cælos cælorum, Idem memoratus Salme-**

Ser. de Assumpt.

Tom. 1. in 3. part. disp. 21. sect. 2.

Tom. 11. nr. 37.

Salmeron respondet: *Sola ascendit innixa super dilectum suum, ut illi Christus innixus fuit, cum illum mater & in ventre & in brachiis gesta verit, ita sanctissima Mater in assumptione sua filio suo innixa caelum ingressa est; nam ita principes mulieres aut Regina plerumque viris aut filiis, qui Reges existant, innixa incedere solent, cum omnis uxoris matrisve gloria in virum suum, filiumve redire consueverit.* Similem quoque observationem Richardus à sancto Laurentio in favore nostrum instituit, siquidem hoc inniti super filium reverenti cuidam obsequio attribuit, quod in hac gloriosa coronationis die novae huic augustissimae Caesorum Imperatrici in majorem magnificentiae & Majestatis ejus ostentationem & splendorem exhibere voluit: *Vices rependit Filius Matri Deo, etenim Filius matris innixus descendit in terram in Incarnatione, ut ex illo Isaia textu constat: Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Aegyptum; cui accedit, quod beatissima Virgo in scala Jacob symbolizata fuerit, per quam Angeli ascende- bant, cuiusque vertex ad caelum usque pertingebat; hinc enim filius DEI descendit in uterum Virginis Mariae; & Mater innixa filio ascendit in caelum in Assumptione sua, inquit hic praefatus author, quasi ei per hoc obsequium remunerare velle, maternum quoque virginis subsidium sibi in suo è caelis descensu praestitum. Enimvero ad mendicum Lazarum in Abrahamae sinum deportandum Angeli brachia sua extendunt; ut Elias in terram transferatur Paradisum currus igneus ei fabricatur: at vero hodie in magnae matris obsequium filius ejus, qui & filius est DEI altissimi è caelo Empyreo descendens bajulus ejus esse desiderat, omnesque ei famulantur Angelorum Hierarchiae, subque ejus pedibus certatim se sistere, & cum luna veluti certantes ejus locum supplere contendunt. Potuit haud dubie sacratissima haec Virgo sua virtute sine aliquo alieno subsidio incedere & progredi, verum natalium suorum, & dignitas ad quam evecta erat sublimitas hoc obsequium ei impendi postulavit: sic quoque Maria ad Empyreum contendere sine filii subsidio potuit, & tamen filio innixa & ab Angelis sublevata in caelum ascendere ab Ecclesia in picturis representatur, ut per hunc modum pompam & honores eximios quibuscum assumpta fuit, adumbrare valeat.*

lib. 21.

3. *Assumpta est Maria in caelum.* Nollem profecto in minori penes vos conceptu esse Assumptionem Virginis, praeter quem vobis de Christi Ascensione formatis, neque estimationem illius diminui per nomen Assumptionis; siquidem si bene perpenderitis, Spiritus sanctus Evangelistarum calamis mediantibus Ascensionem quoque Assumptionis nomine exprimit. Sic enim Marcus scribit: *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei.* Sanctus Lucas quoque in Actibus Apostolicis cap. 1, de eodem mysterio tractans ita ait: *Vsque in diem, qua praecipiens Apostolis, per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.* At vero de ascensu Virginis pleno ore sic canit Ecclesia: *Hodie Maria Virgo caelos ascendit;* saepe etiam in Divini officii decursu verba illa replicantur: *Qua est ista, qua ascendit.* Ingeniosè autem sanctus Petrus Damianus advertit, dicens: *Spiritus sanctus Ascensionem filii, & Matris assumptionem simili stylo perambulans ter interrogat: Quis est iste, & tertio repetit: Qua est ista.* Filio ad Lybium descendenti Angeli acclamarunt: *Attollite portas principes vestras, quibus Angeli rebelles responderunt: Quis est iste Rex gloria.* In Resurrectione quoque stupefacti Angeli acclamarunt: *Quis est iste Rex gloria;* ac denique in Ascensione idem: *Quis est iste, qui venit de Edom.* De virgine pariter trina fit interrogatio: *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora consurgens; qua est ista, qua ascendit per desertum, sicut virgula fuma, ex aromatibus myrrha & thuris, & universi pulveris pigmentarii?* ac denique tertia interrogatio his verbis instituitur: *Qua est ista, qua ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum?* At vero idemmet Damianus, cujus est totus hic discursus, postquam in Redemptoris ascensionem oculos suos defixisset, dicit: *Attolle jam oculos ad Assumptionem virginis, & salva filii Majestate invenies occursum hujus pompa non mediocriter digniorem, ejusque convincentem rationem protinus subiungit: Soli quippe Angeli Redemptori occurrere potuerunt, matri vero caelorum palatia penetrante filius ipse cum tota curia tam Angelorum, quam iustorum solemniter occurrens exivit ad beata confessorum sessionis. Quot animas beatas è lybii carcere liberatas Christus secum ad caelos conduxit? & quot animas caelum Empyreum*

Marc. 16
19.

Cant. 6. 9.

Cant. 3. 6.

Cant. 8. 5.

præius incoluerunt, quam Maria in sua Assumptione eo penetraret? In hoc igitur comitatu, in herum occurſu, & in eorundem obſequio plus habuit honoris Mater quam Filius. Verum enimvero ratio illa quam adfert Hieronymus, vel quisquis tractat is illius author eſt, cæteris omnibus validior & efficacior eſſe cenſetur:

Serm. de
Assumpt.

*Ascendit & preparavit huic ſanctiſſimæ & gloriſſimæ Virgini locum immortalitatis, ut cum eo regnare poſſit in perpetuum; adeoque filius Dei magnæ huius Reginæ quidam, ut ita dicam, Prodromus fuit, qui ad præparandum ei in cœlis ſolemniffimum hunc occurſum anticipatè in cœlum aſcendit. Verum enimvero quid huic instantiæ reſpondebitur, quæ peti ſolet, cur increata illa ſapientia, tamen ſanctiſſimam matrem ſuam impenſiſſime amarit, ſine illius tamen confortio ad cœlos aſcendere voluerit, ipſam aliquanto adhuc tempore in hac lachrymarum valle filii ſui ſocietate viduatam & deſolatam relinquendo? utique credibile eſt ipſam tam à ſe dilecti Filii abſentiam ſæpiùs luſpiraffe, & frequenter in hoſ ſingultus prorupiſſe: *Hæc mihi quia incolatus meus prolongatus eſt; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei Filij mei?* adhuc cum æterna veritas inviolabiliter futurum eſſe promiſerit, ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit; quis ſanctiſſimæ ejus Matre ipſius miniſteriis ſollicitè obſeundis magis unquam deditus fuit? ſunt nonnulli, qui dicunt, Aſſumptionem beatiffimæ Virginiſ ideo dilatam eſſe, ut diutius hic in terris vivendo, perfectius Eccleſiam ſtabilire, docere Apoſtolos, & vitæ ſuæ ſanctitate & exemplaritate primis fidelibus animum ſuggerere poſſet, ut tanto conſtantius perfectionis viam ingrederentur. Sanctus Anſelmus autem hac de re ita ſcribit: *Prudentiori & digniori conſilio uſus præcedere illam volebat, quatenus ei locum immortalitatis in Regno tuo præpararet.* Porro Chriſtus Dominus noſter quondam Apoſtoliſ ſuis dixit: *Si abiero & præparavero vobis locum, iterum veniam, & aſſumam vos ad meipſum.* Certum eſt autem, quod ea Apoſtoli� inter & ſanctiſſimam Virginem*

Io. 12. 26.

interceſſerit proportio, quæ eſt inter Reginam Regiſ matrem, & ſervos vel aulicos ejusdem. Quodſi igitur illis ſe abiturum promiſit ad thronos illiſ præparandos, in quibus duodecim tribus ſint judicaturi, quanto convenientius eſt, ut omniſ ſolemniffimus apparatus præparetur ad honorandam & exaltandam coronationem huius auguſtiſſimæ cœlorum Imperatricis ſuæ videlicet amantiffimæ, optimè meritiæ & digniffimæ Matris? eſt hæc quorundam B. Virginiſ devotorum clientum obſervatio, quodſi beata Virgo in ipſo Aſcenſionis die unâ cum filio ſuo in cœlum eveſta fuiſſet, exigua quidem futura fuiſſet inter honores & obſequium Filio, tum Matri exhibitâ diſtinctio, quamvis dubitandum non ſit, quin nonnunquam majori attribuenſi fuiſſent honores filio quam matri; ne tamen idipſum fieret, aut cogereſtmittere; cum magno rationis pondere Chriſtus voluerit, ut pro majori ipſius magnificentia & gloria, feſtivirus ei triumphus ſoſiſ exhiberet, in quo ipſemet eidem cum Majeſtate toto triumpho congrua occurrere ſtauiſſet. Unde Damafcenus ait: *Rex ipſe ad Matrem ſuam venit, ut divinis ſuis & puriſſimis manibus ſanctam & labiſ expertem ipſius animam ſuſciperet.*

Orat.

4. Advertendum quoque hic eſt, quod ſicut David ex paupere & egeno ovium paſtore ad Regnum Iſrael aſſumptus, exaltationem ſuam gratâ ſemper mente ſoli DEO attribueſdam eſſe agnovit, ideoque natalium ſuorum humilitatem commemorans ait: *Ego ſervus tuus, & filius ancilla tua,* ideoque condignas Divinæ Majeſtati laudes hiſ verbis retulit: *Quia Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael Regiſ noſtri,* ita quoque cogitandum nobiſ ſit gloriſſimam hanc cœlorum Reginam feciſſe; ipſa namque poſtquam altiffimi facta eſt mater, quando ait: *Ecce ancilla Domini,* mox verò ut ſe adeo magnificè exaltatam eſſe conſideravit, dicendum ſibi eſſe cenſuit: *Domini eſt aſſumptio mea, & ſancti Iſrael regiſ mei.*

Pſ. 115. 16.

Pſ. 88. 19.

De excell.
Virg.

Prudentiori & digniori conſilio uſus præcedere illam volebat, quatenus ei locum immortalitatis in Regno tuo præpararet. Porro Chriſtus Dominus noſter quondam Apoſtoliſ ſuis dixit: *Si abiero & præparavero vobis locum, iterum veniam, & aſſumam vos ad meipſum.* Certum eſt autem, quod ea Apoſtoli� inter & ſanctiſſimam Virginem

Io. 14. 3.

Ut

Vt quis conceptum sublimitatis gloriæ, ad quam B. Virgo assumpta est, sibi formare possit, opus est primo gratiarum, donorum, meritorumque infinitorum cumulum scire, quo ipsa locupletata fuit.

DISCURSUS QVARTVS.

Qua est ista qua ascendit de deserto, delitiis affluens?
Cant. cap. 8. v. 5.

Quamdiu Dei & Mariæ filius hic nobiscum in terris, & in matris suæ sacratissimo utero est commoratus, ipsaque mater ejus visibili & amabilissima præsentia ejus frui potuit, ipsa hanc vitam æternæ vitæ parem esse censuit, siquidem in stricto suo tugurio Nazarethano Paradisum esse existimavit: attamen postquam idem ejus prædilectus filius in Ascensione sua procul ab ea recessit, tunc ei præsens hic mundus visus est, esse sterile quoddam spinetum, & horridum desertum. Unde Angeli qui animi ipsius sententiam optimè & penitissimè penetrabant, ut huic sese magis accommodarent, ipsa ad cælos ascendente admirantes inter se dicebant: *Qua est ista, qua ascendit de deserto?* & quidem tametsi pro eo tempore mundum desertum esse arbitraretur, ipsa nihilominus inter urticas, stirpes & inculci deserti spineta, tempora sua coronis exrosis, & odoratissimæ fragrantiaæ liliis contextis redimere percontimè novit, ideoque in die Assumptionis delitiis circumquaque affluens in cælos contendit, adeo ut in admirationem & stuporem universum cælum protraxerit, ideoque omnes illi immortales cælestis curiaë aulici stupefacti petierint: *Qua est ista, qua ascendit de deserto delitiis affluens?* enimvero quodhi throni, in quem evecta fuit, eminentiam cognoscere desideramus, oculum nostrum prius in donorum, gratiarum, infinitorumque meritorum suorum, quæ in hoc mundi deserto sibi

comparavit, cumulum dirigere debemus.

2. Delitiis affluens. Cùm, ut omnibus constat, gratia sit semen gloriæ, consequens est, quod ad proportionem gratiæ, gloria pariter major vel minor esse censeatur. Audite obsecro quidnam Maria cæteroquin humillima de semet ipsa attestetur, dum ait: *In me gratia omnis viæ* & *Eccl. 24. veritatis.* Verum inquires, quæ nam est hæc viæ, 25, quænam veritas ista, de qua loquitur; nisi fallor, ipsam illis verbis filium suum intelligere existimo, qui semetipsum viam & veritatem appellavit: *Ego sum viæ, veritas & vitæ.* Gratia autem Divina in filio Dei depositata fuit: *Gratia Dei Rom. 7. 25 per Dominum nostrum Iesum Christum.* Hic tamen Genitricem suam ut honoraret, eandem illius thesaurariam esse voluit, ac proinde merito dicit: *In me gratia omnis;* & à sancta matre Ecclesia ipsam Matrem gratiæ appellare docemus; *Maria mater gratiæ;* in cujus confirmationem servit trita illa sancti Bernardi sententia dicentis: *Christus redempturus Rom. sua mundum universum thesaurum contulit in permissio Mariam, ut de plenitudine ejus omnes acciperent; Ascendit delitiis affluens.* Porrò divinæ plenitudo gratiæ, qua beata Virgo locupletata fuit, eousque pervenit, ut non solum in hæc quemvis alium superavit, verum etiam ut ipsa sola in gratiæ thesauris ditior & copiosior fuerit, quam omnes alii simul, adeo ut verissimè dicere possumus: *De plenitudine ejus omnes acceperunt.* Hoc est argumentum illud & consequentia, quam S. Bernardus in sermone quodam de præsentis festivitatis de *Ser. 1. de ducit, dum ait: Quantum gratia in terris Assumpt. adepta est præ cæteris, tantum & in cælis ob-*
tinet

tinet gloria? Ipsa etenim sola plus gratiæ in se habuit, quod omnes Angeli simul, & quam omnes alii cœlorum cives ad finem usque sæculorum propagandi, adeo ut resolute affirmare possimus, quod ad majorem gloriam exaltata fuerit, quam unquam omnes sancti, quorum cœlum capax esse potest, gavisi sint, aut deinceps sunt gavisuri. De B. Virgine Maria hæc verba canere solemus, *Radix in populo honorificato.*

P. 4. tit. 15.
6. 45. § 5.

Porro S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus per hunc populum, cœlestis curiæ incolas intelligit, ideoque ad majorem beatissimæ Virginis gloriam & laudem hanc ex illis verbis exciatur quæstionem, cur nimirum B. Virgo dicat, *Radix in populo*, & non potius *Exaltata sum?* & respondet: *Radix est principium arboris; Imaginemur ergo summitatem perfectionis gloria beatorum esse in Seraphim ordine supremo.* Adeoque fiat computus omnium gratiarum, quas Angeli, Archangeli habuerunt, ac tandem ad Seraphinos usque ascendite, sicque oculum per omnem æternitatem ad omnes animas, quæ unquam creatæ, & gratis donis que cœlestibus dotata fuerunt; descedite, & dicite quod infinitus hic cumulus, primus gratiæ & sanctitatis gradus extiterit, qui Mariæ fuit collatus, cuique tot annorum spatio continuo cooperata fuit *cum toto conatu, ibi incipit perfectio gratiæ & gloria virginis*, inquit sanctus Antoninus, Ecclesia in officio hodierno sæpius cantat: *Exaltata est sancta Dei genitrix super Choros Angelorum*, Enimvero ut hanc exaltationem melius intelligamus, quandam Doctoris Angelici doctrinam vos prius intelligere valde percuperem. Docet igitur S. Thomas, quod omnes spiritus Angelici specie differant, species autem sint sicut numeri, quorum unus alium minorem in se continet, exempli gratia numerus ternarius binarium continet, & numerus senarius quaternarium, & sic deinceps: Eadem igitur proportione Angelus superior perfectionem & gloriam inferiorum in se continet, hos autem innumeros esse, certissimum est: *Decies milies censa milia assiste habens ei*; adeo ut classica & authentica sit opinio, Angelos usque ad ultimum & infimum chorum in majori numero consistere, quam omnes animæ creatæ, vel etiam creaturæ, usque ad finem sæculo-

Dan. 7. 10

rum, siquidem unicuique animæ specialis Angelus custos deputatur; Imaginemini vobis deinde quantum alii chori superiores, usque ad supremum Seraphinorum chorum in numero suo magis excrecant; & hinc gloriam Virginis principium suum ordiri dicite. Nescio profecto, an aliquando ad verteritis sanctam Ecclesiam capitula sanctorum in sanctitatis evidens signum diademate quodam cingere solitam esse, quod mediæ lunæ vel etiam lunæ plenæ speciem in se representat; hoc autem supposito quæro à vobis, quodnam in eo lateat mysterium, quod hæc eadem luna Deiparæ Virginis pedibus communiter subjiciatur? *Et luna sub pedibus ejus?* nimirum vult nobis ostendere, quod sanctitas & perfectio omnium aliorum sanctorum, magnæ hujus arboris prima radix, primumque principium existat; quodque ideo *radicavit in populo honorificato.* Beda scribit: *Omnis sanctorum beatitudo de glorioso Virginis utero processit*; hæc autem gloria quam omnes sancti, omnesque beati habuere, quæque suam ab ejus sacratissimo utero originem habet, pedibus beatæ Virginis subjicitur, ut hinc discursum & intellectum nostrum elevemus ad æstimandam sanctitatem illius, cujus caput hodie cœlesti diademate cinctum fuit. Superius in alio quodam discursu illum Pauli Apostoli textum ad Corinthios adduximus, in quo de gloria & differentia ejusdem differitur: *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum.* Per hos autem tres differentes planetas omnes gradus magis vel minus eminenter beatitudinis nobis representare intendit; & quidem ut non confundamur, possemus dicere, quod in claritate lunæ encomia nobis denotentur, & gloria naturæ Angelicæ: in stellis autem sanctorum Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque aliorum electorum animæ in splendore autem & luce solis, veri iustitiæ Solis inæstimabilia merita; quam vero luce quibusque radiis beatissimam Virginem radiasse & præfulsisse dicimus? equidem ad denotandum quod eadem intemerata Virgo ad gloriam & beatitudinem pervenerit omnium electorum simul junctorum, ecce qualiter hodie quasi *signum apparuit in celo*, mu-

In cap. 11.
Luc.

liet

Lier amicta sole, luna sub pedibus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.

3. Verus enim quis est qui splendidissimum hunc Solis amictum non admiraretur & oblupefat? *Amicta sole*, quod idem est ac si diceret, ipsam talem fuisse mulierem sive matrem, quæ paulò maius sublimata sit à filio, & ferè par illi, qui sol est iustitiæ, Guericus Abbas ait: *Tibi posuisti in Maria sacrarium gratiæ, & thronum gloria, multò verus ad nostrum promotum S. Bernardinus illum Psalmi 88. locum: Thronus ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis*, explicans ait: *Thronus Dei Filii mater ejus est, quæ in conspectu illius sicut sol fulgens est quantum ad gloriam animæ, & sicut luna perfecta in æternum, quantum ad gloriam corporis sine defectu, proinde gloria resurrectionis est testis fidelis*. Quis est qui non sæpè viderit, quod si stellis in firmamento collucentibus & splendente lunâ sol quoque in orbe suo fulgere incipiat, mox omnium inferiorum syderum claritas dispereat & tabescat? non tamen idem immensæ gloriæ Mariæ Virginis in cælo cõtingit; hæc enim non solum nobis stellis coronata, & lunâ calceorum loco induta describitur, id est, ad illam gloriam, quam omnes Angeli simul juncti habuerunt, & quam habituræ sunt omnes animæ gloriificatæ, sublimata fuisse asseritur; verum in super velut si sole amicta sit, nobis representatur, throno constitutus esse noscitur. *In conspectu illius sicut sol fulgens est*, inquit S. Ildephonus; & Venerabilis Beda: *Dei Genitrix clarior sole refulsit in throno claritatis; nam Christus, sicut legimus, in sole posuit tabernaculum suum, de quo ipse, ut ita loquar, tabernaculo processit tanquam sponsus procedens de thalamo suo, ad eoque in sententia hujus Sancti Specialissimi Virginis Mariæ clientuli, certo quodam modo dicere posse videmur, æternum hunc solem in sacrosancto hæc tabernaculo luminosioribus adhuc radiis fuisse indutum, Scimus equidem quod verba illa Ecclesiastici: Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris; verum scire omnino perciperem, in quoniam hæc similitudo consistat, per quam beatissima Virgo veluti delitiosæ illdemque odoriferis fructibus onusta repræsen-*

tatur & fructificavi suavitatem odoris. Omnino mihi persuasum habeo, quod ad suam in cælos assumptionem alludat; de hac namque, prouti in Discursu præcedente diximus, scribitur: *Qua est ista quæ ascendit quasi virgula sumi ex aromatis myrrha & thuris?* Verum dicit aliquis, quomodo per vitem fructificantem B. Virginis gloriosa in cælos assumptio denominari potest? estne inter alias arbores & plantas aliqua, quæ magis per terram serpat quàm vitis? Verum illud hoc est, estque ob id vitis apposita si non similitudo ad repræsentandam profundissimam Mariæ humilitatem, insuper tamen verum quoque est quod nullum sit germen aut arbor inter omnes alias, quæ altius exurgat, & sublimius in altum evebatur quàm vitis; adeo enim in sublimi se erigit, ut in altum serpendo non cesset, donec altissimas turres adæquet, dummodo eo usque fulcrum, cui innitatur, habere possit. Ecce igitur qualiter Virgo (*delitiosæ affluens fructificavit quasi vitis suavitatem odoris*) innumetis virtutum & meritum fructibus onusta in sublimissimum usque cæli empyreum thronum confluat, donec aliquem, cui innitatur, invenerit, id est, prope suum filium colloceat, *innixa super dilectum suum*, & quidè ad ejusdem filii dexteram. *Asitit Regina à dextris tuis*; adeo ut sublimius progredi non potuerit, quia Deus filius ejus altius non ascendit, ut potè qui *sedet à dextris Dei*. Gerfon de hoc ejus throno ita scribit: *Tract. 4. Virgo sola constituit hierarchiam secundam sub in fin. sic. Deo trino & uno hierarcha primo & summo, per Magis. apud quem hierarcham humanitatis filii sui sola sublimata sedet à dextris virtutis Dei per unitatem suppositi. In sententia vero S. Thomæ de B. Virginis dignitate loquendo dicitur, In 4. dist. 21. q. 1. a. 9. quod Rex Egypti Josepho dixisse scribitur, scilicet uno tantum regni solio te precedam; hanc etenim opinionem suam Doctor Angelicus nobis hisce verbis conceptam post se scriptam reliquit: *Quamvis B. Virgo sit super Angelos exaltata usque ad aequalitatem Dei, vel ad unionem in persona, & ideo non dicitur sedere ad dexteram, sed ad stare à dextris, in quantum honor filii aliquo modo, participativè non plenariè redundat in ipsum, in quantum dicitur Mater Dei, sed non Dens.**

Serm. 1. de Assumpt.

Tom. 3. Serm. 11.

Serm. 2. de Assumpt.

Eccl. 2. 4. 22.

Mansi Sanctuarii Tom. III.

Y

Gloriæ

Gloria, ad quam B. Virgo à Deo exaltata fuit, eminentiam imperceptibilem esse, variis rationibus demonstratur.

DISCURSUS QUINTVS.

Exaltata est sancta Dei Genitrix ad cœlestia regna.

Nulla unquam lingua exprimere, vel qualiscunque demum intellectus, sive humanus sive Angelicus capere sufficit, ad quantum gloriæ celsitudinem magna Dei Mater hodie assumpta fuerit: *Gloria, qua eam de hoc mundo transeuntem excepit, principium ignorat, nescit finem* (inquit S. Petrus Damianus) *de qua nihil aliud possumus dicere, nisi quia gloriosa dicta sunt de te gloria Dei.* S. Bernardus, qui devotissimus B. Virginis famulus fuit, ac proinde in hac Octava, per merita maternæ intercessionis ipsius ad æternam benedictionem ascendere meruit, in serm. 1. de hac festivitate ita scribit. *Nec in terris locus dignior uteri virginis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit.* Undè hanc de sublimitate gloriæ ejus elicit consequentiam: *Nec in cœlis regali solio, in quo Mariam hodie Maria filius sublimavit.* Sicut enim Christus ad nos in hanc lachrymarum vallem descendere volens, ut mortalitatis nostræ amictu sese indueret, digniorem utero Virginis locum non invenit (*quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti*) dignum omnino erat, ut ipsa in cœlo assumpta, ibidem quoque dignissimo & gloriosissimo loco à filio suo honoraretur. Promissio hæc est infallibilis veritatis, quod æternus Pater glorificaturus sit omnem illum, qui illi de corde sincero servierit: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus qui in cœlis est; quis autem est qui dubitet, quin huic filio Mater ejus longè exaltus, fidelius, dantiùt que inservierit, quam omnes aliæ tam humanæ*

quam Angelicæ creaturæ? Abindè igitur aliquam saltem glorificationis suæ notitiam deveniri poterit, qua illam non solum Pater æternus honoravit & exivit, verum etiam certatim omnes tres divinæ personæ, nimirum post Patrem Verbum tanquam filius ejus, & Spiritus sanctus veluti sponsus ipsius. Guerricus Abbas Salvatorem nostrum Matrem suam hisce verbis alloquentem introducit: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum; nullus mihi plus ministravit in humilitate mea, nulli etiam abundantius ministrare volo in gloria mea, ex quibus premissis talem elicit consequentiam, per os filii tui loqui pergens: Communicasti mihi quod hominum sum; communicabo tibi quod Deus sum.* Ultima quæso verba ex jam dictis maturè ponderate, & dicite an ad eminentiam gloriæ ejus comprehendendâ aliquo saltem modo contendere audeatis, utique non sine mysterio in hac solemnitate Evangelium illud de duabus sororibus Martha & Magdalena legitur, quatum una iuxta erat ut Christo ministraret, alia verò in altissima contemplatione hærebat absorpta, id est, Maria, quæ sibi dici audire meruit: *Optimam partem elegit sibi Maria; quasi sancta Ecclesia per hoc indicare vellet, beatissimam Virginem per merita servitorum & ministrorum filio suo exhibitorum, quæ denotabantur in Martha, ad sublimissimum gloriæ thronum evehi meruisse: Optimam partem elegit sibi Maria, qua non auferetur ab ea in æternum.* Verum eminenter aliam quandam super hac re doctissimi Salmeronis ponderationem, si placet, audite; dicit enim quod Spiritus sanctus Ecclesiam dirigendo ut Evangelium istud in præfenti festivitate proponi faceret, insinuare nobis

Serm. 1. de Nat.

Joan. 12. 26.

Tom. 11. epist. 35.

nobis velit, beatam Virginem in aeterna beatitudine remuneratam esse. Nam pro statu Matris Dei, vel obstatum virginitatis, quam ob altissimas actiones contemplationis figurata in Maria, & ob egregias functiones vita activa significata in Martha, voluitque hic præclarus Doctor, opinione meâ dicere, quòd ut immensam & infinitam beatitudinæ Virginis gloriam dignè æstimare valeamus, primò non veluti Mater Dei alicujus, sed tanquam Maria innumeris adeò meritis cumulata consideranda sit, ut meritò dicere potuerit: *In plenitudine sanctorum detentio mea; hac verò abstractione factâ ponderetur exactissime, quidnam importet, quantique æstimandum sit esse Regis gloriæ optimè meritam Matrem, nec non cœlesti regni electam Imperatricem* Unde S. Augustinus ait: *Sufficere debet tantum notitia humana hanc verè fateri Reginam cœlorum, pro eo quòd Regem peperit Angelorum.* Inter alias veteri testamenti figuras, eam mihi ipsius in cœlos assumptionem & super omnes Angelorum choros exaltationem maximè propriè prælignificatè videtur, quæ in tertio Regum libro à Spiritu sancto recensetur, quando nimirum Regum sapientissimus Salomon Reginam matrem suam à deo augusto cum honore excepit. Dicitur enim ibidem: *Surrexit enim Rex in occursum ejus, adoravitque eam, & sedit super thronum suum, positusq; est thronus matris Regis, qua sedit ad dexteram ejus.* Ecquis est qui nesciat, quòd ipsemet Christus Salomonis abnepos de semetipso dicat: *Ecce plusquam Salomon hic?* Quis dubitat quin Christus erga dilectissimam Genitricem suam longè reverentior & gratior fuerit, quàm quiscunque homo mortalis? Ac promèdè cum illam & potuerit & valuerit ad sublimius evehere gloriæ & excellentiæ fastigium, cur eum id ipsum adimplevisse non crederemus? Verum quidem est quòd de ejus gloria verba illa Psalms intelligantur: *Astitit Regina à dextris tuis.* At verò S. Bernardus ait: *Si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit qua preparavit Deus diligentibus se, quòd preparavit gignenti se (et quòd omnibus est certum) præ omnibus diligentibus, quis loquatur?* Etenim quis attentare præsumet quòd Bernardo alicui impossibile visum fuit; ut potè qui ob admirabilem facundiam & eloquentiam suam appellatus fuit mellifluus, &

specialissimus beatissimæ Virginis cliens & devotus cultor extitit? Et quidem tametsi rotundè ore confiteatur quòd nec calamus, nec lingua ad beatitudinem adeo sublimem pertingere valeat, hunc tamen vastissimum interminatæ Marianæ gloriæ oceanum duobus veluti verbis includit, dum ait: *Super omnem exaltata creaturam cum eo honore, &c.* Nec tamen hisce verbis magnificentiam & sublimitatem dignitatis ipsius exprimere, neque honores, obsequia & reverentiam, qua ab universa cœlesti curia gratulabundè excepta fuit, adæquate explicare voluit, hoc enim nequaquam facere potuit, sed tantum animos nostros disponere intendit, ut mysterium Assumptionis seriò meditari, illudque cordibus nostris imprimere, ac demum eo quo par est loco habere ac dignè æstimare valeamus: *Cum honore quo tanta Mater digna fuit, cum ea gloria, qua tantum decuit filium.* Quis enim præsumet se assequi posse quousque vel ipsa meritis suis pertigerit in gloria, vel ad quantam magnificentiam eam filius evexerit? Ipsa quidem filio suo dicit: *Cum gloria suscepisti me;* verum quid minus quævis anima etiam illa, quæ ad infimum Angelicorum spirituum chorum pertigisset, dicere poterat? Ergone illi, quæ in cœlo supremis cum honoribus exaltata est, ad felicitatem suam exprimendam nihil aliud dicendum occurrit, quàm quòd gloriosè recepta sit? *Cum gloria suscepisti me.* Imò vero ita est; sibi namque ipsemet videtur se ad felicitatem illam exprimendam omnino insufficientem esse. Unde S. Petrus Damianus ait: *Gloria utique gloriosa, quam non novit, nisi qui dedit, & cui donare dignatus est;* ac promèdè duo tantum sunt, qui nobis de ejus exultatione & felicitate, in qua nunc est, testimonium perhibere, pleniusque, quanta sit gloria ad quam evecta fuit, explicare possunt, ipsa nimirum & filius ipsius; ipsa vero aliis nihil ulterius dicere quàm quòd audistis. Nescio analiquando ad hoc vos reflexeritis, quòd Spiritus sanctus, qui quatuor Evangelistarum, necnon omnium aliorum hagiographorum seu scriptorum canonicorum novi Testamenti calamos direxit, effecerit, ut dicti sacri Evangelistæ, alique Canonici scriptores in referendis Matris Dei laudibus, meritis, actionibusque heroicis adeò sine parci, & ferè nulli, cum tamen ipsa cuncta fidelibus per omnia sæcula speculi loco servire debeat;

Ser. 31. de
Sanctis.

3. Reg. 2. 19

Serm. 1. de
Assumpt.

Pf. 72. 24.

imò de Assumptione & coronatione ejus ne lineam quidem duxerint, aut verbum aliquod calamo expresserint. Ratio autem, quæ omnem intellectum, quantumcunque is sublimis sit, adæquare potest, hæc est: mirum paucola illa verba, quæ de ipsa scripta sunt, videlicet: *De qua natus est Iesus qui vocatur Christus*, omnino cuiusvis homini & Angelo abundè sufficiunt, ut de donorum, virtutum, gratiarum, meritorum, & gloriæ thesauris, quibus illa, quæ mater est cusjudam Dei, locupletata fuit, dignum quid concipere & agnoscere possint; est enim Mater Deitullius, qui in ipsa fecit potentiam in brachio suo; undè & dicebat: *Escit mihi magna qui potens est.*

Serm. 2. de
Nat. Virg.

Undè S. Thomas de Villa Nova ait: *Propter eam, quia Virginis gloria intus erat. & magis cogitari poterat quàm describi, quid amplius quæris? quid ultra requiris in Virgine? sufficit tibi quòd Mater Dei est; quanam obsecro pulchritudo, quanam virtus, qua perfectio, qua gloria Mariæ Dei non congruit?* Salmeron, ut gloriam cœlestem, ad quam Virgo sanctissima hodie assumpta est, declaret, ad illam se gloriam refledit, qua Deus multa ex iis loca variis gratis & prærogativis locupletavit, in quibus aliquod accidit mysterium: *Si præsepe, in quo est ad horam repositus, ita exornatus: si Nazareth, ubi conceptus atque nutritus tanta decoravit gloria, ut cernere licet in domo Lauretana: si crucem, in qua tribus tantum horis; & sepulchrum, in quo ad tres dies mortuus jacuit. tantoperè sublimavit: quod ferendum de Matre judicium? &c.*

In deprec.
ad Virg.

Serm. de
Assumpt.

2. Nonnulli Sancti gloriam & exaltationem B. Virginis, Christi filii sui Ascensionis vicinissimam esse dixerunt. S. Bernardus dictum suum ad Mariam dirigens dicit: *Tantà ante Deum sanctitate fecundavis, ut sola solio Regis æterni immediatè approximare merueris.* Guericus Abbas ejusdem Sancti discipulus in hoc scitum ita scribit: *Mariam dico exaltatam super choros Angelorum, ut nihil contempletur super se Mater, nisi solum filium, B. Amadeus in quadam Homilia de B. V. ita scribit: Super omnes ele vata, & in cœlum à cœli civibus, honorificentissimè, & ex more imperiali suscepta à Matre supremo in regno claritatis æterna: deinceps vero throni eminentiam, ad quam sublimata fuit: circumscribens ait: Et in throno excellentissima gloria, prima post filium, quem ex se genuit, in*

Hom. 7. de
laud. Virg.

carnatum, jussa est residere. Et quid diceretis, si alios eidem Virgini devotos scriptores eandem ipsimet filio equiparantes audiretis?

3. E quorum numero præsto est venerabilis Arnoldus Carnoretensis, qui de ipsa ita loquitur: *A dominatione vel potentia Filii Mater non potest esse separata; ad cujus probationem hoc argumentum adducit: Una est Maria & Christi caro, unus spiritus, una caro; & ex quo dictum est ei, Dominus tecum, inseparabiliter perseveravit promissum & donum; indèque ad nostrum propositum hanc elicit consequentiam: Filii gloriam cum Matre non tam communem judico, quàm eandem.* In cujus probationem Antiphonam illam adducere possemus, in qua Ecclesia ita canit: *Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.* Ubi beata Virgo in eodem Filii sui throno confedere dicitur. S. Ildephonus serm. 2. de Assumptione. S. Athanasius serm. de Deipara. S. Petrus Damianus in sermone de hodierno festo de Assumptione B. Virginis illud Regni Prophetæ oraculum explicans: *Assitit Regina à dextris tuis.* S. Bernardus ita scribit: *Sicut benedictus Iesus sedet à dextris Patris, id est, in posterioribus bonis paternis; sic ista Virgo gloriosa in posterioribus bonis filii sui Iesu juxta ipsum in throno sublimata confedit.* S. Petrus Damianus in principio sui sermonis de hodierna solemnitate ait: *Sublimis ista dies, & splendidiori sole refulgurans, in qua Virgo regalis ad thronum Dei Patris evehitur, & in ipsius Trinitatis sede reposita naturam etiam Angelicam sollicitat ad videndum; quasi dicerè vellet, quod gloria Mariæ pari passu cum gloria Filii Dei ambulet; siquidem dicit quod Angelus non solum in Filium Dei, sed etiam in beatissimam Virginem oculos suos defigere desiderant: in quam desiderant Angeli prospicere.* Et quidem motiva illa, quibus ei devoti clientes duci possunt, ut in æquali eam gradu cum filio collocent, ab eo fortè derivari possunt, quod idem Damianus in alio quodam sermone de ejus Nativitate scribit, dum ait: *Dei cum Virgine unius naturæ habet identitatem, quia idem est quod illa; his taceat & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis immensitatem.* Et hæc quidem est ratio, quæ omnes Angelicos spiritus in stuporem rapiebat, unde sum-

Tract. de
laud. Virg.

Tom. 3. ser.
11. art. 11.

Serm. 1. de
Nat. Virg.

na cum

ma cum admiratione sese mutuò interrogabant: *Qua est ista? &c.* Illam utique paritatem sapientiùs observatis, quam Ecclesia inter Matrem & Filium instituire videtur per varios Matrem inter & Filium institutos dialogos; ex quo enim Filius ait: *Ecce tu pulchra es amica mea*; ipsa respondet: *Ecce tu pulcher es dilecte mi.* Christus dicit: *Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias*; ipsa verò respondet: *Sicut malus inter ligna sylvarum; sic dilectus meus inter filios.* Item sicut beata Virgo filium suum invitavit hisce verbis: *Veniat dilectus meus in hortum suum*; ita quoque filius eadem benevolentiam matrem iuvat dicens: *Veni in hortum meum saror mea sponsa.* Et sicut ipsa dicit: *Dilectus meus mihi*; ita quoque protinus subdit: *Et ego*

illi. Denique idipsum quod Spiritus sanctus de Sapientia increata affirmat, Ecclesia pariter beatae Virgini Mariae; utpotè ejuldem incarnatae Sapientiae Matri applicat, dum ait: *Ab initio & ante secula creata sum; Dominus possedit me ab initio viarum suarum antequam quicquam faceret à principio; & sic consequenter in multis aliis passibus.* Undè Gerfon ait: *Aded quidem Maria fuit divina, ut ea, qua de Sapientia increata scribit Ecclesiasticus, Ecclesia transferat ad Mariam.* Denique his omnibus addere possumus quod veridicus sacrorum Evangelistarum calamus Dei Filium quoque beatae Virgini subiectum fuisse referat: *Et erat subditus illis; ac proinde quid mirum, si idem Dei Filius ipsam in gloria ad paritatem throni sui exaltet?*

Serm. de
Nativ.

De beatae Virginis in caelis exaltatione, aliisque ab eadem in gloria receptis honoribus.

DISCURSUS SEXTVS.

Assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

1. **S**ANCTA mater Ecclesia per adducti thematis verba hoc solum intendit, ut devoti Mariae clientes ex illis verbis, ad quantam sanctissima Patrona ipsorum gloriam in hoc Assumptionis suae triumpho sublimata sit, intelligant; & idèò quando dicit: *Assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio*, id solum vult insinuare, quòd beatissima Virgo in paradiso thronum altiori in loco collocare non poterat, quam in quo Rex regum confidebat. Et idèò quòd si quis brevissimo intellectus sui oculo sublimem Virginis eminentiam, quam in caelis obtinet, assequi se posse speraret, illi priùs opus esset, ut quousque Dei omnipotentia, majestas & excellentia, quae B. V.

participanda erat, pertingeret, intimè sibi perspectum haberet, ac demum ad id ei reflectendum esset, quòd scilicet hic Deus, ejus sit amantissimus filius, isque erga eam in altiori, qui in hac filiationis relatione dari possit, gradu refereus venerabundus & gratus: *Ego, ego sum, qui patrem & matrem honorandos filius commendavi; ego ut facerem quòd docui, & ex emplo essem aliis, ut patrem honorarem, in terram descendi, ascendi, & preparavi thronum gloriae; neque hoc dico, quòd in parte ei thronus collocetur, quoniam ipsa potius est thronus meus; sunt ipsissima verba Guerrici Abbatis. Undè S. Methodius Episcopus ait: *Euge, euge Mater Dei & serva; euge, euge, cujus debitor es tu, qui omnium creditor; omnes namque debemus Deo, ipse tibi.* Quamnam verò ex hisce*

Serm. 4. de
Assump.

præmissis deducit consequentiam? Hanc nimirum, quod cum ipse præcepti illius de parentibus honorandis author fuerit, expressèque declaraverit: *Non veni solvere legem, sed adimplere*, consequenter idemmet præceptum executum fuisse credendus sit. *Is qui ab ea sine patre est, summam gloriã afficiat suam sine viro Matrem.* Christus filius ejus naturalem in terra patrem non habuit, sed matrem tantum; Pater autem, qui ipsum genuit, ab eo ut honoraretur & exaltaretur, minime indignuit, quem laudant Angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates; ideoque in sublimanda omni cum possibili ac magnificentia maxima magnã Matrem suam, omnè suum studium dirigere debebat: *Summã gloriã afficiat suam Matrem.* Guerricus Abbas postquam dixisset, Virginem ut filii sui thronus esset, ab eodem fuisse filio invitata, subdit: *in te mihi quandam regni sedem constituam, de te judicia decernam, per te preces audiam, nec satis glorificatus videbor mihi, dum & tu congratuleris.* Quid de magnã hujus Matris gloria dici, imò imaginari amplius potest? siquid filius expressè se gloriã suam nihil facere protellatur, nisi Matrem suam pari cum ipso honore glorificatam esse iuruetur. Enimvero præconia, quibus sacri Doctores thronum ejus deprædicant, velim auferretis. Leo Imperator ait: *Te divinissimum thronum ad suum divinum & augustale templum transponit.* Sanctus Ephrem beatissimam Virginem appellat *animatum palatium Regi Angelorum, rationalem paradisum.* Longè verò melius Gregorius Thaumaturgus dicit: *Ave animatum Dei templum, ave cæli & terre æquivalens Dei domicilium;* quasi dicerent, thronum illum, in quo Filius Dei residet, qui ipsissima ejus Mater est, ut diximus, tanti æstimo, adeoque reverendum esse arbitror, ut eundem ipsimet Verbo æterno, sive ipsimet supremæ & infinitæ majestati æquivalere censent. S. Bonaventura verba illa Psalmi ponderans: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ;* quibus sanctissima Trinitas Verbum æternum, ut ad excipiendam hodie Matrem suam, eique obsequendum in terras descendat, excitare nittitur, asserit sibi videri tres divinas sacratissimæ Triadis personas illis verbis non obscure insinuare, quod ipsam ad habendam suam in ea requiem elegerint; hoc enim

sensu interpretanda videntur verba illa, quæ Seraphicus Doctor in ejuꝰ laudem conscripsit, dum ab eodem appellatur *totius Trinitatis requies.*

Quod si illa in Apocalypsi expressa S. Joannis visio unquam adimpleta fuit, ad cenẽ hodiernã die accidisse dicendum est: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Ac proinde hanc adeo nobilem & admirabilem visionem ad hodiernã festivitatis gloriã non nihil examinemus: *Luna sub pedibus ejus.* Gentiles, qui olim stellas adorabant, solem Regis, lunam verò Reginæ titulo appellabant. Unde Deus in Jeremia de illis idololatris graviter lamentabatur dicens: *Colligunt ligna ut faciant placentiam Regina cæli.* Et hoc quidem erat excacata illius, & in paganismi tenebris ambuꝰantis gentis mendacium: filius autem Mariæ hodie ad majorem Matris suæ gloriã, hunc planetam, qui olim velut divinum quoddam numen & tanquam Regina adorabatur, huic cælorum Imperatrici calcei loco servare voluit, sive, quod ferè idem est, lunam idololatricæ symbolum à Virgine conculcandam esse disposuit, ut potè per cujus intercessionem omnis impij & sacrilegi cultus abolendus erat *Cunctas hæreses* (ita de ea canit sancta Ecclesia) *sola interemisti in universo mundo.* Vel etiam dici potest, quod cum luna omnium mundi potentatum denotet dominium, filius ejus, hocce magnæ hujus Reginæ subditos & inferiores esse, innuere voluerit. Unde S. Bernardinus ait: *Monarchiam totius promeruit & obtinuit universi.* Prophetata Regis excellentiam & dignitatem, ad quam supremus plasmator Deus animarum hoc hominis lutem evexit, considerans, oblituit dicens: *Minusisti eum paulo minus ab Angelis; omnia subiecisti sub pedibus ejus.* Similiter B. Laurentius Justinianus ad hominem conversus ait: *Omnia quæ sub cælo sunt, prætulit te.* At verò qui hodiernã die in beatissimam Virginem assumptam oculos suos defigit, illamque non solum sub pedibus suis lunam, id est, terræ & quicquid in terrâ pulchrum & bonum est, verum etiam cæli & quicquid in eo excellentiam habet, principatum & dominium habere considerat (ipsa namque hodie in cæli terræque Reginam coronari meruit) jure dicere poterit: *Omnia quæ in cælo sunt, prætulit te.* Guerricus Abbas

Serm. 2. de Assumpt.

Orat. in dormit. Virg.

De laud. Virg. Ser. 2. de Anna.

In spec.

Isrem. 7. 18

Eer. 4. pa. totius promeruit & obtinuit universi. Prophe. Scha. art. 1. cap. 6.

De vita solit. c. 6.

Abbas ait: *In bonis filii tui fiducialiter age, tanquam Regina, mater Regis, & sponsa; requiem quarebas, sed amplioris gloria est quod tibi debetur regnum & potestas; in diudividuum habere tecum cupit Imperium.* Non dicit quod Imperium illud habeat, sed quod illud habere desideret. Enimvero advertendum est, quod licet sanctus Petrus Damianus super illa verba: *Pulchra ut luna*, dixerit: *Sicut nullum est astrum excepto sole adeo pulchrum ut luna, sic summa gloria est post Deum videre Virginem*; nihilominus ex Scriptura quoque de beata Virgine habetur, quod quandam cum sole æqualitatem habeat; dicitur enim *electa ut sol*, atque ideo sole quoque amicta fuit: *Amicta sole, id est, Christo*, ut ait Salmeron. Nec multum abinde si Petrus Damianus circa illa verba: *Electa ut sol*, abcedit; dicit enim: *Hanc attende similitudinem, quia nulla in rebus mundi potest esse sublimior, nihil enim habuit Spiritus in visibilibus creaturis excellentius, cui excellentiam Virginis compararet.* Imo Virgo hoc quoque planetam incomparabiliter superior extitit; non solum quia illum quaquaversum circumdedit, & velut quoddam vestis paludamentum illum obtegit, verum etiam quia Mater est ejus qui dicit: *Ego sum lux mundi*; propter quam matris relationem superior est filio; *Ex te enim ortus est sol iustitia Christus Deus noster*, ista de die resurrectionis universalis tractans ait: *Erit lux luna sicut lux Solis*; ita quoque in proposito nostro dicere posuimus, B. Virginem pari cum sole æternæ gloria claruisse.

3. *In capite ejus corona stellarum duodecim.* Beata Virgo solemniter appellatur *Regina Apostolorum*, qui veluti totidem stellæ erant, quæ illam hinc in terris etiamnum viventem in hac præcipue nocte quovis clarissimo die luminosiore, in qua ex hac vita migravit, adornabant, quibus proinde dicere potuit: *Vos estis gaudium meum & corona mea*, Salmeron ait: *Corona stellarum duodecim, id est, dignitates & prerogative duodecim Apostolorum, quorum ipsa mater & magistra extitit post Christum* Sanctus Bernardinus autem ipsam in cælo in signum domini coronatam esse dicit his verbis: *Posuit diadema regni super caput ejus, & voluit eam esse Reginam.* Deinde voco totam Hæstæris historiam eidem beatissimæ Virgini applicat: *Istud*

est diadema speciei, & corona gloria, qua Virgo super Angelos coronatur; ac demum quam opulenta & præstans hæc corona fuerit, demonstrat: Ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit erecta, ac plus beatissima Trinitatis diligat gloriam, capiat, sentiat, fruatur, quam omnis alia creatura simul sumpta. Ad hæc si nobis de infinitis Mariæ meritis tractare esset animus, quæ veluti pretiosi diadematis sui lapides & gemmæ erant, jam textum illum ponderare possemus: *Emissiones tuæ paradisi fructus*, Enimvero quin opera ejus in transcendenti perfectione & charitate facta beatitudinem commoverint, nullam in se habet difficultatem; at vero quid mysterii in eo latet, quod opera ejus non solum sint paradisi fructus, sed etiam sint ipsissimus paradisi malorum, eorumque punitorum seu granatorum Pro hujus mysterii elucidatione memorandum, quod mala granata inter alios in eo privilegiata existant, quod scilicet coronam in vertice suo gestent, unde fructum hunc aliorum fructuum Regem esse pater, qui sceptrum & dominium super alios fructus teneat. Per hanc igitur similitudinem Spiritus sanctus nobis insinuare voluit, quod omnes hujus paradisi animati Virginis fructus, omnes cogitationes, omnes affectus, omnia verba, omne suspirium, & singuli gressus quandam beatitudinis & immensæ gloriæ coronam meruerint; & hoc fortè est mysterium cur non semel, sed sæpius ad coronam invitetur, *veni, veni, veni*; ad denotandum, ipsam non unam tantum, sed innumerabiles coronas jure sibi promeruisse.

4. *Erat autem corona hæc corona stellarum;* ubi dicat aliquis, qua ratione S. Joannes hæc stellæ veluti totidem lapides pretiosos in diademate hujus Reginæ videre pro eo tempore poterat, quo sole vestita erat, cum tamen quotidiana experientia demonstrat, quod dum excessiva lux Solis comparet, omnes stellæ claritatem suam adeo amittant, ut nequam cognosci possint? Ad hoc quidem responderi potest, quod quando sol eclipseos deliquium patitur, tunc stellæ in nonnullis terræ regionibus in meridie videantur, adeo ut firmamentum a quæ stellatum appareat, ac si mera nox esset. Unde dicere possumus, quod eo tempore, quo Deus S. Joannem hac visione dignabatur, æternus iustitiæ sol eclipatus, id est, nostra mortali humanitate contractus fuerit. *tm.*

de Hugo

Ser. 2. de
nas. Virg.

Tom. II.
tract. 37.

Serm. de
Assumpt.

If. 30. 26.

Phil. 4. 1.

Tom. I. ser.
1 c. 3.

Can. 4.
13.

de Hugo Cardinalis ait: *Ipsa est* (de Virgine loquitur) *in Annuntiatione eclipsans solem iustitiae*. Nihilominus probabilior est sequens responsio, scilicet quod cum nos supra dixerimus gloriam Matris pari passu cum filii gloria procedere, dicere consequenter oporteat hanc diadematis sui stellas pari splendore cum sole scintillasse. In supremi Regis gloriæ, Christi videlicet, folio, tamen ille verus sol sit, stellæ tamen etiam clarè videntur; de illo namque dicitur *stellato sedet folio*, cur igitur non pariter de stellis, quæ in corona virginis videntur, dicemus, verum solem stellis istis lucem auxisse potius quàm diminuisse; siquidem magnæ Matris suæ exaltatio ad Christi majorem gloriam redundabat. Quidnam Mariæ devotus interpres circa duodecim Mariani diadematis stellas ita discurret, dicendo quod veluti duodecim lapides pretiosi valoris inestimabilis fuerint. Et quidem prima stella est

visio sanctissimæ Trinitatis; undè ipsa à sanctis Patribus *complementum Trinitatis* appellatur. Secunda, est amor intensissimus, qui ab hac visione beatifica procedebat. Tertia, gaudium & lætitia, quam filium suum per omnem æternitatem brachiis suis stringendo percipit. Quarta, est omnium creaturarum in Verbo filio suo cognitio, qua videt id quod ab omnibus aliis animabus & spiritibus beatis simul videtur. Quinta, est corporis sui claritas incomprehensibilis. Sexta, est ejusdem impassibilitas. Septima, agilitas. Octava, sublimitas, Nona, exaltatio super omnes creaturas. Decima, Reginæ & Imperatricis cœlorum sublimis dignitas. Undecima, dignitas Matris Dei. Duodecima, aureola virginitatis cum maternitate conjuncta, quæ illam puriorem effecit, magisque im-

maculatam.

Barra.



Ex profundissima B. Virginis humilitate in exaltationis ejusdem cognitionem deveniri posse, ostenditur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum. Ad Ephes. c. 4.

SANCTUS Paulus Apostolus indagare volens, in quantam usque altitudinem Christus in sua ad caelos Ascensione erectus fuerit, oculos suos prius ad ejus humiliationem & abjectionem demisit, quasi dicere voluisset, quamnam alia esse potest ratio, quod Christus ad tantam sublimitatem ascendit, nisi quia prius ad tantam se dimisit humilitatem? *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum?* quousque vero descendit? usque in abyssum in inferiores partes terra; quid igitur mirum si super omnes caelos ascendat. Hodie in Antiphona ad Magnificat cecinimus: Hodie Maria Virgo caelos ascendit; num verò scire volumus, quam altè super omnes Angelorum Hierarchias evolarit, & quantum thronum suum exaltaverit? ponderanda igitur prius est profundissima ejus humilitas. *Qua descendit, ipsa est, & qua ascendit super omnes caelos.* Thaleti, qui è septem sapientibus unus erat, olim impositum fuit, ut altissimæ cuiusdam turris metiretur altitudinem, quod cum ei prima facie ob excessivam turris illius sublimitatem nimis videretur difficile, tandem hanc inventionem excogitavit; siquidem baculo quodam turris illius mensus est umbram & hoc faciendo quam alta turris illa esset, facile cognoscere potuit, non quidem quasi umbra, & multo minus baculus eminenti huic altitudini proportionaretur, sed propter Analogias & proportiones, quæ sunt inter umbram & virgam. Porro Beatissimam Virginem Turrim appellari, certo nobis ex illo epitheto constat, quo illam sancta mater Ecclesia in Litanis honorat: *Turris Davidica, Collum*

tuum sicut turris David, & hæc quidem turris omnes quotquot tuos in eam oculos defigunt, reddit attonitos; unde ubi nostra vulgata legit: Mille clypei pendunt ex ea, Hebræus legit ad suspendendum ora in ea. Quis autem brevissimi intellectus sui mensuram inaccessibilem illam altitudinem assequi poterit? *Excellentior celo, & quid facies? Sanctus Bonaventura ait: Quis immensitatem Mariae potest mensurare? caelum est Maria, terra est Maria, abyssus est Maria; quis hujus caeli altitudinem, quis hujus terra latitudinem, quis hujus abyssi profunditatem? quibusnam ingenii etiam sublimissimi alis, quis unquam supra omnes caelos, supra omnes Hierarchias cælestes evolare poterit, ut magnum illum thronum, ad quem Deipara hodie erecta fuit, intueatur? nulla utique mensura adinveniri poterit, quæ hujusce altitudinis mensuram majori cum securitate nobis indicet, quam profundissimæ humilitatis ipsius umbra: Qui se humiliat, exaltabitur, consequens ergo est, quod qua proportionem quis descendit, eadem quoque magis evehatur & consurgat in altum; negari autem nequaquam potest, quin beata Virgo præ cunctis aliis infra omnes alias creaturas sese demiserit & humiliaverit, imò quin id magis fecerit, quam omnes aliæ creaturæ simul, ideoque super naturam non solum humanam, sed etiam Angelicam exaltata fuit, in talem & tantam usque sublimitatem, ut sanctus Ildephonsus scribat: *Qui scrutari non possumus, salsem thesauros ejus humilitatis perscrutemur.* E quo loquendi modo deducitur, quod gloria ejus humano intellectui imperceptibilis existat, neque tamen ob id nobis desistendum est, quo minus humilitatem*

In spec. 5

Serm. 3. de Assumpt.

tem ejus admiremur. Nescio, an aliquando ob-
servaveritis, quod omnes illi quotquot in hac
virtute benè fuere fundati, ad altissimos semper
gloriæ gradus ascenderint. S. Michael per hu-
millimum quem de seipso habebat animi sensum
factum repressit Luciferi, unde Deus ipsum emi-
nentissimo super univèrsos Angelorum exerci-
tus principatu honoravit. S. Patriarcha Abra-
ham, qui Deo dicebat: *Loquar ad Dominum*

Gen. 15. 1.

meum, cum simpulvis & cinis, in hac quoque
præsenti vita ingens æternæ illius retributionis
pignus accepit. *Ego ero merces tua*, sed non suf-
ficit hoc Deo, ideo subjunxit, *merces magna*;
nec ibi substituit, sed addidit *magna nimis*. Vo-
luitque ut magnum illud animarum ad beatitu-
dinem electarum depositum priusquam cælum
referretur Empyreum in Lybbo, qui sinus
Abrahæ denominatur, depositarentur. De S. Jo-
anne Baptista, qui ait: *Non sum dignus, ut sol-
vam ejus corrigiam calceamenti*, hoc habemus
æternæ veritatis testimonium: *Inter natos mu-
lierum non surrexit major; à diebus Ioannis*
Baptista Regnum cælorum vim patitur. Sancto
Petro qui dixit: *Exi à me Domine quia homo*
peccator sum; consignatæ fuerunt claves
Regni cælorum; quis autem est, qui nesciat
beatam Virginem super hos & omnes alios
sanctos, in omni virtutum genere excelluisse,
& specialiter quidem in humilitatis vir-
tute adeo eidem propria? S. Bernardinus ait: *Sic-
cut nulla post filium Dei creatura tantam ascen-
dit in gratia dignitatem sic nec tantum descen-
dit in abyssum humilitatis profunda*. Expe-
rientia docet, aquam elementum quoddam
esse, quod tendit deorsum, infimumque sem-
per locum eligit & amat, ideoque symbolum
est humilitatis; clarum siquidem est, quod
quantò profundius aqua descendit, tanto
quoque altius ascendat, postquam in aquæ-
ductibus retringitur & coercetur. Quidnam
verò per hanc similitudinem inferre inten-
do? nimirum quod si scire volumus, quan-
tum Maria ascenderit, intelligendum nobis
prius sit, quantum se demiserit & humili-
averit. Unde S. Augustinus ait: *Confluit aqua*
ad humilitatem con vallis. Similiter expoit
quidam modernus in cap. 8. Canticorum,
dicit: *Quanto vallis est profundior, tanto est*
capacior, & aqua copiosior, qua ergo plusquam
omnes se demisit, plusquam omnes delitiis afflu-
xit.

Tom. 1. ser.
51. art. 2.
cap. 30.

Ser. 27. de
ver. Dom.

Ludovi. à
Ponte in c.
3. §. 5.

2. *Ascendit quia & descendit*. Quod si ocu-
los nostros sursum ad amplissimas cælorum
sphas erigentes, de iisdem per Astronomiæ
præcepta discutamus, inveniemus utique uni-
cam tantum firmamenti stellam centies & sexagi-
es univèrsa terræ majorem esse. *Numeras stellas*,
si potes; deinde vero oculos in solis omniumque
Planetarum vastitatem conjicite, & invenietis,
quod hæc astra per influentias & motus suos
optimè regulatos continuo volvuntur & revol-
vantur ob hunc solum finem, ut terræ benefaci-
ant, in illiusque commodum & utilitatem de-
serviant, cum tamen hæc in univèrsa hac ma-
gna mundi machina sit instar puncti, & velut ato-
mus quidam, omniumque elementorum infima.
Unde hæc certo quodam modo gloriari po-
test, se in suum obsequium habere omnes
cælos. Ecce igitur quam sit verum, quod
Deipara tunc cum se in profundissimum hu-
militatis suæ abyssum demisit, ancillam se
appellando: *Ecce ancilla Domini* ad altissi-
mam matris Dei dignitatem electa fuerit,
tunc quoque omnes cælos obsequiosos ex-
perta est & reverentes, tunc etiam viscerum
ipsius hospitium Deus ille ingressus est, quem
cæli capere non possunt; tunc denique colla-
tum est ei cæli terræque imperium. Sanctus Il-
dephonlus in serm. de hoc festo, qui est secun-
dus in ordine, verba illa: *Quia respexit humi-
litem ancilla sua, ecce enim ex hoc beatam me*
dicent omnes generationes, considerans ait: *Vir-
go solum sibi vendicat humilitatem ancilla,*
qua mater Salvatoris ab Angelo veneratur,
nec tamen eandem humilitatem à se aliquid esse
*dixit, sed quia altissimus eam respexit, & ac-
ceptam sibi fecit, ideo exaltata fuit, inquit San-
ctus: Ideo beatam me dicent omnes genera-
tiones, de quo hodie totus testis est mundus*. San-
ctus Bernardus quoque Assumptionem huic
eidem virtuti adscribit, dum ita ait: *Nunquam*
super omnes Angelos glorificata ascendisses, nisi
*prius infra omnes homines humiliata descen-
disses*. Olim à nonneme hoc motum est du-
bium, quid vel quale illud esset, quod unum
idemque existens uno eodemque tempore
omnium esset maximum & omnium mini-
mum? aliqui Solem esse dicebant, qui aspe-
ctui nostro adeo parvus esse videtur, cum ta-
men centies & sexages magnitudine sua
univèrsam terræ molem excedat: Alii dice-
bant esse stellam, quæ parvula quædam ignis
scia-

Deprecat.
ad Virg.

scintilla esse videtur, & tamen longè vastior est Sole. Non defuerunt qui existimarent illud esse oculi alicujus pupillam, hæc enim simul est, quid maximum & quid minimum; cum enim vel punctum quoddam indivisibile existat, ad multa tamen miliaria imo ad miliones miliarium conspiciendos, & usque ad cælum stellatum extenditur. Alii vero responderunt objectum istud esse intellectum humanum, hic namque adeo est tenuis & parvus, ut videri non possit, purusque est spiritus, & tamen non solum ad universum hunc mundum visibilem, sed etiam ad invisibilem extenditur, imo ad mille nos alios mundos, si tot divina omnipotentia creare veller; at vero cur id non potius de anima dici posset, quæ ultra intellectum duas quoque alias potentias in se complectitur; & est tota in toto, & tota in qualibet parte; at verò si ego hodie rogarem, ut meam hac de re sententiam edicerem, resolutissime responderem, minimum & infimum quod unquam in rebus creatis fuit, & simul maximum esse Mariæ humilitatem. Unde ubi nostra vulgata legit, *respexit humilitatem meam*, alii legunt *nihilitatem meam*; hæc enim maximum quid fuit, quod unquam cælum vel terra vidit, quia *fecit potentiam in brachio suo*, hæc Deum illum in se recludit, qui de immensitate sua dicit: *Cælum & terram ego impleo*. Unde S. Bernardus scribit, quod *Humilitate concepit*; hæc autem ejus nihilitas ad maternitatem Dei evecta est, quod est maximum, quod post Deum quis sibi imaginari potest. Porro nescio, an exaggeratio quædam an vero veritas sit, quod S. Bernardus scribit, tractans de Rege Salomone quando ad matrem suam debito honore & veneratione afficiendam de throno descendit, seque coram illa ad terram usque inclinavit, ac demum ipsam ad dexteram throni sui federe jussit, ostendensque qualiter in hoc honores illi & obsequia præfigurata fuerint, quæ Dei filius Mariæ matri suæ erat exhibiturus: dicit quod coram illa se inclinavit *reverentiâ filiali*; & tamen hic ejus

filii eidem ille sit, ad cujus nomen pronuntiatum omne genu flexitur cælestium, terrestrium & inferorum, attamen præfatus sanctus velut ex ore Christi loquens dicit: *Volo eam merito adorare, quia adorandam efficit meritum humilitatis*. Quis alium hlyum Dei in terram protraxit, præterquam humilitas matris suæ? audite qualiter id ipsum S. Antoninus per sequentia verba declarat: *Dum esset Rex in acubitu suo Nardus mea dedit odorem suavitatis; id est in requie sua quasi dormire videretur, & non curare de salute humana, omnes enim ad inferos descendebant; nardus mea dedit odorem suum. Nardus herba parva est, & significat beatam Virginem humilem, quæ maximè dedit odorem suæ humilitatis, quando dixit: Ecce ancilla Domini, qui odor usque ad cælum ascendit, & in cælo accumbentem quasi evigilare fecit, & in utero suo requiescere, hæc quoque fuit parvulæ illius virgulæ fragrantia, quæ ascendit de deserto ex aromatibus, siquidem eadem illa humilitas hodie filium ejus in terram protraxit, ut eam in hoc Assumptionis suæ triumpho exciperet, & venerabundo obsequio eidem occurreret. Sanctus Idephonus ait: *Ideo Christus humilis ad humilem virginem venit, ut de tam profunda humilitate triumphum erigeret salutis, & exaltaret eam, ut cantavimus etiam super choros Angelorum*. Sanctus Lucas qui multos beatissimæ Virginis Imagines depinxit in cap. 1. Actuum Apostolicorum, Apostolos enumerat, multarumque sanctarum mulierum mentionem facit, quæ ibidem in cænaculo Sionitico congregatæ erant; Matrem vero Dei ultimo loco recenset, id quod S. Bernardus notans dixit: *Merito super Angelos exaltata est, quæ & infra viduas & penitentes, infra illam etiam de qua scriptum Damonia ejecta fuerant, infabilis sese mansuetudine inclinabat.**

Ser. 4. de Assumpt.

P. 4. tit. 15 cap. 21.

Ser. 3. de Assumpt.

Ser. 3. de Assumpt.

Ideo beata Virgo sibi in tam eminenti gradu gloriam acquisivit,
quia virtutes suas in gradu heroico semper exercuit.

DISCURSVS OCTAVVS.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrha & thuris, & universi pulveris pigmentarii? Cant. c. 3. v. 6.

1. **A**sumptio magnæ matris Dei in cœlum non solum ab eminentissima matris Dei dignitate, & à cœlestibus donorum gratiarumque thesauris, quibus libertatissimâ manu locupletata fuit, verum etiam & præcipuè quidem à meritis, quæ ipsa per amoris, charitatis, omniumque aliarum virtutum intensissimos actus sibi comparavit, suam est sortita excellentiam & dignitatem, & ideo sancta mater Ecclesia de ea canit: *Quæ est ista, quæ ascendit, sed quod modo? Per desertum sicut virgula fumi, &c.* Et hæc quoque causa est, cur hodie illud in Ecclesia legatur Evangelium, in quo duarum sororum Marthæ & Magdalenz fit mentio, quarum una activæ, alia vero contemplativæ vitæ dedita fuit, ut hinc intelligamus, quod cum ipsa in utraque vita optimè exercitata fuerit, ad dexteram filii sui meruerit exaltari, adeo, quod in cœlo Empyreo optimam partem elegit.

2. *Quæ est ista, quæ ascendit.* De beatissima Virgine scribitur, quod cum à parentibus suis etiamnum trimula existens, in templo veluti Divino cultui & ministerio sacro in perpetuum dedicata, præsentaretur; ipsa cum omnium astantium ingenti stupore in hac infantili ætate quindecim templi gradus expedit & properanter ascenderit, è quo velut è prognostico fati cognosci poterat, ipsam, ubi ad maturiores pertingere annos daretur, omnium virtutum semitam in gradu valde perfecto magnis passibus decursuram esse, ac proinde S. Ambrosius scribit: *Incessu, affe-*

ctus, ita fuit venerabilis, ut non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret, adeoque in omni gressu quem faciebat, pietatis & perfectionis vestigia post se impressa relinquebat; ac proinde luna, quæ in signum sanctitatis sanctorum capitibus circumponitur, beatissimæ Virginis sacratis pedibus substernitur.

3. *Ascendit per desertum.* Beata Virgini in cœlos ascensus à solitudine coepit, quia solitarios semper amavit recessus, & quando ei licebat, ab omnium oculis se abscondebat. Unde sanctus Ambrosius virginibus puritatem suam illam conservare satagentibus, De paræ exemplum incitandum proposuit, dicens: *Discite virgines non circumcursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones, nullus visus est unquam solitarius recessus seriosior, nullus modestior, quam solitudo ipsius, adeo ut etiam ad Angelorum apparitionem turbata fuerit.*

4. *Ascendit sicut virgula fumi.* In hoc diminutivo virgulæ nomine profundissima ejus humilitas exprimitur, sicut in fumo, qui ignis effectus est, ardentissima ejus charitas; sicut enim ad hoc ut quis incensi aliorumque similitum aromatum fragrantiam perlentiscat, ea incendere oportet, eodem quoque modo flamma in ejus corde ardentis amoris, omnibus aliis virtutibus ipsius suavissimam odoris fragrantiam adjecit: *ex aromatibus myrrha & thuris* hæc odorum suavitas ascendit. Porro per myrrham actus mortificationis & patientiæ intelliguntur, libens enim compassionem tenerimam, qua erga filii passionem affligebatur juxta illud: *Tuam ipsius animam doloris*

Lib. 2. in
Luc.

Lib. 2. de
Virg.

Lib. 2.
cap. 61.

doloris gladius pertransibit, hoc loco dissimulo: Beatissima Virgo sanctæ Birgitta unum ex mysteriis, ob quæ Filius ejus ipsam post suam in caelos ascensionem aliquanto tempore post se in terris reliquit, hæc verba dignata fuit revelare: *Hoc voluit DEVS ut visa patientia mea & moribus meis plures anima converterentur ad eum. Apostoli Dei & alii electi roborarentur; omni tempore quo post ascensionem filij mei vixi, visitavit loca, in quibus ipse passus est, sic quoque passio sua in corde meo fixa erat, quod si e comedebam, siue laborabam, quasi recens erat in memoria mea.* Uno verbo quoad passiones ejus dicere sufficiat, quod non sine causa glorioso hoc epitheto honoretur, Regina Martyrum, utpote cujus passiones acerbiores fuerunt, quam omnia tormenta Martyrum simul juncta; neque solum odor ille ex aromatibus myrrha oriri dicitur, sed etiam thuris; per incensum enim oratio & stricta cum Deo unio intelligitur, cumque hæc definiatur, quod sit *elevatio mentis in Deum*, ipsa non mentem duntaxat, sed etiam corpus suum cum Deo unitum habebat, siquidem postquam sacrosanctam ejus humanitatem illi communicaverat, ab eo se divelli nunquam patiebatur: *Inmixta super dilectum suum.*

Ser. 4. de
Assumpt.

s. Et universi pulveris pigmentarii, S. Bernardus ait: *Quidni delicias dixerim virginitatis decus cum munere fecunditatis? Ecce tibi odoriferam horum aromatum fragrantiam, humilitatis insigne, distillantem charitatis favum, misericordiam viscera, plenitudinem gratia, & prerogativam gloria singularis.* Observanda quoque est alia quedam revelatio, quam beata Virgo sanctæ Elisabethæ communicavit, quam Bonaventura hisce fere verbis refert: *Nullam gratiam vel virtutem habui à Deo sine magno labore, sine continua oratione, & ardenti desiderio, profunda devotione, multis lacrymis, & multa afflictione dicendo & cogitando semper placita illi, sicut sciebam & poteram, excepta sanctificationis gratia, quæ sanctificata fui in utero matris.* Et qua revelatio ne tale ad propositum nostrum formare possimus argumentum; Quod si Mater Dei, ut sibi in caelum aditus pateat, innumerabiles & inestimabiles secum defert thesauros virtutum sanctorumque operum, qualis igitur hominis è luto formati & terræ vermiculi

In medita.
vita Christi
cap. 3.

præsumptio, si sine virtuosorum operum meritis, profundum quendam dormiendo lethargum, propriamque salutem negligendo ad eandem beatitudinem se perventurum esse confidat: *Præcessit Regina nostra, præcessit* (sunt verba S. Bernardi) *& tam gloriose suscepta est, ut fiducialiter sequantur Dominam servuli clamantes, trabe nos post te, in odorem unguentorum tuorum curremus.* Verùm enim verò quâ ratione nos post ipsam venturos esse sperare volumus, quando non sequimur semitas & vestigia ejus? Illa quæ est porta Paradisi & mater Dei meritis & heroicis virtutibus suis mediantribus sibi comparavit cælum, & nos illud nobis acquiriuros esse confidemus, dum otiosi & pigri sumus? Variis in factis in sacra Scriptura commemoratis Assumptionem beatissimæ Virginis præfiguratam fuisse invenio, & quidem specialissimè, ut vidimus, in ingressu Regiæ Saba in urbem Jerusalem ad videndum Regem Salomonem, qui eandem quoque tanta cum magnificentia excepit; Inter cætera verò de Regina illa dicitur: *Non sunt allata ultra tam multa aromata; omnia autem in figura contingebant;* Per hoc namque denotabatur, quod cælorum Regina in supernam Jerusalem, vero Salomone filio ejus ei occurrente ingressa tantos secum aromatum thesauros attulerit, ut similes nunquam in cælum allati fuerint, id est, tot virtutum ab ea quoad vixit exercitarum meritis cumulata cælos adiverit, ut non solum nunquam eò ingressura sit anima aliqua beata adeo opulenta, verum etiam ut ne quidem omnes animæ beatæ simul junctæ tanta sibi comparaturi sint merita, quanta ipsa sola sibi acquisivit; nam ut ipsa ait: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.* Quidnam obsecro per vestitum illum Deus iuvare voluit, de quo in Psalmo scribitur: *In vestitu deaurato, circumdata varietate?* Audite sanctum Petrum Damianum, qui verba illa ita exponit, *distinctionem multiplicatione sumptuum.* Num fortè aliquando invitationem illam observatis, quæ ei in hoc triumphali die, in quo in Paradisi Imperatricem coronata fuit, obtigit? *Veni de Libano sponsa mea, Cant 4.8. veni de Libano, veni coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir, & Hermon;* Ecce quales sint gemmæ quæ ejus diadema distinguentes exornant: ecce inestimabilis pretii lapides, neque enim solum ipsam co-

Ser. 1. de
Assumpt.

Ser. de Ass.
sumpt.

Honor.

ronandam esse dicit, verum etiam quales in ejus regio diademate gemmæ futuræ sint, exprimit: *Veni de Libano castitatis candore ad cæli gaudia* (ita quidam interpres explicat) *veni de Libano scilicet candore vitæ nimio exaltanda in supernorum civium triclinio; cornaberis de monte Amanæ, hoc est, recipies coronam de triumpho, quam promeruisti de Diabolo, qui est mons Amanæ, adeoque sacratissima Virgo prius vicit & pugnavit, prius coronam sibi comparavit, & inimicos subegit, quæ triumpharet, Magnificus ille thronus Salomonis habitus semper est tanquam celebratissima Mariæ figura. Veni electa mea,* inquit verus Salomon, *& ponam te in thronum meum.* De hoc throno ob eam quam præfigurabat, meritò dictum fuit: *Non est factum tale opus in universis regnis.* Unde & sanctus Bonaventura ait: *Vas admirabile opus excelsi, verè opus mirabile, quia nunquam invenitur simile, nec factum est tale opus in universis regnis.* Quodnam verò in eo latet mysterium, quod thronus ille à duabus manibus sustentatus fuerit? Per hoc nobis innuitur, quod manus, id est, opera ejus ipsam eousque evexerunt, ut thronus Dei fieret. Sanctus Petrus Damianus ait: *Dux manus activam & contemplativam vitam significant.* Enimverò quis est, qui dubitat, qui per mulierem illam fortem à Sapiente quondam delineatam Maria intelligatur? De hac autem ita scribitur: *Dare ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.* Ex quo colligitur, quod illam non solum dona, & gratiæ, ac specialissima ei exhibitæ privilegia ad tantam evexerint gloriam, sed potius virtutes, labores, passiones, omnesque alii actus heroici in supremo gradu Christianæ perfectionis. Quod etiam S. Ildephonus docere voluit, si ejus loquendi modus bene observetur, dicit enim in serm. de hoc festo: *Sicut est incomparabile quod gessit* (ubi bene notandum, quod prius opera ponat) *& ineffabile quod præcepit, ita est incomprehensibile gloria præmium quod meruit.* Meministi utique, quid acciderit quando Arca Dei, quam Israelitæ à Philistæorum potestate recuperaverant, in Bethames, quod idem est quod Civitas Solis delata fuit. Hæc autem arca symbolum erat illius quam Ecclesia hoc titulo: *Fæderis arca* venerat, fuit liberata feu recuperata à sepulchro communi omnium nostrum sup-

plicio, quia in anima & corpore gloriosa resurrexit, & in Civitatem Solis transportata fuit. Porro circa hoc institui potest in ejus honore curiosa quædam & devota observatio, scilicet quod eo præci uè tempore assumpta fuerit, quo Sol est in Virgine ad aspectum Leonis & Libræ. Scitisne causam, ob quam ita factum sit? Existimoid à Deo sic ordinatum fuisse, ad denotandum ipsam non solum exaltatam & glorificatam fuisse, quia Mater fuit Christi Leonis de tribu Juda, verum etiam quia ponderata sunt immensa & infinita perfectissimorum suorum operum merita, dque non pondere communi, sed pondere sanctuarii. *Fuisti diversorum peregrinationis,* inquit Guericus, *erit palatium regnantis solium triumphantis.*

Ser. 1. de Assumpt.

6. Qualem putatis à Salvatore institutum esse examen, quando in novissimo iudicii die ad operum suorum præmium vocaturus est electos? *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum,* sed quo titulo illud possidebunt? quo merito? *Esurivi & dedistis mihi manducare, hospes eram, & collegistis me, &c.* Quis autem idipsum Mariam perfectius ad literam adimplevit, quæ ipsum lacte suo aluit, pane sudoribus suis, ut ita dicam, pito nutrit, hospitium quoque illi dedit non solum per novem menses in utero suo, verum etiam deinceps longo satis tempore in pauperulo suo Nazarethano tugurio. Sanctus Bernardinus ipsam erga dilectum filium suum omnia septem opera misericordiæ exercuisse optimè declarat, dum ait: *Alii pauperem lana pecorina vestiunt; ipsa verò induit suum divitem filium de purissimis sanguinibus & de corpore suo.* Alii pane quotidiano & usuali satiant pauperem, ipsa verò filium suum lacte nutrit. Alii pauperem in faum sulcipiunt tugurium, ipsa verò eum suscipit intra uterum suum virgineum, cui in terris peregrinanti facta est hospitium. Alii ex amore DEI infirmos visitant, eisque infervunt, sed Maria ipsi Iesu Deo in pauperulo corpore infirmato officiosissimè ministravit. Alii summa cum compassione in carceribus vincios visitant, sepeliuntque vita defunctos; Maria vero Iesu pro nobis capto, ac dura carceratione ligno Crucis affixo, & vulneribus dilaniato, compassa est, & mortuum sepultura addici curavit. Cum igitur ipsa hæc misericordiæ operibus adeo gnæviter erga filium suum

Ser. 51. t. 2.

3. Reg. 10.

In Opusc. Vir. c. 7.

Ser. 1. de nat. Maria.

Prov. c. ult.

Ser. 2. de Assumpt.

suum impendendis dedita fuerit, quis dubitat, quin sicut alius propter hæc merita dicitur: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*, ita quoque ipsa ob eadem misericordiae opera ipsimet Jesu filio suo impensa immenso quodam præmio donata fuerit; utique

magnificentissimus ei thronus præparatus fuerit, quæ benedicta est in mulieribus, & benedictus fructus ventris sui, quæque beati illius regni non porta tantum, sed & augustissima Imperatrix esse meruit.

Tamet si beatissima Virgo in cælos assumpta fuerit, ob id tamen nobis hic in terra constitutis majoribus auxiliis succurrere non desinit.

DISCURSUS NONVS.

Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet. Lucæ cap. 10

Ser. I. de
Purificat.

SANCTUS Doctor Angelicus illum solum ab obligatione laudum beatæ Virginis dicendarum immunem esse pronuntiat, qui nulla ab ipsa beneficia aut gratias accepisse meminit; at verò quænam uspiam anima creata inveniri poterit, quæ hoc penes ipsam laudum dicendarum non contraxit? Ille taceat tuas laudes Virgo, qui te in suis necessitatibus invocatam desuisse senserit. Sancta Ecclesia Christi dilectissima sponsa, quæ sanctissimam Virginem quoad usque hic in terris nobiscum vixit, in gradu sororis temper agnovit, dum illam hodie non jam amplius ad pedes, sed ad dexteram Christi confidentem videt, ex alia verò parte se viduam, orphanam, & ministerio, quod divino sponso suo exhibet, solam relictam esse cognoscit, ad Christum conversa sanctæ de hoc quodammodo conqueri & lamentari videtur, dicendo: *Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet.* Verum enim verò hoc Ecclesia in Assumptione Mariæ, seu in ejus ex hac lachrymarum valle discessu solatium habet, quod efficaci suo patrocinio magis quam alias unquam nobis è cælo assistat, cujus in quadam oratione Missæ, seu secreta clarum habemus testimonium, quia

ita ibi dicitur: *Quam etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cælesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus;* Andreas Cretenfis Episcopus Hierosolymitanus ait: *Placita Dominum pro communi sigmento, nam quamdiu quidem versabaris in terris, te habuit parva terra portio; ex quo autem translata es è terra, te universus mundus continet commune propitiatorium.* De ascendente ejus filio scribitur: *Ascendens in altum dedit dona hominibus, eodem quoque modo, inquit sanctus Bernardus: Ascendens in altum Virgo beata, dabit ipsa quoque dona hominibus;* Dispensat enim mortalibus è cælo cælestis ararii inestimabiles thesauros, super quos ipsa à filio suo in thesaurariam electa fuit. Eruditissimus Idiota in quibusdam suis circa Virginem contemplationibus ita scribit: *Trahere me post te, sicut enim nemo venit ad tuum filium, nisi Pater traxerit eum, sic etiam quodammodo auisim dicere, quod nemo venit ad filium tuum gloriosissimum, nisi tuis sanctis subsidiis traxeris eum; trahere igitur me torpentem, ut me reddas currentem; trahere me peccantem; ut me reddas pœnitentem; trahere me ignorantem, ut me reddas scientem, ut curram in odorem unguentorum tuorum, id est, in fragrantia sanctorum virtutum tuarum.* Ecce tibi fructus Assumptionis ejus erga nos; Non igitur ei dicere possumus: *Non est tibi cura, cura ardua fa-*

Orat. 1. de
Virg.

lutis

Ser. 2. de
dorm.
Virg.

lutis nostræ negotia, siquidem ipsa in Paradiso ad nihil majori cum instantia invigilat; unde sanctus Germanus ait: *Omnia saluti invigilas, nemoque reperitur, qui ad tua sollicitudinis partem non pertineat.* Ex quo beatissima Virgo in cælos assumpta est, hoc habemus singulare solatium; quod sicut quo eminentior turris est, in qua vigil seu custos ad inimicum detegendum residet, tanto magis ipsum à longinquo venientem conspicit, & providet, quicquid occurrat; ita quoque beata Virgo Maria in cælorum supremo vertice collocata, majori cum vigilantia & studio salutis nostræ ejusque securitati providet, Sanctus Bonaventura ait: *Magna erga miseros fuit misericordia Maria adhuc exulantis in mundo, sed multo major erga miseros est misericordia ejus jam regnantis in cælo.* Et quidem ratio quam ad id probandum adfert, valde convincit, & hæc tenus dicta confirmat: *Majorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam, quia magis nunc videt innumerabiles hominum miseras.* Neque enim solum videt nostras miseras, sed & providet eis, eisque patrocinio suo assistit. Unde ipsam hæc verbis invocare solemus: *Spes nostra salve, ad te clamamus, ad te suspiramus; Ea ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte; Ejus etenim oculi, licet ipsa ad sublimissimum supremæ majestatis thronum assumpta sit, erga nos magis quam unquam benigni esse noscuntur; Oculi tui columbarum, id est, humiles, modesti, & eisdem humilitatis, compassionis & charitatis erga nos sentus etiam nunc in cælis constituta retinet.* Unde sanctus Petrus Damianus ait: *Nunquid quia ita Deificata, ideo nostra humilitatis oblita? nequaquam Domina, quia etsi subtrahit gloria, revocat natura nempe Deificata; non enim ita Deificata memoraris justitia Dei solius, ut misericordiam non habeas, neque ita es impassibilis, ut sis impassibilis.* Beatæ Virgini adaptantur, ut supra diximus, omnia increatæ sapientiæ encomia. De hac autem scribitur; *& equaliter cura est illi de omnibus; In Græco legitur: Pariter, aut similiter.* Albertus Magnus legit: *Est illi cura de omnibus; adeo ut in tanta Majestate ad dexteram filii residens non contemnat pauperulos suos clientes, omnemque alios sibi devotos, quantumvis illi infamæ & vilissimi sint.* Optimum

In Spec.
Virg. c. 8.

Cant. 1. 15.

Ser. 1. de
nat. Virg.

Sap. c. 8.

Super Mis-
sus est.

sanctus Bonaventura modum nos docet, quo huic sublimi Regine supplicationes nostras confidenter porrigere valeamus, dicens: *Obsecrare possumus Mariam, sic Abraham obsecravit Saram; Dic: Obsecro te, quod soror mea sis, ut bene mihi sit propter te, & vivat anima mea ob gratiam tuam. O Virgo Maria, O Sara nostra, dic quod sis soror nostra, ut propter te bene sit nobis à Deo, & ob gratiam tuam vivat anima nostra in Deo, ut propter talem sororem, Ægyptij, id est, Dæmones nos revereantur.* Enimvero quam differentem longèque diversam indolem beata Virgo ab aliis hominibus habeat, qui ad summa dignitatum vestigia evedit & exaltati amicorum & cognatorum pauperum protinus obliviscuntur, ex dicto quodam S. Anselmi satis cognosci potest, in quo ait: *An ideo, utrum peccemus, non curabis, quia quicquid de nobis miseris ultra eveniat, gloria tua sacrificia nulla inde eveniet; respondet autem Sanctus hoc infallibiliter futurum fuisse, si beata Virgo solum per recognitionem & præmium merito: um suorum in matrem Dei electa; & in throno illi adeo sublimata fuisset: Si pro tui solius exaltatione & utilitate mater Dei facta fuisset, sed utique Deus, qui hominem assumpsit, hoc fecit pro tua & nostri omnium salute.*

2. Salvator noster Apostolos ob proximè instantem suam ab illis in cælos recessum omnino mæstos esse animadvertens, eisdem hæc verbis est consolatus: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem; Idem quoque beatissima Virgo Maria devotis suis, quos in hac lachrymarum valle post se reliquit, dicere videtur: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad filium, siquidem non tam propter meam, quam propter vestram exaltationem; non tam in meum, quam in vestrum commodum & beneficium in cælos assumpta fui.* Arnoldus Carnotensis ait: *Securum accessum jam homo habet ad Deum, ubi mediatorem causa sua filium habet ante Patrem, & ante filium matrem.* Ecce tibi utilitatem & commodum, quod per ejus in celestem curiam Assumptionem consecuti sumus. Sanctus Anselmus ad eam conversus, confidenter ei dicit: *Sic te Deus hodie exaltavit, ut omnia secum possibilia etiam donaverit.* Idem quoque Arnoldus scribit, dum ait: *Dividunt coram Patre inter se mater & filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt*

In Spec. c. 8.

De excell.
Virg. c. 12.

Ioan 14.
28.

To. 1. Bibl.
PP. de
laud. Virg.

De laud.
Virg. c. 12.

redem.

redemptionis humana negotium. Hoc autem valde considerabile commodum in Maria habemus, quod ipsa, dum causæ nostræ patrocinatur apud Filium suum, cui à Patre plena & absoluta delegata est iudicandi potestas: *Pater omnem iudicium dedit Filio*; apud eundem iudicem verè omnipotens dici possit. Hujus efficacissimæ intercessionis Mariæ figuram habemus, Regum cap. 2. quando Rex Salomon Reginæ matri in æ dicit: *Pete mater mea, neque enim fas est ut*

In serm. de avertam faciem tuam. Audite S. Bernardum verb. Ap.

Opus est, inquit, mediatore ad mediatorem istum, scilicet Christum. Quis autem apud huic mediator erit, ut is se pro nobis apud æternum Patrem interponat? Nec alter nobis utilior, quàm Maria. Rationem hujus in alio quodam sermone assignat dicens: *Exaudiet utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater.* S. Antoninus nobis Mariæ intercessionis efficaciam hisce verbis repræsentat: *Nam filius non tantum tenetur audire matrem, sed etiam obedire.* In Isaia scribitur: *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio utero sui?* Id quod mihi etiam de eo filio dici posse videtur, qui tot & tanta ab hac matre obsequia recepit; nam qua ratione fieri potest, ut talis sibi persuadeat, quod talis & tam pia mater filii sui preces aspernatura sit, & non potius ad votum talis filii adimpletura? Superius de Assumptione beatæ Virginis illam S. Joannis visionem interpretati sumus: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Habeat hi planetæ benignam quamdam dispositionem æqualiter tam in malos quàm in bonos influendi: *Solem suum oriri facit super bonos & malos.* Beatissima Virgo pariter tam iustis quàm peccatoribus benefica est; huic tamen eo potissimum sine patrocinatur, ut eosdem lucretur & indicat ad poenitentiam. Undè S. Bernardus ait: *Omnibus se exorabilem præbet, omnium necessitatibus amplissimo quodam miseratur affectu; id verò, quod potissimum ad prætens propositum nostrum facit, est, quod visa fuerit Luna sub pedibus ejus.* Macrobius de hoc planeta scribit: *Claritate sui & velocitate notabilior est.* Luna enim inter omnia alia ad influendum in hæc inferiora velocior est; undè fit quod præcunctis aliis gyrum suum absolvat: *Equitans cælum in auxilium tuum, Nunquid Mansit Sanctuarii Tom, III.*

Ser. de Nativ.

p. 4 tit. 15. c. 17. §. 4.

Is. 49.

Joan 14. 8.

Jo. I. Bibl. P. de aud. Virg.

lib de som. lib. 2. c. 18.

De laud. Virg. c. 126

igitur Luna meritò sub Virginis pedibus poni videtur; siquidem ipsa præ quovis alio Sancto in auxilium & beneficium nostrum promptior, velocior & sollicitior extitit? *Luna sub ejus pedibus reponitur, quasi eidem calceorum loco deservitura: ad id notandum, quàm ipsa ad benefaciendum nobis, ad intercedendum & invocandum in causa nostra expeditè currat & acceleret: Equitat cælum in auxilium nostrum.* Quoniam mysterio Spiritus sanctus de ipsa in Canticis dicit: *Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ?* Dicunt naturales Philosophi de capra, quod acuto visu prædita sit, adeo ut loca etiam magis recondita penetret; undè Spiritus sanctus beatissimam Virginem laudare volens dicere velle videtur, quod ejus auxilia etiam se ad occultissimas necessitates & miseras extendant. S. Bonaventura de ipsa hodie assumpta ita scribit: *Quò melius nunc videt nostras calamitates, eò indulgentius providet; adjiciamus nos: Eò velocius; siquidem insuper hoc habet, quod velox sit; undè ipsa in eisdem Canticis, ut dilecto suo par pari referat, eundem quoad velocitatem & sollicitudinem, qua Ecclesiæ prosperitatibus prospicit, capræ in montium præruptis currenti assimilat dicens: Ecce iste venit saliens in montibus similis est dilectus meus capræ.* Ubera verò pietatis & compassionis symbolum esse dicuntur. Undè Richardus de S. Victore ait: *Duo ubera sicut hinnuli capra adeò pietate replentur, ut alicujus miseria notitiâ tacta lac fundant misericordia, nec possis miseras scire, & non subvenire.* Porro hanc suam compassionem in nuptiis in Cana Galilææ habitis, necnon in sollicita & veloci vini provisione, quod ad confusionem sponzorum deficere incipiebat, sufficienter demonstravit. Undè Dionysius Carthusianus ait: *Esse illorum corporali inopia condebat & succurrebat etiam non rogata, quantum magis nostra spiritali indigentia compatietur, auxiliumque præbebit si fuerit fideliter invocata? Etenim tametsi divina illa lux ab hac nostra lachrymarum valle super empyrei cæli horizontem hodie exaltata fuerit, nihilominus non est qui se abscondat à calore ejus. Longè positos, inquit Idiora, illuminat radiis misericordie sue, & non est qui se abscondat à calore ejus; sibi autem propinquos per spiritualem devotionem accendit.* Jam supra Mariam Virginem per thronum Salomonis symbolizari diximus;

Cant. 4.

In Spec. c 8

Cant. 2. 5.

In cap. 2.

Cant. 3. 9.

de hoc autem throno in sacris Canticis ita scribitur. Reclinatorium aureum, ascensum purpureum mediâ charitate constravit; at vero in cuius utilitatem hoc fecit? Propter filias Ierusalem. Uoi S Bonaventura ait: Quis dubitare poterit omninò in charitatis affectionem transisse viscera Maria propter filias Ierusalem. Leo Sextus Imperator conditus Sapiens, de Assumptione B. Virginis ita scribit: De terris ad cœlos trãsvectã scala facta est mortalibus, qua ad cœlos scandant; sed cur nõ potiùs ei titulum viæ lacteæ attribuit, quæ nos ad paradysum conducit? vel cur non vocat eam Portam Paradisi, vel alio aliquo nobiliori epitheto eam condecorat? Notandum est igitur quod scala per unam extremitatem suam terram contingat, per aliam vero illam partem, cui innititur, tangat, adeoque hic titulus, quo B. Virgo scala cœli nominatur, in ejus Assumptione valdè mysticus est, nobis que insinuat, quod tamen de terra in cœlos assumpta fuerit, uno tamen pede terram etiam num contingat, id est, non propter hoc necessitatibus succurrere & prospicere non desistat: Moratur in his etiam terrenis, & circuit, & magis jam ubique adest animarum illud cœ-

In Spec.
c. 14.Hom. 6. de
Assumpt.

lum, omnium similiter curam gerens. Andreas Cap. 4. de Cretenis quoque scribit: Ecce scala quam vidit Iacob, in qua vidit Angelos Dei ascendentes & descendentes, hæc est porta cœlorum. Magna igitur cum fiducia hodierno die ad ejus patrocinium recurrere possumus, urendo illis verbis, quibus Mardocheus Esther Reginam rogavit, ut preces suas apud Regem Assuerum pro populi liberatione interponeret: Quis novit utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris Porro hæc Regina in magnifico throno majestatis residens describitur: Circumdatur gloriã suã assumpsit duas famulas, & super unam quidem innitebatur quasi præ delitiis, altera autem sequebatur Dominam defluentia in humum vestimenta sustentans. Ubi S. Bonaventura ita scribit: Dux famula, quarum Domina est Regina Maria, sunt angelica & humana creatura. Humana est famula illa, que sequitur Dominam suam in mundo, colligens vestimenta Domina, hoc est, virtutes & exempla Maria: Angelica verò est illa altera super quam innititur in cœlo, se sociando ac deliciando cum Angelis; innititur insuper, tanquam potentissima Angelis imperando.

Esther 4.

Esth. 15. 4.

In Spec.



De profectu & emolumentis, quibus per intercessionem beatissimæ Virginis in cœlos assumptæ gaudemus.

DISCURSUS DECIMVS.

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Psal. 44. v. 10.

Feri quidem nequit quod Regnam & Imperatricem cœlorum hodie hodie tanta cum gloria & maiestate adeo sublimi assumptam fuisse sine maxima admiratione audieritis, veruntamen nescio quomodo cum hac tanta

gloria consistat, quod Propheta regius in verbis assumpti thematis de illa dicit. Is namque veluti in pedes toto corpore erectam, & coram throno Dei stantem illam nobis repræsentat.

Astitit Regina Ex quo B. Virgo filio suo in Ascensione sua adeo similis fuit; de hoc autem jam in cœlos evectio dicitur: *Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei*, cur igitur Propheta regius de ea canit: *Astitit* & cur non potius dicit: *Sedet à dextris tuis*? Enimvero cessabit omnis admiratio, si mysterium huius verbi *Astitit* benè consideretur: non enim accipiendum est in eo sensu, quo in Tobia & aliis sacræ Scripturæ locis Angeli dicuntur ante thronum Dei reverenter tanquam servi, & ministri,

Tob. 12. 15. & obsequiosissimi aulici assistere: *Ego sum Raphael Angelus unus ex septem, qui astamus ante Dominum*; nequaquam, inquit Richardus à S. Laurentio, hoc sensu assistere accipiendum est, sed potius *Astare auxiliantis est*. S. Lucas visionem, quam S. Stephanus de Redemptore nostro habuit, nobis describens, dicit, quod S. Stephanus Christum viderit se è cœlo aspicientem, scilicet ad ipsum animandum pro martyria constanter obeundo: *Vidit autem Iesum stantem à dextris Dei*, Quintus Curtius refert,

Ab. Ap. 6.

quod olim Advocati, quando aliquem è suis clientibus in causa aliqua gravissima advocando defensuri erant, se ad dexteram clientis collocare, ibidemque erecto corpore stantes magna cum energia perorare solebant. Hugo de S. Victore scribit quod beatissima Virgo ad dexteram filii sui stare perhibetur, ad insinuandum nobis patrocinium & protectionem, quam de nobis coram supremo tribunali Filii sui habet: *Benè astitit à dextris tuis, tanquam nostrorum patrocinatrix gladium evaginandum peccatori impedit*. Enimvero primâ facie videri potuisset, universum genus humanum ob huius Matris nostræ, afflictorum consolatricis, & refugii peccatorum à nobis decessum valdè contristandum & conturbandum fuisse: *Notis charissimi (inquit S. Bernardus) qua in Ascensione solemnitatis occasio? qua causa lætitia? qua materia gaudiorum?* Angeli quidem precipuam lætandi causam habent; *sed plangendum nobis quam gaudendum magis esse videtur: quantum enim de ejus presentia cœlum exultat, nunquid non consequens est, ut tantum luceat hic noster inferior mundus ejus absentiam*; Et tamè idem mellissimus Doctor paulò post ad hoc reflectens, quod feliciter in cœlum ascenderit, ut causarum nostrarum in cœlesti curia Advocata existat, mox animum refumens se consolatur, nosq; omnes ad gaudendum invitans: *Advocatam premisit peregrinatio nostra, qua tanquam iudicis mater, & mater misericordia, suppliciter & efficaciter salutis nostra negotia portabit*. S. Anselmus illa verba, quæ Mariæ communiter ad-

Lib. 4. de laud. Virg.

Serm. 4. de Assumpt.

De Excell. Virg.

prantur : *Gyrum cæli circumvisola*, exponens, in ea fuit opinione, quod quotiescunque ipsa in cælo se Advocatam nostram exhibet, tunc unâ cum ipsa omnes spiritus Angelici, omnesque aliæ animæ beatæ conjunctim suas quoque preces interponant; undè sequitur quod ipsa sola universum cælum commoveat, ad eum modum, quo primum mobile omnes alias sphaeras secum rapit: *Te orante omnes orabunt, & omnes adjuvabunt.*

Hom 6. de
Assumpt.

Tom. 11.
trad. 36.

2. *Astitit Regina. Astare auxiliantis est.* Tametsi terra corporalem Mariæ præsentiam amiserit, attamen Reginam quandam & cælorum Imperatricem in Advocatam suam accipit, quid ultra sperare poterat? Leo Imperator scribit: *Nihil jactura fecit mundus; nam quibus ut prodesset, in hunc modum venit, iisdem jam quoque in cælum translata conducibilia procurare, nunquam desistit, astitit patrocinatrix.* Habet quoque eruditissimus Salmeron verba aliqua, quæ benè ponderari merentur; dicit enim: *Pro sua sapientia posita est in cælesti paradiso secunda Eva integra cum secundo Adamo; paulò post, quo sine id factum sit, explicat, nimirum: Ut omnia bona nobis polliceri valeamus; ac tandem rationem reddit efficacissimæ intercessionis suæ motiva nobis monstrando: Vbi in sanctissima illius Trinitatis rota Filium habemus ostendentem Patri latus & vulnera; Matrem amantiissimo Filio suo pectus & ubera proferentem.*

Dan. 7.

3 Reg. 18.
44.

3. *Astitit Regina. Astare* (inquit Richardus à S. Laurentio) *est promptitudo serviendi & ministrandi; idque probat per textum illum Danielis: Millia millium ministrabant ei & decies centena millia assistebant ei.* Porro eadem illa quæ Regina est, atque ad dexteram filii sui, in cujus fœmore scriptum legitur: *Rex regum, & Dominus dominantium;* in throno suo cum majestate sedet, se quoque in servitium & ministerium nostrum ancillam facere non dègnatur. Præterea in eodem verbo, *Astitit, commendatur* (inquit idemmet Author) à promptitudine contradicendi adversariis nostris accusantibus nos in curia unigeniti sui, quia *astare* contradicentis est. Et idè ipsa dicitur *Advocata nostra.* In nubecula illa, de qua 3. Reg. cap. 18 scribitur, sacratissima Virgo Maria velut in symbolo expressa videtur: *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de*

in mari. S. Joannes Episcopus Hierosolymitanus ait: *Deus sub figurata visione revelavit tunc Elia, quod quadam infantula nasceretur, scilicet beatæ Virgo Maria per illam nubeculam significata; quia sicut nubes onusta est aquis, ut ardorem terræ humectando mitiget, eamque fecundet: ita quoque Maria gratis redundans, eisdem mira cum abundantia & benignitate super nos influit.* Notandum verò quod *ascendebat de mari;* à mari namque mundi hujus beatæ Virgo hodie ascendit, & sicut nubes ad se trahit aquam salis & amaram, eandemque nobis postea dulcem factam reddit: eodem quoque modo Maria mater nostra, & mater misericordiarum, de mari hujus vitæ, quæ nihil est aliud quàm vera quædam vallis lachrymarum, ad se mediantem sua compassione trahit nostras miseras & afflictiones, atque facta pro nobis in cælis Advocata nostra, supra nos dona, virtutes & gratias in tanta copia depluit, ut omnem tribulationem nostram nobis facilem & suavem reddat, nos fovet, recreat, & in adversis consolatur, iratumque nobis filium suum placidè reconciliat, ad penitentiam & vitæ emendationem nos reducendo. Undè merito nunc illam ad dexteram unigeniti sui confidentem imploramus dicentes: *Eja ergò Advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende.* Ecce aquam hanc salutarem gratiarum suarum dulcem & suavem: *O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria.* S. Bernardinus illum Jobi textum: *Nam quid elevabis in nubecula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?* ad B. Virginem applicando interpretans ait: *Vox in nebula elevata est, gratia per orationem à Virgine impetrata, ad quam sequitur impetus aquarum, quia per ipsam impetrator affluentiâ gratiarum, atque remissio peccatorum.* Aquæ enim salis peccatorum nostrorum, mediante illorum remissione per ipsam à nobis impetrata, convertuntur in aquas dulces gratiarum cælestium, quibus in nostra conversione fruimur.

T. 3. serm. 12.

4. *Astitit Regina.* Tametsi ante Assumptionem, dum adhuc inter nos hic in terris commoraretur, ut verisimile est, sua ab Angelis frequenter & familiariter cum ea agentibus servitia & obsequia habuerit, quia tamen possessionem & investituram Imperii seu regni cælorum nondum acceperat, ideo eo tempore tantæ auctori-

tatis

fatis nondum erat; nunc vero cum facta sit & coronata in Augustissimam cœlorum Reginam, coram ea se inclinat, eamque veneratur universum cœlum empyreum, adeoque in throno majestatis suæ residens in illa signatura sive justitię sive gratiæ causis nostris majori cum auctoritatis pondere tractabit : *In civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea.* Multum quidem Maria pro nobis facere prævaluit, quando nobis cum in terra commorata fuit; nunc vero in cœlo existentis sicut major est auctoritas, ita quoque major ejus potentia quotidie elucescit. Id quod ipsamet dicere videtur, dum ait : *In Jerusalem potestas mea; potuitque ad imitationem filii sui dicere: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra; quia assistit Regina à dextris.* S. Bonaventura ait : *Quia Dominus potentissimus tecum est, idè & tu potentissima es apud ipsum.* Filius ejus priusquam ad cœlos ascendisset, Apostolis suis in monte Oliveti dixit : *Data est mihi omnis potestas;* hoc autem jam pridem manifestum erat ex S. Joannis testimonio dicentis : *Sciens Iesus quia omnia dedit ei Pater in manus.* Undè non videbatur necessum illud in hac occasione replicare. Quod autem Filio Dei ante suam in cœlos ascensionem hæc fuerit collata potestas, id certe mysterio non caruit, hoc nimirum, nisi fallar, ut illà ad nobis benefaciendum uti posset. Undè immediatè post illam sibi collatæ potestatis insinuationem Apostolis præceptum dedit, ut in universas mundi regiones abirent, & ad convertendas omnes gentes Evangelium omnibus annuntiarent : *Euntes in mundum prædicato Evangelium omni creatura; docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti.* Enimvero quod in prædictis Ecclesiastici verbis sermo fiat de B. Virginis Assumptione, satis colligi potest ex titulis, quos sancti Patres huic diei attribuunt; alii enim illum vocant diem obdormitionis; alii diem somni; *In civitate sanctificata requievi*, id est; in civitate sancta paradisi. In hac autem civitate incredibiliter vigere cœpit ejus potentia : *Et in Jerusalem potestas mea;* qua tamen usã non est in suum proprium incrementum, utpotè quæ erat humillimas sed ad nobis benefaciendum, cum esset erga nos benignissima : *Data est tibi, ô Virgo, inquit B. Petrus Damianus, omnis potestas in cœlo & in terra, & nihil tibi impossibile; ecce*

quousque auctoritas ejus extensa fuerit : *Tibi possibile desperatos in spem salutis revocare.* Et quidem hæc de re quandam Assumptionis Marianæ figuram habemus in occurso & oblevis à Salomone Rege, Sabæorum Regiæ exhibitis; inter alia vero notabilia, quæ ibi occurrerunt, hoc potissimum proposito nostro deservit, quod dicitur : *Dedit Regina cuncta quæ voluit & postulavit, & multò plura;* quanto magis id ipsum de Maria credendum est, utpotè quæ erga illum, de quo scriptum est : *Ecce plusquam Salomon hic;* immensa sibi merita cumulaverat. Idem Damianus ait : *Quomodo illa potestas potentia tua poterit obviare, quæ de carne tua carnis suscepit originem? Accedit enim ante illud aureum humana reconciliationis altare, non solum rogans, sed imperans; Domina, non ancilla.*

5. *Assistit Regina.* Una nihilominus difficultas superest, quæ circa Assumptionem Mariæ moveri potest; experienciã enim compertum, quod confestim, ut quis ad honores & dignitates humanas evectus est, ut plurimum eos, quos antea ut amicos & cognatos diligebat & venerabatur, spernari & deserere incipiat; ac proinde idem S. Petrus Damianus quærit : *Nunquid ô Virgo beata, quia ita es glorificata, idè nostri oblita es? absit; non convenit tanta misericordia tantam miseriam oblivisci.* Audite obsecro S. Bernardinum Senensem, quo sensu is verba illa Evangelii interpretetur : *Optimam partem elegit sibi Maria, copiositate largitionis;* addit ipse, quasi diceret : per gratiarum suarum diffusionem & liberalissimam affluentiam sublimem hanc sibi gloriam comparavit. Porro alii Principes ad dignitates & amplos honores assumpti subditis suis ingentia gravamina, & onera intolerabilia imponunt, ut ex sanguine sive sudore eorum quibus dominantur, in suis se dignitatibus conservare possint; non sic Maria, quæ superetram majestatem, ad quam assumpta fuit, in tantum æstivavit, & gratam habuit, in quantum vidit se per illam nobis copiosè benefacere posse, nos in miseris nostris materna ex pietate sublevandò.

6. *Assistit Regina.* Altare, ut diximus, auxiliantis est. Præiens hæc vita nostra est campus quidam certaminis; beata Virgo autem est, quæ nos defendit, & hoc sine patrocini sui ferum adversus omnes inimicos nostros stringit.

Ego murus & ubera mea sicut turris; sed quando cœleste hoc oraculum de ea verificatum fuit? hodie Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reprensens Neque enim ante hunc diem translata fuit ad fruendum supernæ Hierosolymæ, quæ Pacis visio dicitur, quiete, & ad requiescendum in sinu ejus, cui ipsa in sinu suo diuturnum

dederat hospitium; nunc autem declarat se in superna Jerusalem, consistere, ibidemque pro nobis velut fortalium & propugnaculum quoddam insuperabile ad nostram defensionem solenter detervire,

Quàm sit nobis beatissimæ Virginis Assumptio propitia, ut peccatorum Advocata esse possit, & ut peccatores ad pœnitentiam reducendo veniam eisdem implorat.

DISCURSUS UNDECIMVS.

Virgo prudentissima, quò progredieris, quasi aurora valdè rutilans.

Magnam Dei Matrem & Virginem Mariam hinc in cœlos abeuntem devoti ipsius hinc voci- bus admiratione nec dicam, an verò dolorem contestantibus festati sunt dicentes: *Virgo prudentissima quò progredieris quasi aurora.* Verùm enim verò quænam est hæc interrogatio, quæ petitur quònam ipsa vadat? similis enim hæc quæstio mihi esse videtur, ac si quærerem an linea ad centrum suum procedat ibi terminanda, vel an sol ad occasum vadat, aut verò an ignis ad spheram suam fuscum feratur. Quid enim magnæ huic Matri convenientius esse poterit, quam ut ad filium suum adeo ab ea in hoc exilio desideratum, totque suspiriis expetitum abeat, & ut illa, quæ sole amicta est, beatæ quoque æternitatis horizontem conscendat? potius igitur interrogandum videbatur, quo sine in cœlum assumatur empyreum sub hoc titulo sive encomio, quo Aurora appellatur: *Quò progredieris quasi aurora?* Advertendum est igitur, quòd aurora ignitis splendoribus suis diei nobis adferat se-

renitatem, depulsis & profligatis tenebris nostris: per lucem autem gratia significatur, sicut per tenebras significantur peccata. Undè ait Apostolus: *Nox precessit, dies autem appropinquavit; abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Porro myticâ hac Virginis aurorâ super firmamento immortalitatis hodie comparente, vitiorum & peccatorum humanæ mortalitatis tenebræ magna ex parte dissipantur; siquidem ipsa eo potissimum sine in cœlos ascendit, ut pro peccatoribus intercedat ut convertantur. Undè in Secreta Missæ hesternæ dicitur: *Quam idcirco de presenti seculo transfuisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem;* ait quondam regius Psalmita. S. Petrus Damianus in sermone de hoc festo, in noctis obscuritate statum culpæ & peccati agnoscit, qui protensus est à tempore quo prothoparens noster prævaricatus est usque ad sacratissimam Virginem: *Tuus est dies, in quo Adam est conditus; tua est nox, in qua Adam à die est ejectus;* ac demum ad propositum nostrum subjungit: *Tu fabricatus es auroram, id est Virginem Matrem, & Solem videlicet justitiam,*

Rom. 13.12

Pf. 77.16.

stia, qui de virginali thalamo consurrexit. Hæc igitur auro a hodie super horizontem immortalem paradisi ascendit ad dissipandas ab innumeris animabus peccatorum tenebras, quæ per ejus intercessionem ad poenitentiam redeuntur.

2. *Quasi aurora.* Occasione hujus auroræ, incidit mihi in mentem lucta illa, quam Angelus quondam cum Jacob Patriarcha habuit, quæ finem suum habuit, postquam Jacob Angelum aurorâ oriente dimisit: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora.* Per totam noctem inter se luctati fuere, donec appropinquante auroræ purpureâ luce, Angelus victas manus dando Jacobo victoriam cederet. Verum dicat aliquis: vidnam lux & splendor auroræ in se activitatis habet, ut ob illius ortum, heros aliquis generosissimus post luctam diuturnam tandem victus victoriæ palmam alteri cedere cogatur? Recurrendum est haud dubiè ad mysterium, quod tangit Oleaster, qui ait, quod in illo certamine lucta illa præfigeretur, quæ est inter Deum & peccatorem, quamdiu est in statu disgratiæ, in cujus tamen beneficium Mariæ tanquam aurora luce gratiæ victoriam apud divinam justitiam reportat. Quando enim Deus peccatori iratus divinæ justitiæ gladium stringit, ut vitam peccatoris detruncet, Maria proinùs tanquam refugium & patrocinium peccatorum se interponens, dilationem ei impetrat, intra quam talis peccator ad poenitentiam reduci possit, & tunc se divina pietas continere nequit, quin victas ei manus & finalem victoriam cedat: *Quod igitur magnus testamenti Angelus victum se esse ascendente aurorâ confiteatur, nihil est aliud, nisi quod Maria Christus aspectu infirmum se esse ostendat, & peccatori dicat: Dimitte me, jam enim ascendit aurora.* quamdiu beatissima Virgo hic in terris nobiscum est commemorata, de ea non constat quod tanta cum instantia & contentione animi pro peccatoribus intercesserit advocando, quantâ id post Assumptionem suam præstitit. Andreas Cretensis ad eam conversus ait: *Ex quo translata es è terra, te universus mundus continet commune propitiatorum.* Nescio num aliquando observaveritis in qualinam situ Astrologi virginis signum reponant, ad zodiacum oculos vestros convertite, eamque inter leonem & libram collocatam esse deprehendetis, è quibus duobus signis libra nobis divinam justitiam,

leo verò symbolum Christi nobis irati repraesentat: undè virgo nobis indicare velle videtur, quod ipsa desuper ab æterno illo zodiaco promicet, ut se in summum beneficium nostrum inter divinam justitiam nobis iratam & peccatorem interponat. Undè sicut Angelus Jacob dixit: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora;* ita quoque quivis ingens & enormis peccator Redemptori nostro confidenter dicere potest: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora;* siquidem B. V. assumpta est, ut pro peccatis nostris fiducialiter intercedat. In cap. 1. lib. 3. Reg. habemus, quod quando David contenerat, *dixerunt servi ejus, quasramus Domino nostro Regi adolescentulam virginem, & stet coram Rege & foveat eum, & calefaciat Dominum nostrum.* Hæc virgo, quæ Deum nostrum per intercessionis suæ efficaciam calefaciat & foveat, ad hoc ut suam erga nos pietatem exerceat, est beatissima virgo Maria; hæc enim ante Dei thronum assistit: *Cur non juvabis nos peccatores* (inquit S. Anselmus) *quando propter nos in tantam altitudinem es elevata?* Quæ verba contentiunt cum illis quibus Ecclesia utitur, dum ait: *Peccatores non abhorres, sine quibus nunquam foris tanto digna filio;* quemadmodum dicitur: *Felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem;* ita quoque dici posse videtur, peccata nostra causam fuisse, cur ipsa Dei incarnati Mater facta sit propter extinctionem culpæ.

3. Verum enim verò optarem hoc loco ut attentas aures vestras porrigeretis ad invitatorium illud, quo æternus Pater beatiss. Virginem ab altissimo cæli vertice ad diadema & coronâ Imperialem recipendam invitat, dicens: *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis.* Porro Glibertus Abbas in ea est opinione, quod hoc loco anima quædam justa & sancta invitetur ad gloriam à Matre Dei penitus abstrahendo; at verò tunc inquirendum ulterius, cur non semel, sed ternis vicibus invitari & vocari se patiatur? hæc enim est promptitudo, quam anima vocibus exhibere divinis debet? ergone tam tardè & morosè respondeatur vocanti Deo? *Oves mea vocem meam audiunt,* inquit Pastor ille cælestis; *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Advertendum igitur est, inquit præfatu Glibertus, quod anima ista ad honores & dignitates, ad coronas videlicet & scæptæ vocabatur; illis autem unusquisque quantum.

Gen 32.

De Excell.
Virg. c. 11.

Cant. 4. 8.

Job. 13. 23.

tumque is sanctus sit, modestâ quadam & humili resistentiâ resistari debet; primo enim examinandum est an sit voluntas Dei, & quando ipse quoque id veller, adhuc nobis ad honores recipiendos timendum & tremendum, & nequaquam ad illos adeundos properandum esset; unde *mora hæc non contumacia, sed cautela;* imo impropere nobis accelerationem nostram quoad honores & dignitates acquirendas non currimus, sed præcipiti cursu rapimur, subiungit: *Forſitan sponsa mora festinationem nostram arguit, qui nimis prompti & parum providi, vires nostras minus pensantes, festinamus ingredi in labores prælationis, in sollicitudinum molestias, & materiam lapsus, nec expectantes vel semel vocari, ultra nobis ipsi honorem sumimus, vocationem vel prævenientes, vel arte procurantes.* Hac tamen opinione relicta, certum esse dico, quod per hanc sacram Canticorum sponsam Mariæ denotetur. Unde verba hæc eidem adaptando merito quaritur, quodnam in eo lateat mysterium, quod ter hæc invitatio ei proponatur, dicendo: *veni, veni, veni.* Dici quidem poterit, quod tres illæ divinæ personæ certatim inter se illam advocârint & invitârint ad gloriam, & ad magnificum ei super omnes hierarchias cœlestes præparatum thronum; at vero id, quod ad propositum nostrum maximè spectat, est, ut videamus quibus monilibus diadema istud, ad quod invitatur, adornatum sit: *Veni coronaberis de capite Amara, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus Pardorum;* forſitan ab horum montium visceribus pretiosa aliqua metalla, è quibus corona fabricata fuit, eruta sunt? aut vero in illis colliguntur adamantes toparii, smaragdi, carbunculi? nequaquam; montes enim illi prærupti sunt & inaccessi, in quibus nihil aliud est invenire præterquam ferarum latibula, nec alios habet incolas quàm animalia sylvestria; steriles itidem sunt, & ab omnibus arboribus & herbis denudati; ideoque inaccessæ hæc alpium, & à feris tantum inhabitatæ rupes, homines proflus impios, vindictam spirantes, homicidas, fornicatores, aliosque sceleratos peccatores significant; verùm, inquit, quidnam hi pessimi homines (sive illi figuræ sint, sive figurati) cum triumphali Mariæ in ejus Assumptione imposta coronæ commune habent? ecce tibi mysterium, vult namque nobis insinuare Spiritus san-

ctus, quod elegantissimæ, fulgidissimæ, opulentissimæ, & inestimabiles gemmæ, quæ ejus diadema locupletârunt, sint tot innumerorum peccatorum per ipsius maternam pietatem procuratæ conversiones, qui proinde modò cum ipsa in paradiso gloriosi regnant. Unde sanctus Thomas ait: *Coronatur & de cubilibus leonum, & de montibus pardorum, quando superbos quosque, & savos ac dolosos convertit.* Cui conformiter Rupertus Abbas Tuiensis adſtipulatur, dum ait: *Eorum credentium salus corona tua fiet;* quanto igitur Mariæ Apostolo melius dicere poterit: *Filii mei, fratres mei charissimi & desideratissimi; gaudium meum, corona mea.* Omnes enim quotquot poit peccatum ad penitentiam fuere reducti, operâ & intercessione illius id sunt assecuti; unde ex eis augetur ei in gloria singularis lætitia, suntque veluti totidem gemmæ & pretiosi coronam suam distinguentes & exornantes lapides. *Neque enim tua gloria minuitur, sed augetur* (inquit S. Petrus Damianus) *cùm penitentes ad veniam justificati ad gloriam assumuntur.*

4. Aliam quoque considerationem ad propositum nostrum non minus spectantem, de ejus gloria instituere possumus, estque illa, quam beatus Petrus Damianus tetigit, nimium quàm eximia Mariæ laus sit, quàm excellens ejus præconium, quod videlicet super omnes alios in regno illo Beatorum in hoc præfulgeat, quod scilicet impiorum peccatorum unicum refugium; hęc velim iudicium vestrum prius suspendatis, intelligendo Dei Filium non tanti majorem suam æstimâsse gloriam, quanti munus suum animas impiorum erabundas allicere, & per benignitatem suam amplexando recipere ad se venientes: *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis;* id quod in anxio illo & sollicito Pastore præfiguratum fuit, qui tantis cum sudoribus oculos amissa sedabatur erantia vestigia. Sed ecce tibi quoque hujus filii matrem, quæ eisdem peccatores filii sui exemplo instigata, protegit, defendit, subque maternæ pietatis suæ chlamidem custodiendos benignissimè suscipit, eorum fine, ut conversos ipsos Salvatori eorum lucretur. Arca illa, quam Noë jussu Dei fabricavit, dici potest idæa quædam fuisse paradisi, intra quem salvantur, qui baptismatis undâ median-

Phil. 2. 10

mediante divinæ justitiæ iram effugiunt. Porro DEUS quoad hanc arcam Noe præcepit, ut in ampla hac mole præter portam et iam fenestra quædam in latere fieret: *Fenestram in arca facies*, Enimverò per portam Salvator intelligitur; qui de seipso ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur*: per fenestram autem sanctissima virgo intelligitur, unde de ipsa Ecclesia ita canit: *Cæli fenestra facta es*; Quo supposito ex vobis scire desidero, quam via conslave aliquod præcipuè lumen suum accipiat, an ex lumine quod per portam aditum suum in illud habet, an verò ex lumine quod ingreditur per fenestram? Certo scio dicturos vos esse, quod illuminetur ex lumine, quod ingreditur per fenestram in illud penetrante, adeoque nunc perspicuè magis intelligimus, qualiter per hodierna die in cælos assumptam virginem cælum longè amplius, quam antea illuminetur. Unde S. Bernardus ait: *Maria presentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa jam cælestis patria clarius rutilet, virginis lampadis irradiata fulgore*; imò ipsam sanctè gloriatur dicens: *Ego feci in cælis, ut oriretur lumen in deficiens*. Quam pauci futuri fuissent supernæ Jerosolymæ cives & incolæ,

& quam modicè ruina illius restaurata fuisset, nisi Maria Virgo suam in id operam contulisset? Dicitis fortasse: *Qui non intrat per ostium in ovile sed ascendit ab unda, ille fur est & latro*. Ego autem respondeo vobis verissimum id esse, latrones enim sunt illi, quotquot novæ gloriæ gloriæ & splendorem contulerunt. Unde ut sapientissimus Redemptor noster gloriôsæ ascensionis suæ triumphum tanto magis redderet conspicuum, in sua seculum societate inter primos in Paradisum introduxit non Petrum, qui claves regni cælorum habebat, non dilectum discipulum suum, multo minus magnam matrem suam, sed latronem quandam, illum videlicet, cui dixerat: *Hodie mecum eris in Paradiso*: ac proinde sicut Christus per quandam ad pœnitentiam reductum latronem suum nobilitavit triumphum, ita quoque beatissima Virgo hodie assumpta est in cælum, ut fenestra illius fieret, id est, ut per ipsam innumeris latronibus aditus in cælum pateceret, dareturque omnibus peccatoribus quantumvis enormibus animi robur, & fiducia, quâ salutem suam quoque illis sperare liceret: *Intrent ut astra stebiles cæli fenestra facta es*.

De nonnullis convenientiis, ob quas corpus B. Virginis incorruptibile esse, & gloriosum in cælos assumi debuit.

DISCURSUS DVODECIMVS.

Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. Psal. 131.

R Ex ille, de cujus stirpe post tot evoluta sæcula magna Dei mater nascitura erat, Christi Resurrectionem in Spiritu prophético prævidens, sanctissimæ Genitricis ejus

Assumptionem pariter prædixit: *Surge Domine in requiem tuam tu*; Ecce qualiter de Christi resurrectione loquatur, sequentibus verò verbis, scilicet: *Et arca sanctificationis*

Mansi Sanctuarij Tom. III.

tua idem quoque privilegium ad matrem, quæ hoc titulo *Fæderis arca* honoratur, extendi petitur. *Tu prius*, inquit Richardus à S. Laurentio; *Arca, id est, Maria postervus, hinc conjicitur, quia assumpta sit simul cum corpore*: Dicitur ergo: *surge Domine in requiem tuam post laborem passionis tuæ per ascensionem, & Arca sanctificationis tuæ per Assumptionem*. Doctissimus Salmeron fusè satis de fundamentis illis tractat, quibus Christiana veritas innititur, quæ virginem ad imitationem filij

B b

Lib. 10. de Laud. Virg.

Tom. 12. pag. 37.

fui

fui privilegiam esse declarat, ne scilicet corpus ejus instar aliorum putredinis vermi subiceretur, sed potius ut ante universalem Resurrectionem gloriosè resurgens ad cœlos ascenderet: *Qua jure suo Christo debentur, ex privilegio in matrem Virginem extenduntur*; id quod ab eo multis rationibus probatur; verum una quam adducit instantia valdè mihi convincens esse videtur: Si à labe culpa originalis illam necdum matrem servavit, ergo etiam à corruptionis verme & foetoris incineratione. Sanctus Bernardinus illud Davidis oraculum: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, considerans tale facit argumentum: Sicut non dedit Dominus sanctum videre corruptionem, id est, Christum; sic & sanctam suam, de qua natus est sanctus sed corpore & anima in cœlum est assumpta*. Salmeron iterum talem discursum instituit: *Christi extremum Resurrectionis diem non expectavit, sed tertio die corpori gloriam imperavit; ita sanctam suam genitricem postremum diem resurrectionis ad gloriam corpori communicandam expectare noluit sed ut in sanctificatione preventa fuit per singularem Dei gratiam, id est in ipsa conceptionis momento preservata, ne ulla peccati labe contaminaretur: & sicut preventa est in usu liberi arbitrii accelerato, ut Ambrosius, & Augustinus & Bernardus docent; Denique sicut ab ipsa incarnationis mysterium, atque aqua in vinum conversa miraculum suis meritis & precibus anticipavit, ita etiam in corporis sui resurrectione preventa est à Christo in benedictionibus dulcedinis. Si Arca è lignis incomputribilibus fabricata fuit, quæ figura virginis erat, cur non quoque ipsam hanc prærogativam sortitam fuisse dicemus, ut ejus corpus post mortem pariter incorruptibile remaneret? Considerabilis est hoc loco dictina quædam S. Augustini, quam hisce verbis tradit: *Homo si Creatori suo, tanquam vero Domino subditus præceptum ejus pia obedientia custodiret, in consortium transiret Angelicum sine morte; porò beata Virgo una cum aliis ex progenie Davidis descendentibus posteris hac inobedienciæ culpa nequaquam obnoxia fuit, unde dicit: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ipsa enim Deo obedientissima fuit, imo quod plus est, Deus illi per obedientiam morem gessit: Et erat subditus illis; quod si verò ipsa morti sicut filius ultro sub-**

jacere voluit, cur non etiam ipsam pariter cum filio à putrefactione corporis sui liberavit & exemptam pronuntiabimus, utpote quæ ad Angelicarum Hierarchiarum non erat transitura consortium sed ad eandem Dominium & imperium? Si homo de ligno vitæ continuo nutritus fuisset, carnem suam utique incorruptibilem & immortalem conservaturus fuisset: *Ne forte sumat de ligno vitæ, & vivat in æternum. Quis autem Mariam Paradisum illum fuisse ignorat, in quo verum illud vitæ lignum plantatum fuit? Dicit enim S. Bernardus: Verè Paradisus Dei tu es, quia in ignum vitæ mundo protulisti. Salmeron verba aliqua profert, quæ Cosmas Hierosolymitanus in honorem Mariæ conscripisse refertur, nimirum *Victricia trophæa contra naturam, O vera Dei mater exexisti, & imitans filium tuam, tuum quoque opificem omnès naturæ leges supergrederis, quare verè semel mortua postea cum filio semper victura suscitatur.**

2. Redemptor noster apud S. Matthæum tres dies & noctes post mortem in corde terræ remanere decreverat, ad eum modum quo Jonas in ventre ceti pari quoque tempore delituit, & tamen intra 50. horarum spatium resurrexisset constat, valdeque credibile est, quod amantissimæ genitricis gemitus atque suspiria anticipatè eum resuscitarent, Utique enim beati Virgini dicenti: *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara, Filius ejus protinus respondit: Exurgam diluculo. Pari quoque modo nisi Christus matrem jam mortuam atque sepultam subito resuscitasset, dicere utique mater ejus potuisset, clarè eum modicitatem affectus quo eam prosequeretur, contestatum fuisse, hoc autem de tali ac tanto filio ejus, adeo erga ipsam venerabundo & obsequioso præsumi aut expectari minimè poterat, de quo in hac solemnitate Guericus Abbas ait: *go ut facerem, quod docui, & exemplo essem alius, ut patrem honorarem, in terram ascendi, nihilominus ut matrem honorarem in cœlum rescendi, ascendi & preparavi ei thronum gloriæ, quanto igitur sollicitior fuisse credendus est, ut sanctissimum corpus ejus quam citissimè posset è sepulchro eximeret, atque à communi putrefactione præservaret, unde credibile est, quod matrem quoque suam hisce verbis resuscitavit: *Surge & prope- ra amica mea, formosa mea, & veni. S. Ildephonus ait: *Nec diu hæc sacratissima virgo,****

Gen. 3.

In deprec.
ad Virg.

Tract. 38.

Matth. 24.
40.

Ps. 56. 9.

Ser. 4. de
Assumpt.

Cant. 2. 10

post

Lib. 6. in
gen. c. 25Prov. 8.
22.

Ser. 7. de
Assumpt.

post Domini Ascensionem in terris potuit remanere, quam desiderabant Angeli; cælum etiam ipsum de eius ascensione querebatur, atque ideo Spiritus sanctus invitabat, dicens: Veni columba mea immaculata mea, jam enim hyems transiit, imber abiit & recessit. S. August. Tom. 9. lib. unico de Assumpt. de Maria scribit: Tanta sanctificatio dignior cælo est, quam terra; Thronum Dei, Thalammum Domini; domum atque tabernaculum dignum est, ibi esse, ubi ipse est. Non decebat, ut tabernaculum illud diutius jaceret in sepulchro, in quo vitam receperat, qui vita omnis animæ erat; eam pretiosum enim thesaurum ita prosequitur dicendo S. Augustinus) dignus est cælo servari, quam terra. tantam integritatem merito incorruptibilitas non putredini aliqua resolutio sequitur: Quæ convenientia etiam tangitur à Damasceno dicente: Opus erat, ut quæ Dei verbum ventris sui hospitio conceperat. in divinis filij sui tabernaculis collocaretur Deus arcam illam, quæ intra se tabulas lapideas, quibus lex Dei incisa erat continebat, ab omni carie immunem præservari, & cum summa veneratione in sanctuario custodiri voluit, nulla ratione permittendo ut exposita esset quibuscunque injuriis temporum: Quanto igitur magis privilegium istud Mariæ debebatur, quæ in hac arca præfigurata erat, Deumque legislatorem in hunc mundum partu suo ediderat. Idem Damascenus huic festo Assumptionis, solemnitate illam adoptavit, quacum olim sacrosanctus ille arcae thesaurus in templum transportatus fuerat, dicens: Ad eundem modum ob requiem spiritualis arca ipse novus Salomon Christus tum mundo sublimiores cælestium mentium ordines, tum primarios novi testamenti viros Apostolos, una cum universa plebe sanctorum per Angelos introducit, corpus autem Apostolorum manibus portatur. rege regum in visibilis sua Deitatis splendore illustri contegente Andreas Cretensis intelligere nequit, quisnam locus ad pretiosum hoc depositum quantumvis brevi tempore recipiendum dignus fuerit.

Orat. 2. de
Assump.

Quodnam sepulchrum te teget (inquit conversus ad Mariam) quæ ante terra accipiet, quæ cæli & cælorum naturam superasti sanctitate? quibusnam unguentis unguent tuum corpus, ex quo immanis immortalitas, ex quo est Desicatio ex quo est perfectio? Neque S. Joannes Damascenus nos in dubio positos relinquit, dum de mortalis corporis resurrectione

De dorm.
Deip. 6. 7.

tractans ita scribit: Ubi pretiosus ille thesaurus, qui vitam suscepit? ubi novus liber in quo inenarrabili modo Deus verbum circa omnem manus operam inscriptus est? ubi gratia abyssus? ubi sanationum pelagus? ubi fons ille ex quo vita orta est? Quidnam eam in sepulchro quaritis, quæ ad cælestia tabernacula electa est?

3. Arca sanctificationis tuæ Aquæ universalis diluvii non solum nullum Arcæ damnum intulerunt, neque eam submerserunt in profundum aquarum, prouti alias tot accidit hominum pecorumque cadaveribus, sed potius elevarunt in sublimem, quanto enim major decidit pluviarum copia, tanto Arca cælum versus sublimius fuit erecta; ita quoque dicere possumus, quod aquæ culpæ sive originalis sive actualis, quæ cunctas alias animas in mortis profundum demerserunt, hujus Arcæ nullum ne per umbram quidem damnum intulerint, imò potius filius ejus ut eam ab omni contagio liberam esse demonstraret, illam ad suam dexteram collocavit, & hoc forte innuere S. Anselmus voluit.

Gen. 7. 17.

Hunc Paradisum aqua diluvii non contigerunt, quia sanctitas Mariæ altior est, quam peccati inundatio attingere posset. In culpam quidem hæc pœna fulminata fuit: Pulvis es & in pulverem reverteri. Andreas verò Cretensis ait: Sicut corruptus non fuit Mariæ parientis uterus, ita mortua caro non interijt. B. Virgo ne per umbram quidem aliquam in peccato partem habuit, ac proinde conveniens non erat, ut de illius pœna quicquam participaret: Partus effugit corruptionem & sepulchrum non admisit interitum. Sic quoque ob prothoparentum nostrorum transgressionem terra maledicta fuit, non solum illa quæ arbores aliaque arbuta & plantas progerminat, verum etiam illa quæ nos vestimur. Maledicta terra; at verò de B. Virgine utpote terra virginea scribitur: Benedixisti Domine terram tuam; avertisti captivitatem Jacob.

Ser. de Assumpt.

Pf. 84. 2.

4. Est & alia inconvenientia, cur nequaquam decuerit B. Virgineum quoad corpus suum huic omnibus aliis communi putrefactioni subjectam esse, nimirum quia ipsa ex purissimis sanguinibus suis Verbo sacratissimam suam humanitatem subministravit. Unde S. Germanus ait: Tuum virginale corpus omni ex parte sanctum, ereptum ad summam incorruptibilitatem vita, illisum, vivum, spirans, perpetuo imperpetuum in domo servatur. Rationem

Ser. 2. de dorm. Deip.

2. *Amore languet* Multi iique valdeque probati scriptores sunt, qui beatam Virginem præ divini amoris violentia mortuam fuisse existimant: è quorum numero sunt Albertus Magnus, Dionysius Carthusianus, & Guericus Abbas, quod etiam doctissimus Suarez calculo suo probat. Imò ipsamet sanctissima Virgo id ipsum S. Brigittæ revelavit, hisce verbis: *¶ ara vi me ad exitum, circumiens omnia loca, in quibus filius meus passus fuerat: cumque quadam die animus meus suspensus esset in admirationem Divinae charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quod vix capere se poterat, & in ista consideratione anima mea à corpore fuit soluta.* Decebat omninò, ut cum tributum istud ad filii sui imitationem naturæ expedire vellet nobilissimo quodam mortis genere privilegiaretur, quo melius nullum excogitari posset, imò tali quod etiam ardentissimi qui in cœlis Seraphini sunt ambire possent, si ejus capaces essent. Beatus Gebennensium Antistes Franciscus de Sales in libris de amore Divino, similitudinem quandam Phœnicis adducit, quæ postquam contentur, in altissimi montis culmine, quandam odoriferorum lignorum copiam in unum colligit, super quibus in molli lecto dies suos hunc in modum claudere dicitur, nam ad ardentissimos Solis radios, alas suas excutens, & excutendo ignem super illa lignorum strue accendens tandem semetipsam conflagrat & consumit, ut denuo in vitam novam renascatur: *Qua est ista, qua ascendit de deserto sicut virgula sumi ex aromatzibus myrrha & thuris, & universi pulveris pigmentarij?* Enimverò postquam beatissima Virgo per vivacissimam quandam memoriam omnia vitæ, Passionis & mortis Filii sui amabilissima mysteria simul in unum in Spiritu suo collegisset, illisque in mediantibus ardentissimas quas Sol justitiæ in ardenti amoris sui metidie, puræ cuiuspiam creaturæ immittere potest, inspirationes recepisset, ipsa igitur hisce radiis per altissimam contemplationem cooperando ad eò exarsit, ut velut suavissimum quoddam holocaustum totaliter conflagraret, & consumpta fuerit. Unde à S. Hieronymo vocatur *Virgula sumi concremata intus in holocaustum incendio piæ amoris, & desiderio Charitatis.* Porò Suarez modum, quo per amorem emori potuerit, ita declarat: *Fieri potest, ut*

mens tanta efficacia, & intentione in his actibus amoris, & ardentissimi desiderij & altissima contemplationis occupetur, ut veluti destituant corpus, ita ut paulatim ejus dispositiones remittantur & deficiant, ac tandem ob earum defectum non possit anima in corpore conservari. Dionysius Carthusianus de transitu B. Virginis ita scribit: *Ad intuitum dilecti filij cum incomparabili inspiravit ardore, divinarum quoque rerum contemplationi erant profundissime tunc intenta, ergo præ spiritualis suavitatis affluentissima ac ferventissima dilectione separabatur sine pœna à corpore.* Porò de B. Virginis Assumptione hunc in modum canit Ecclesia: *Qua est ista qua ascendit de deserto delictis affluens: quales autem hæ delicta sint, ex aliis verbis colligitur, nimirum: Quam pulchra es, & quam decorata charissima in delictis? Ubi septuaginta legunt: Quam pulchra, & quam juvenis facta es Charitas in delictis tuis?*

3. Ehem quales fuerunt Mariæ post ejus in Cœlum assumptionem erga dilectum suum affectus & suspiria? Hæc utique effecerunt, quod coacta fuerit sæpius replicare trahere me post te, ubi Cardinalis Hilgrinius ait: *Dirigit B. Virgo sermonem ad filium dicens: trahere me post te ac si diceret: tu assumptus es ad Patris dexteram, assume Matrem ad gloriam.* Dionysius Carthusianus Historiam adducit Jacobi Patriarchæ, cui postquam nuntiatum esset, quod Filius ejus in Ægypto vice Rex constitutus etiamnum viveret, ad eum videndum impatientissimus dixit: *Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus vivit, vadam & videbo illum: Non sic Iacob Patriarcha affici potuit ad videndum filium suum Ioseph jucundum dominum antem in Ægyptum, quantum afficiebatur piissima Mater & Virgo ad conspiciendum unicum suum filium Iesum gloriosissimum atque regnantem in cœlo.* De S. Paulo postquam à Divino lagitatorio vulneratus esset, scribitur, *Desiderium habens dissolvi: & esse cum Christo.* quanto igitur ardentius virgo strictissimam illam cum filio unionem suspirare debebat, maxime quando ipsa in illa factatissima humanitate magnam sui ipsius partem esse sciebat: Tritum & omnibus quasi obvium est illud S. Augustini axioma: *Anima magis est ubi amat, quam ubi animat.* Et idem anima virginis in filio absorpta dici potest, & filius vicissim indissolubiliter ei

Lib. 4. de
laud. Virg.
art. 3.

Cant. 7. 69

Cant. 1. 7.

Ser. 1. de
Assump.

Gen. 45.
28.

Phil. 1. 3.

COM.

2. 1. in 3. p.
disp. 21.
sect. 1.
Lib. 2. c.
62.

p. 2. lib. 1.
cap. 13.

Ser. de Assump.

conjunctus; unde longè melius Apostolo dicere poterat: *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.* In bilancem velim ponatis amorem quo quotquot unquam fuerunt, aut ad finem usque sæculorum futura sunt, animæ Deum amarunt, adjiciatis pariter omnium Spirituum beatorum ab infimo usque ad supremum ardentem Charitatem, & invenietis utique amorem beatæ Virginis omnium aliorum dilectione superiorem fuisse, magisque intentum, non solum ob ferventissimum actuum multipliciter & vehementiam intensiōis, verum etiam ob objecti amarit singularitatem & relationem. Cum enim aliæ Creaturæ Deum velut summum bonum, ut Creatorem, Redemptorem & glorificatorem suum diligant: Beata Virgo insuper ipsum tanquam filium suum, eumque adeo dignum, adeoque benè meritum amavit: *Dilectus meus mihi & ego illi. Non est in nobis quis nisi adepto Deo* inquit Bernardus; & S Augustinus ait: *Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.* Hujus objecti beatifici, hujus summi & infiniti boni totalis consecutio tanto magis desideratur & suspiratur, quanto majus est lumen & agnitio, quæ de tali bono habetur, hoc autem in beata Virgine perfectissimum erat; Et quidem tamerli ei Angelus verissimè dixerit: *Dominus tecum, nondum tamen filio suo adstricta erat revelata facie gloriæ speculari, sed vidit tantum per speculum in enigmate, nisi dicere velimus ipsam aliquando per modum transeuntis perfrui-tam fuisse aliquali radio.* Et idè meritò S. Bernardus ait: *Si tantum concupiscit presentiam Filij existentis in terris, quid posseare gnantis in caelis? Duo illi discipuli, qui post Salva-*

Scr de Assumpt.

toris Resurrectionem in Castellum Emmaus concedebant, in brevissimo illo temporis spatio, quo ejus societate gavisi fuerant cor sibi charitatis igne inflammari senserunt: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueremur in via* Hinc igitur conjiciatis licet, qualis fuerit amoris ardor, quo beata Virgo per triginta trium annorum spatium cum Christo adeo erga se venerabundo obsequio, sibiq; unicè dilecto filio suo habitum consortium in anima sua exarsit: Hoc igitur supposito, quis est, qui non videat, qualiter, cum fortis sit ut mors dilectio hæc tam excessiva virginis charitas, animam ejus à corpore separare, eamque centro suo, qui Filius ejus est, Deum charitas est, unire pervalerit? Ecce tibi quibus verbis filius hodie non jam matrem, sed sponsam invitet, dicendo: *Veni sponsa, ad denotandum, quod amor eam desuper in triumphum circumduxerit* S. Bernardus ait: *Felicia pro-fusus oscula labijs impressa lactentis! nunquid non feliciora censebimus, quæ ab ore sedentis in dextera Patris, in beata salutatione suscepit, cum ascenderet ad thronum gloriæ?*

Luce. 24. 35.

Ser. de Assumpt.

4. Verum enim verò quid in eo latet mysterii, quod dicat: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* In memoriam hoc loco revocandum est, filium paulè in iisdem Canticis florem nominatum fuisse: *Ego flos campi*; item pomo comparatus fuit: *Sicut malus inter ligna sylvarum* & idè pro sui in hoc languore & infirmitate restauratiōe & refocillatiōe nihil aliud quam hæc flores, & poma requirebat, quod idè erat, ac si dicerem: *Inter filii sui dulcissima brachia requiescere desiderabat.*

Cant. 2. 1.



DE
SANCTO ROCHO
CONFESSORE
 DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSVS I. S. Rochus variorum territoriorum existens Dominus, in regionibus exteris peregrinatus est, ut Regnum sibi Evangelicum compararet.

DISCURSVS II. Idem S. Rochus consideratur, prout depingitur in habitu Peregrini, & ex hujus conditionibus variæ eliciuntur ejus virtutes & merita.

DISCURSVS III. Peradductam Josephi Patriarchæ Historiam de tormentis à S. Rocho in sua captivitate toleratis tractatur.

DISCURSVS IV. Cum S. Rochus è materno utero coloratâ quadam Cruce signatus egressus fuerit, ideo qualiter per totum vitæ suæ decursum Crucem portaverit, ostenditur.

DISCURSVS V. Ex variis expositionibus super illa verba Psalmi: In cathedra pestilentiae non sedit, S. Rochum ab illa valdè alienum fuisse, ideoque sibi solemne illud aduersus pestilentiam patrocinium comparasse ostenditur.

S. Rochus variorum territoriorum existens Dominus seu propriarius, in regionibus exteris peregrinatus est, ut Regnum sibi Evangelicum compararet.

DISCURSVS PRIMVS.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum & reverti. Lucae

Cap. 19. v. 12.

1. **I**Nter alia Evangelia, quibus sancta Mater Ecclesia Confessorum non Pontificum festa honorare consuevit, unum est id, quod hodie legitur, in quo parabola illa, quæ quoad presentem sanctum Rochum Confessorem potius Historia est recensetur. Ille namque Dei Filius, qui *alio à longè cognoscit*, in hodierno Evangelio dicit, seu ut melius dicam, prædicit, quod vir quidam nobili genere natus, dives, & Dominiorum potens è territorio suo in regionem longinquam abiverit, demum tamen ad propria reversurus; eratque pro-

prolixum hoc iter in hunc præcipue finem institutum, ut regnum quoddam sibi compararet: *Homo quidam nobilis, &c.* Porro parabolam hanc quoddam eorum, quæ S. Rochus facturus erat, vaticinium & prædictionem fuisse, facile is crederet, qui vitam Sancti illius diligenter considerat. Sanctus etenim hic in Gallia Occitana, sive Languedocci Provincia urbe, quæ mons Pessulanus dicitur, ex prosapia nobilissima, multarum regionum Dominus natus est. Cùmque unicus Generatorum suorum hæres superstes mansisset, in ætate duodecim annorum constitutus pecunia ex venditis facultatibus comparata in pauperes regaliter distributa habitu tertia Regula S. Francisci indutus, commisso subditorum gubernio, patriæ, parentibus, delitiis atque voluptatibus æreorùm valedicens, in simplicis cuiusdam peregrini habitu huc Romam adproperavit; undè sanctum hunc peregrinum seu viatorem hinc ab Eusebio Emisleno editis lamentis, in hæc ejus honorificentissima fuga prosequi non posse videmus, dicendo: *Quid te sancte & humilis Christi serve tuorum compleribus præcipitem rapis sine causa?* Verùm protinus nobis responderi posset, in hoc iter ipsum se non sine efficacissima causa movisse; quod enim cunctorum suorum territoriorum dominium ultrò citòque aliis cesserit, hoc potissimum sine factum fuit, ut pro illis amplius quoddam regnum sibi compararet; *accipere sibi regnum.* Hoc, inquam, fuit unicum illius: *abiit in regionem longinquam*, motivum, non verò Romam concessit, eò quod hæc totius esset mundi Regina atque monarcha, sed *accipere sibi regnum*, illud videlicet, de quo Christus ait: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Enim verò quodnam vel quale regnum fuerit, paulisper examinemus.

2. *Accipere sibi regnum.* Regnum hoc, si rem bene consideremus, Evangelii adimpletio fuit; hanc enim Salvator noster regni nomine hæc verbis appellavit: *Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud regnum Dei*, id est, ut Glossa explicat, doctrinam Evangelii; hujus igitur sceptri ascensionem meditatus fuit, quando illud executus fuit consiliū: *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Totum reliquit, inquit Eusebius, sed quo pu-

Mansi Sanctuarii Tom. III.

tas sine? *Ut illum posset obtinere, qui totus est; dicitur cum Apostolo: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.*

3. *Accipere sibi regnum.* Ecquis verborum illorum: *Regnum Dei intra vos est*, verummihi sensum explicabit? Venerabilis Beda ait: *Regnum Dei seipsum dicit, intra ipsos positum, id est, in cordibus eorum, qui crediderunt, regnantem.* Hugo autem per *Regnum Dei*, bonam conscientiam intelligendam esse dicit. Undè sanctus ille Eremita, qui soli Deo lætus vivebat dicens: *Christum à me tollere nemo potest*, dicere solebat, per *Regnum* istud vel Christum, vel bonam conscientiam intelligitur; ut autem de hoc regno sibi comparando tantò certior esse posset, mundo, qui ei utpotè juveni, nobil, diviti, libero, & unico multorum territoriorum Domino, amicus & blandus erat; terga omnino vertit; & quantò longinquus à mundo recessit, tantò se Christo arctius astrinxit. Undè S. Maximus ait: *Christianus qui mundum non possidet, hinc totum possidet Salvatorem.* Quod si verò per regnum istud bonam intelligere velimus conscientiam, videtur quòd ex eo, quod Theophylactus super eundem S. Lucæ contextum scribit, deducere perspicue possimus sanctum hunc nostrum Confessorem optimam fuisse conscientiam præditum: *Omnino regnum Dei est, more Angelorum vivere, quando nihil mundanum in animabus nostris versatur;* ex eo enim quòd nihil præterquam Deum in corde, anima, & conscientia habuit, id certè obtinuit, quòd totum mundum pedibus suis subiectum habuerit.

4. *Accipere sibi regnum.* Hugo de S. Viatore super illa verba: *Adveniat regnum tuum*, ait: *Quid est enim regnum Dei nisi salus hominum; tantum advenit, quantum salus hominum crescit;* quantò quis salutis animæ suæ securitati magis consulit, tantò amplius ei de hujus regni consecutione sperare licebit, quòd aliud non est, quàm beata æternitas. Porro solitudo illa & ingens cura, quam S. Rochus quoad usque vixit, de propria salute & beatitudine acquirenda habuit, probatione nequaquam indiget; siquidem illius causâ quicquid dominiorum in hoc mundo possedit, pro Christo & anima sua libenter deseruit, sceptrum è manibus deposuit, ut eisdem hastile seu baculum peregrinantium arripere. Venerabilis Beda de verè coronatis

Luc. 17, 21

Serm. 48. in append.

S. August.

In cap. 6. Matth.

Lib. 10. in Matth.

Hom. de S. Max.

Marc. 10. 15.

Matth. 19. 23.

Hom. cit.

natis Regibus, secundum Deum, non verò juxta hujus mundi loquendi usum tractans, de iis, id est, de justis dicit: *Sunt Reges magni, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse noverunt.* An verò sanctus hic Patronus nostri regnum istud debito modo gubernare noverit, accuratius velim non nihil examinemus. In primis igitur à prima ætate sensus suos sibi subditos habuit, quia eosdem rigidissimis semper jejuniis maceravit. Bellum quoque acriter movit, sed solum corpori suo, ciliis illud catenatumque & disciplinatum ferro coercendo; ambitionis etiam honorisque proprii æliminationem tanquam pessimum inimicum, cateroquin indomabilem penitus deiecit, quando avunculo suo dominia sua renuntians, servili, humili, abjectoque vivendi modo sese addixit. Divitiarum panter cupiditatem superavit, quando illas inter pauperes liberaliter distribuit, ipse verò ostium panem mendicando se sustentavit. Ecce igitur quanta bona; rofuderit, ut regnum istud, cui inquirendo operam dabat, sibi compararet. Hugo Cardinalis ait: *Hoc est premium hujus regni paupertatis voluntaria*; qui etiam S. Augustini testimonium adducit, in persona Christi hoc modo loquentis: *Vanale habeo; Et quid? Regnum cælorum. Quo emitur? paupertate.* Porrò terræ hujus regna iis præcipue venduntur, qui majoribus divitiis abundant, sive quia majorem asserunt pecuniarum quantitatem; non verò idem fit quoad regnum cælorum: hoc enim solus ille sibi vendicat, qui minus habet, imo qui pauperimus esse, & nihil habere desiderat: *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Sanctus Franciscus, qui magnus paupertatis amator & zelator fuit, illis Deuteronomii verbis: *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit;* hanc in favorem paupertatis interpretationem adhibet: *Quicquid nos pauperes religiosi contempnimus, pedibusque nostris conculcandum subjecimus, hoc totum dominio nostro subjectum erit, illiusque nos dominos efficiemus;* indeque hanc deducit consequentiam: *Paupertas omnia calcas, ergo est omnium Regina.* Fuit autem hæc paupertas in S. Rocho tantò admirabilior, majorisque meriti, quanto certius est illum nullum emisisse religiosæ paupertatis votum, sed paupertatem

In Luc.
c. 19,

In Regula
c. 6.

merè voluntariam & arbitrariam fuisse, à qua pro libitu suo recedere poterat, ad principatum suorum dominium redeundo. Et quidem tametsi revera post aliquantum temporis in paternam fuerit domum reversus, *accepto regno reversus est;* hic tamen reditus, ut suo loco videbimus, eò tantum spectavit, ut de comparati sibi regni securitate sibi magis prospiceret, non vero ut dominia & principatus hæcenus ultro derelictos, denuo sibi gubernandos & administrandos reassumeret; nam per ingeniosam ad inventionem in hujus acquisiti cælestis sceptri possessione se mediantibus passionibus & ærumnis tanto stabilius solidare voluit; scriptum est enim: *Si sustinebimus, & conregnabimus.* Tim. 1, 12. Quamprimum enim ad domum paternam denuo rediit, tanquam proditor & infidiosus explorator ab avunculo suo in carcerem conjectus fuit, ibique ad mortem usque compedibus & catenis enormiter obstructus, absque eo quod unquam manifestaretur, Hugo Cardinalis super illa proposito thematis verbat *Accipere sibi regnum,* dicit, id est, regnum Redemptoris, quod sibi & suis promeruit patientia.

5. *Accipere sibi regnum.* Moralís Seneca Lib. 3. nar. quatit: *Quid præcipuum in rebus humanis sit? quæst.* & respondet: *Posse lato animo adversa tolerare, quicquid acciderit sic ferre, quasi sibi voluerit accidere.* Ecce tibi in sancto hoc Confessore nostro præsentem casum in terminis: quicquid enim pro hoc beato regno sibi comparando peccatum, ærumnarum, afflictionum perpeffus est, hoc totum ex propria liberæ voluntatis electione sustinuit; quod enim principatum suorum regimini & dominio cesserit, quod in regiones longinquas peregrinatus fuerit, quod pauper & abjectus multis annis vixerit, quod denique velut impius patriæ suæ traditor longo tempore carceris squalores pertulerit; omnes hæc passiones ipsi voluntariæ & ultroneæ fuerunt: *Lato animo adversa toleravit; quicquid sustinuit, sic sustinuit, ut voluerit ea sibi accidere.* S. Petrus Damianus in sermone quodam de S. Alexio, mendicum Lazarum confiderat, qui ad pellendam famem ne quidem micæ ab Epulonis mensa deciduas habere valens, quia Epulo illas canibus potius projicere malebat. *In vitis esuriebat; potioris procul dubio meriti fuit pauper iste,* inquit de S. Alexio. Quod

Quod si Lazarus micarum licet modica subsidia habere potuisset, à fame stimulatus libenter eisdem assumpisset: Cui tamen alimenta nemo misericorditer indulgebat; iste vero dum sibi sumptuosa divitiarum omnium copia ultrò suppetaret, cum omnis hujus mundi gloria se sibi, si dignaretur gratis offerret, imò etiam nolenti se violenter ingereret, omnia repulit, cuncta contempsit. Idem quoque de S. Rocho dicere possumus, qui solido quinque annorum spatio in obscuro quodam & squalido carcere reclusus, catenisque & compedibus arctissime vinculus patienter perseveravit, cum tamen unico duntaxat verbo pronuntiato, ad instar Josephi à servilibus vinculis ad regia, ut ita dicam, sceptrum transire posset; n atroci hac & diuturna ærumnarum lucta, existimo quod ad reprimendos ingentis desiderii stimulos, quo se ab hoc carcere exiti cupiebat, quod unico tantum verbo prolato facere poterat, sibi metipsum dixit: *Subjecta esto Deo anima mea, quoniam ab ipso patientia mea;* ut in regno Dei sibi dominari & principari liceat, eoque se subicere voluit, ut inter compedes & manicas ferreas servus & mancipium factus, imò in regno hujus mundi veluti traditor quidam habitus fuerit. Optime Augustinus ait: *Quis tanta toleraret? Nunquid homo? Et si homo, nunquid à seipso?* Nequaquam, respondet sanctus Doctor: *Ab ipso patientia mea.* Tertullianus de patientia Redemptoris tractans ita scribit: *Taceo quod figitur, in hoc enim venerat; nunquid tamen subeunda morti etiam contumeliosus opus fuerat? sed saginari voluptate patientia discessurus volebat.* S. Rocho integram quandam in longa sua peregrinatione tor passionum & ærumnarum pœnositissimam sustinuisse illa tamen minime sufficiebat, neque contentus fuit quod carceres, compedes, manicas, catenas passus fuerit, quin etiam tanquam homo vilis, & infamis proditoris patriæ contumeliâ notari & maculari voluit, *saginari voluptate patientia voluit.* Idem verò Tertullianus alia quædam verba huic nostro proposito optime delerientia subjungit, dum ait: *Qui in hominis forma proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est.* Id quod de S. Rocho quoque dicere possumus; cum enim in summo voluptatum & deliciarum domus suæ apice pati & affligi

decrevisset, intra quinquennii solidum spatium ne unico quidem verbo aut gestu, imò ne per unquam cogitationem à suis agnosci voluit; & cur? *Nihil de impatientia hominis imitatus, patientiam imitari voluit Redemptori,* qui rogatus ut de cruce descenderet, in patibulo persistere tamen voluit, non obstante quod ei diceretur: *Alios salvos fecit, seipsum non valuit salvum facere.* S. Rochus multos ab epidimicæ peste liberaverat; ac tandem & ipse eadem peste in hoc diuturno carcere correptus, & ex ea mortuus fuit. Scitisne causam cur à Deo ab illa liberari non postulavit? *Saginari voluptate patientia discessurus volebat.* B. Aegidius S. Francisci focus dicere solebat: *Qui patienter susinet tribulationes propter Deum, tenet jam pedem in alio mundo.* S. Rochus, ut diximus, nullum in hoc mundo pedem tenuit; siquidem peregrinus in eodem vixit, adeoque per patientiæ suæ merita non unum tantum pedem, sed ambos in alio mundo habuit. *Vbi ego sum,* inquit Christus, *illic & minister meus erit.* Verè hic Sanctus verus Christi minister fuit, ideoque regni ipsius possessionem accepit; nimirum de illorum genere fuit, de quibus S. Apostolus scribit: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.* 2. Cor. 6. 4. Notandum est autem, ex quibus verum quandam Dei servum agnosci velit, nimirum in omnibus illis, in quibus virtus sancti Rochi emicuit: *In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in vigiliis, in jejuniis multis.*

6. Accipere sibi regnum. Servire Deo regnare est. S. Rochus Deo serviendo, pedibusque suis sceptrum & dominia substernendo & calcando, mundi gloriam & venerationem non solum in caelo, sed & in terra sibi acquisivit. De Moyle Propheta Domini scribitur, quod *negavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei.* Undè Chrysostomus hanc deducit consequentiam: *Majus ergò bonum est afflictio, in quam se conjicit ex regia.* Neque irrita fuit hæc à Moyle facta electio, quia mox ut se Moyses Dei servitio addixit, Deus quoque eidem declaravit dicens: *Constitui te Deum Pharaonis.* Undè colligitur quod servi Dei ipsi quoque Regibus timorem & venerationem incutiant. Enimverò nunquid sibi S. Rochus

Ps. 52.

In Ps. 52.

Lib de Patientia, c. 3.

tantam sibi penes mundum comparasset gloriam, si sua sibi retinisset Domina & Principatus, imò si univèrsa possedisset totius mundi regna, quantam assecutus est per illorum fugam, sui que ipsius contemptum. Etenim paucos San-

ctos esse constat, in quorum honore tot finè erectæ Capellæ, Altaria, Confraternitates, Hospitalia, Orationa & Ecclesiæ in omnibus orbis civitatibus & territoriis, quot erectæ fuerunt in S. Rochi honore & venerationem.

Idem S. Rochus consideratur prout depingitur in habitu Peregrini; & ex hujus conditionibus variæ eliciuntur ejus virtutes & merita.

DISCURSUS SECVNDVS.

Sint lumbi vestri præcincti. Luc. cap. 12. vers. 35.

1. **P**lanè mysticus est habitus ille, in quo S. Rochus depingitur; quia tamen omnes, quotquot in hac mortali vita vivimus, viatores & peregrini simus, hic tamen succinctus peregrinantium habitus ipsi propriissimè adaptatur: non solùm ideo quòd tota ejus vita continua quædam fuit peregrinatio, verùm etiam quia præ cunctis aliis Sanctis peregrinantium conditiones in virtutibus & heroicis actionibus suis expressit. Undè longè meliùs Davide Deo dicere potuit: *Advena ego sum apud te & peregrinus.*

Ps. 38. 13.

2. Quando quis iter aliquod adoriri, & per varias regiones peregrinari decrevit, tunc id, ad quod se primò omnium resolvere debet, in hoc consistit, ut scilicet patriæ, parentibus, amicis, & quas domi suæ habet, vitæ commoditatibus valeat & terga vertat. Idem quoque sanctus hic Confessor noster adimplevit; siquidem duodecimum annum agens amplis se divitis paternis, quarum unicuique superflues hæres remanserat, privavit, pauperibus easdem distribuendo; omnemque commoditates, delicias, suorumque Principatum imperium deserens, pauperem quandam & contemptibilem vitam elegit. San-

ctus Bruno optimè invitatorium illud, quo Deus animam sanctam excitat, nimirum: *Veni sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis;* ponderans, quærit: Quonam modo illi, priusquam pugnam adorsa fuerit, coronam promittere potest? Nunquid Apostoli axioma est: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit?* Quænam hujus animæ hætenus recensita fuere certamina, ob quæ præmii & retributionis causâ ad diadema vocetur? Ergone tanta res est montem Libanum ad unam sponsi vocem & invitatorium relinquere? Imo verò, inquit Sanctus: *Ipsam igitur venire certare est;* audite rationem quam addit: *Neque enim ei facile fuit patriam parentesque relinquere, pristinos mores, antiquam consuetudinem.* Et quidem in quibus vitæ commoditatibus atque deliciis adolescentem hunc divitiarum dominiorumque paternorum unicum hæredem, genitorum suorum operâ à primis annis nutritum fuisse existimatis? & tamen hic in juvenillimo annorum luorum flore internam Dei vocem sequens, sumpto in manu peregrinantium baculo, à Libano, id est, humanarum felicitatum centro recedit, atque per invia & devia, præruptaque rupium & viarum, perque vias arduas & difficiles perripens, ad ærumas & afflictiones sustinendas sese accin-

git. Id quod vera magna cujusdam perfectionis & sanctitatis specimen fuit.

3. *Et peregrinus.* Ut peregrinantes ad ambulandum expeditiores esse valeant, nunquam multâ supellectile, multâque pecuniis onerare se solent; id enim faciendo nil nisi laborem & fatigationem sibi parerent. *Amor meus, pondus meum,* inquit S. Augustinus. Enimvero ponderosior, quæ cor & animam nostram aggravat, sarcina est amor & affectus inordinatus, quo res terreas prosequimur; ideoque S. Petrus primos fideles obsecrando rogabat dicens: *Obsecro vos tanquam advenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.* Porro S. Rochus pondus istud deposuit, quando se divitiis, honoribus, delitiis, libertate, voluptatibus; cunctisque aliis quæ mundus liberali manu ei conferebat, ultrò citròque cessit. Optimè Theodoretus notat, quod porta Tabernaculi per mysticam quandam architecturam Orientem spectaverit, ad insinuandum, quòd quisquis se divino servitio dedicare statuit, is primò Iusthmanâ prosperitatis Orienti tergum vertat, necessum sit. Eliseus ab Elia ad sui sequelam invitatus, ultimum vale parentibus dicturus ad eoldem abeundi licentiam accepit, ad agrum verò reveritus par quoddam boum, quibuscum terram excoluerat, maceravit, eosdemque juxta ligna confracti aratri excoxit. Verùm dicat fortasse aliquis: nunquid igitur alia ligna præsto erant, quam conscissi & confracti aratri? ac deinde aut ad unicum prandium tantum unicum par boum, vel alia modica paria macerantur? Abulensis respondet: *Hoc fecit, non quia non haberet alia ligna, sed quia transibat ad Dominum, omninè volebat renuntiare saculo, ita ut nihil relinqueret in illo quòd pertineret ad ipsum.* Equidè sanctus Confessor noster à lenocinante eiq; ablandiente mundo plus aut amplius illo, quod ei copiosè donaverat, recipere nequaquam poterat, utpotè qui imperia, honores, sanitatem, juventutem, vitæ libertatem, delicias & voluptates in suo positas arbitrio habebat; at verò hæc omnia non nisi animam nostram aggravantia pondera esse cognoscens, prædictis omnibus sese perlibenter privavit, ad hoc ut in præsentis exilio ad cælestem patriam tantò agilius & expeditius procedere posset: *Projecisti mundum, ut acquireretis caelum,* inquit S. Petrus Damianus.

4. *Peregrinus.* Peregrinaturus viam ingreditur regionem, tritam & directam, ne in periculo sit in prærupta & præcipitia viarum incidendi. Enimvero via, quam peregrinus noster ingressus fuit, est ille qui de seipso ait: *Ego sum via.* Undè S. Leo Papa ait: *Meritò Dominus iste factus est via, quia nisi per Christum non iur ad Christum.* Porro sanctus Confessor noster ex industria sibi vitam & passionem Redemptoris nostri imitandam proposuit, prouti ex historia vitæ ejus facile colligere licet; ideoque, prouti deinceps videbimus, increata illa Sapientia disposuit, ut è materno utero colorata quadam cruce prodiret signatus, utpotè qui Redemptoris sui crucem esset portaturus.

5. *Peregrinus.* Peregrini, qui ab aliis agnoscere aut honorari nolunt, modico quodam, paupere & peregrino se habitu induunt, seque ad humile quodvis ministerium demittunt, & pedites incedunt. S. Rochus non solum vestitus est habitu peregrini alicujus extrinsecus, verùm insuper & longè magis hoc habitu indutus est interiori in anima sua, humilimè de semetipso interiori sentiendo, seque ipsum demittendo & contemnendo; ait quidem Chrysostomus: *Hospes vilis & contemnendus esse videretur;* hoc tamen de illis intelligendum venit, qui ob fines & respectus humanos per mundum discurrunt, non verò de iis hospitibus, qui ex amore Dei & per spiritus & virtutis instinctum peregrinantur: *Nos hospites eos appellare solemus, qui reliquâ suâ patriâ in alienam regionem perveniunt;* sunt verba ejusdem Chrysostomi, qui paulò post de sanctis Patriarchis tractans, de quibus S. Paulus loquitur, ita ait: *Illi verò non ita erant hospites, sed quòd orbem universum despicerent, & parvi facientes terram ad cælestem illam civitatem respiciebant;* talis verò Sanctus noster erat, qui per mundum peregrini instar vagatus est; quia eundem contemnebat, utpotè quem pedibus suis subiectum habebat, quemque dum adhuc variorum territoriorum Dominus esset, toto corde contempserat. Hoc quoque vili habitu sese induit, ne sibi agnito obsequia ab aliis deferrentur, maxime quando ad domum patebant denuo redit; in qua de seipso dici potuit, quod de S. Maximo dixit Emilianus: *Stupebat in sinu suo patria civem suum peregrinari;* hunc autem S. Max. tem stuporem patria & concives ejus tunc vel maxime concipiebant, quando ipsum quinque

Hom. 6. de Anna.

Hom. de S. Max.

annis continuis in tenebricoso quodam carcere inter compedes & manicas ferreas, tanquam reum, & patris suæ, cuius verus Princeps & Dominus erat, traditorem affigi elegisse intellexerunt. Sileni Alcibiadis, imagines quædam erant, quæ aperiebantur, quæ quidem extrinsecus vultus præfererebant turpes, deformes, monstrosos atque ridiculos; at tamen mox ut aperiebantur, angustam quandam prodebant deitatem, quas proinde cæci gentiles veluti Deos immortales adorabant. Socrates quoque hispidus quidam rusticus esse videbatur, cum tamen stupendum esset temporis sui oraculum. Quemnam nobis de sanctis Apostolis formaturi fuisset conceptum, si nobis illos videre licuisset nudipedes, laceros, & veluti abjectum hominum propudium ab omnibus passim contemptos; & tamen vero in ipsis magnificentum illud adimplebatur encomium: *Vos seculi iusti iudices, & vera mundi lumina.* Ad eundem profus modum si quis solo corporis oculo S. Rochum contemplatus fuisset, quando vili & ignota veste procedebat indutus, haud dubie eum existimasset vile quoddam esse mendicabulum, & tamen vere de eo dici poterat, ipsum utpotè Apostolicam quandam vitam profitentem, strenuum esse virtutum meritumque Apostolicorum æmulatorem, cui proinde dici jure merito potuisset: *Iam non es hospes & advena, sed es civis Sanctorum, & domesticus Dei.*

Gen 12. 1.

6. *Peregrinus.* Quondam Deus hisce Abrahamum verbis alloquebatur: *Egrederere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi, faciamque te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus; benedicam benedictibus tibi; in te benedicuntur universa cognationes terræ.* Quam aperte autem hæc omnia Sancto nostro adaptare valeamus, quis est qui non videat? vix etenim ipsum ex solo Dei amore in exteris usque regiones procul à suis peregrinantem conspicietis; quin etiam ipsum plurimis à Deo modis glorificatum fuisse clarè videbitis: *Vbiq; locorum,* inquit Baronius in suis ad Romanum Martyrologium annotationibus, *ejus veneranda imagines, altaria, sacella & templa erecta fuerunt;* etenim Deus congruentissimè ita disposuit, ut in omnibus Christianissimi locis omnes fideles sanctum

hunc Confessorem certatim honorent, vota in ejus gratiam memoriam ubique suspendendo, huncque communi consensu festivissimè celebrando, adeo ut de ipso verificetur illud: *Magnificabo nomen tuum, erisque benedictus; in te benedicuntur universa cognationes terræ.* Etenim Italianam affecutus, in eaque Aquapendentem usque pertingens, multosque eodem in loco mortiferæ pestis contagio correptos inveniens, hospitalia ingressus est publica, ibique ad inferendum pestiferis promptissimè sese exponens, eosdem formato sanæ Crucis signo protinus operatæ valetudini restituit. Undè in præfato Martyrologio dicitur: *Multas Italia urbes à morbo epidimia signo Crucis liberavit;* quæ quidem miracula Romæ, Casenæ, Placentiæ, aliisque, quas ignoramus, in civitatibus operatus fuisse noscitur, donec tandem in fine annorum suorum constitutus, ab eodem hoc contagioso morbo correptus fuit; eo autem jam de facto obnoxius existens, cum hanc à Deo postulasset gratiam, ut quotquot piè ipsum in precibus suis invocarent, ab omni pestilentia lue immunis evaderet, protinus eandem à Deo obtinuit, à quo tempore non solum privati homines, verum etiam integræ diversorum populorum nationes atque provinciæ huic flagello subjectæ, ad ejus recurunt patrocinium, illudque semper sibi propitium experiuntur. Enimvero dum Anno 1414, in urbe Constantiensi œcumenicum illud celeberrimumque haberetur Constantiense concilium, accidit ut idem ille locus ob aëris infectionem lethiferâ pestilentia lue mirum in modum corripereetur; mox vero ut in votiva quadam Processione solemniter venerabilis S. Rochi imago in publicum delata fuit, contaminatus urbem præfatam ambiens aër pristinae suæ puritati atque incolumitati protinus restitutus perman-
in annos,
Martyr,

7. *Peregrinus.* Quotidie videmus, quod peregrinus in nulla civitate aut villa, quantum-

vis

vis illa delitiosa sit, unquam diu subsistat, neque obtripudi, aliaque quæ in vicis, quos pertran-
sit, aguntur festiva gaudia, aliquam in ea, quam
obit, platea moram trahit, secus enim ad præ-
scriptum sibi vitæ terminum tardè nimis appelle-
ret, E qua peregrini conditione S. Leo Papa de
spirituali peregrinatione scribens, morale hoc
elicit documentum: *Ita à fidelibus hac tempo-
ralia decurrantur, ut peregrinari se in hac
mundi valle cognoscant, in qua etiam si qua-
dam commoda blandiantur, non amplectenda
nequiter, sed transeunda sunt fortiter.* Idem
quoque sanctus Pontifex eam, in qua multi in
hac mundanis illecebris tantopere subiecta vi-
ta, dies suos transigunt, continentiam conside-
rans, ita scribit: *Beata mens, qua peregrinatio-
nis sua tempore casta sobrietate transcurrit. Et
in iis per qua necesse est eam ambulare, non re-
manet, ut hospita magis quam domina terreneo-
rum.* Quæ verba S. Rochi aptissime cõveniunt;
hic enim cùm duodecimum ætatis suæ annum
ageret, viros amplexus est, suoque corpori ad-
hibuit rigores & austeritates: in ea namque æ-
tate omnibus illi ætati perquam familiaribus de-
litiis, recreationibus atque divitiis nuntium per-
fectè remisit; & ne inter prodigiosa miraculo-
rum patrata opera per humanæ gloriæ vanita-
tem abriperetur, ab omnibus, quibus notus erat,
hominibus studiosè se subduxit, seque in fugam
recipiens, in media abjectissimorum hominum
turba incognitus, in hospitalibus cunctis prom-
ptissimè deserviebat.

8. *Peregrinus.* Inter vagos mundi hujus via-
tores multi sunt, qui quicquid in variis regionibus
boni, pulchri, aut pretiosi & novi inveniunt,
studiosissimè sibi comparant, ut ea in patriam
suam reversi, aliis spectanda præbere possint. Id
quod Eusebius Emisenus applicans ait: *Sic in-
dustrius atque avidus negotiator extera atque
longinqua expetit, collaturus regionibus suis*

*peregrina atque pretiosa commercia, absente at
se paulisper a patria, ut novas opes atque divi-
tias transmarinas reportet ad patriam.* Porro
S. Rochus quæ in patria sua possidebat dominis,
status, delicias, divitias, honores & obsequia,
cuncta generosissimè est aspernatus; novas au-
tem pretiosissimas, & inestimabili valore cen-
sendas alias merces, nimirum labores, ærumas,
pericula, opprobria, famem, sitim, nuditatem per
totum mundum studiosissimè perquisivit, hæ-
que tam peregrinas divitias in patriam suam se-
cum detulit, ut illis in obscuri carceris sui exant-
lato quinquennio gaudere posset, utpotè in quo
tanta sustinuit, ut ne quidem contagiosa epide-
miæ pestis, quam in tot aliis locis repertam in
fugam egerat, ipsi defuerit, tamen illam in totius
proximi utilitatem atque beneficium in corpore
suo admiserit, ut tantò fieret Deo gravior atque
acceptior.

9. *Peregrinus.* Quoniam mysterio factum fuis-
se existimatis, quod Salvator peregrini habitu
non priùs sese accinxerit, quam postquam post
gloriosam resurrectionem suam gloriosi corpo-
ris dotibus amictus comparuit, id est, postquam
in castellum Emmaus abeuntibus discipulis ma-
nifestus apparuit? equidem ideo id factum esse
existimo, ut per hoc perspicuè nobis insinuaret,
solos peregrinos insigni æternæ beatitudinis ar-
rhæ vel pignore locupletatos esse. Undè Hugo
Cardinalis ait: *Post resurrectionem peregrinis* *In cap. 25^o*
apparuit, & in forma peregrini, quasi dicat. So- *Genes.*
lis peregrinis apparebo in gloria. Porro peregrini
multis subjiuntur pluviarum, ardentis Solis,
lassitudinis, famis, sitis, aliorumque dispendio-
rum injuriis; in quibus ærumæ illæ denotantur,
quibus illi in hac vita subiacere debent, qui ad
cœlestem patriam contendunt. Legatis velim
beati hujus & felicissimi peregrini vitam, sic e-
nim facile, quot & quantis subiectus fuerit æru-
mnis, intelligetis.

Per adductam Iosephi Patriarchæ historiam de tormentis S. Rocho in sua captivitate toleratis pulchrè differitur.

DISCURSVS TERTIVS.

Beatus vir qui suffert tentationem. Iacobi cap. 1.

1. **Q**UODNAM est elementum illud, in quo pretiosum, & in ditissimo paradisi aërio reponendum aurum probandum erit? quisnam erit probitatem ejus indicans lapis lydius? utique tentatio, passiones, adversitates; dicitur enim: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.* Nos quidem hodiernâ die S. Rochum fulgentissimo diademate redimitum devoti veneramur, at vero aurum, è quo diadema istud adeo pretiosum fabrefactum fuit, prius per poenarum ac tormentorum ab ipso lubenti animo toleratorum flammâ ignemque urentem pertransire debuit; de quibus in præfenti Discursu agendum nobis erit, veruntamen ne nimis latum campum ingrediamur, Discursum hunc nostrum ad ultimas restringemus vitæ ejus periodos: & quidem priusquam illud aggrediamur, celeberrimam illam venditi Iosephi historiam Geneseos cap. 42. descriptam in sancti hujus Confessoris laudem ponderemus. Etenim extrema famis necessitas, qua terra Chanaan afflictabatur, filios Jacob, ut frumenti sibi comparandi causâ in Ægyptum se reciperent, coëgit, ubi postquam necessitatem suam Iosepho regni illius Vice-Regi ea qua par est cum reverentia insinuassent, Ioseph ipsos fratres suos germanos esse protinus agnovit, tametsi ipsi id ne somniassent quidem; ideoque illos quoad externam apparentiam, duriusculè habuit: *Cumque agnovisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur; ipsos namque calumniabatur tanquam regni explo-*

ratores, dicens: *Exploratores estis, ut videatis infirmiora terra, venistis;* ideoque illos in tetrû carcerem conjectos, vinculis ferreis atque compedibus adstringi præcepit: *Vos eritis in vinculis, donec probentur qua dixistis, utrum vera an falsa sint.* S. Gregorius laudes S. Scripturæ exponens dicit: *In Sanctorum vita cognoscimus, quid in sacra Scriptura volumine intelligere debeamus,* quod cum trito illo Pauli axioma te prorsus convenit, quo dicitur: *Omnia in figura contingebant illis.* Quis enim non videt in hoc facto multis ab indè sæculis figuratum fuisse, quicquid in persona sancti Confessoris nostri eventurum erat? Porro in ejus vita legimus, quod cum in primis ætatis suæ annis à monte Pellulano, cujus loci unâ cum pluribus aliis hæreditariis statibus suis dominium possidebat, in assumpto peregrini habitu, relicto penes patruum suum subditatum regionum suarum dominio discessisset, tandem post multos annos, quando jam susque dequæ patria sua bellorum turbine everta erat, ab eodem patruo suo velut perfidus traditor & explorator in carcerem squalidum conjectum, mannicisque & catenis ferreis ab eodem onustus & constrictus, & quinquenni solidi spatii commoratus fuerit. Enimvero utramque audistis historiam, nunc pro majori fructu nostro spiritali eas, quæ inter utramque historiam intercedunt, convenientias pariter & differentias observemus. Ioseph igitur suos quidem fratres probè agnoscebat; veruntamen priusquam in fraternos eorundem rueret amplexus, eosdem affligere voluit, ut quilibet eorum dicere posset: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes*

Hom. 19.
in Ezech.

solationes

solationes tua laetificaverunt animam meam ; at verò quod sanctum hunc Confessorem attinet, ipsum à patruo suo agnitum fuisse non constat, licet patruum eidem à primo reditus illius momento notissimum fuisse noscatur esse certissimum, imò recenti insuper tenuis memoria, se è dominiis suis abeuntem ultro citroque eidem in cunctos ditionum suarum subditos sceptrum consignasse pariter & imperium; & ideò patruus præfatus mox ut post mortem sancti Confessoris, eum quem vinculis immaniter adstrinxerat sanctum Rochum fuisse intellexisset, inconsolabiliter inædolvit. Et ideò Historia dicit: *Patruum recognoscens, non est agnitus ab eo.* Præterea Joseph ad fratres suos quasi ad alienos durius loquebatur, licet id sub simulationis tegmine heret. Pari quoque ratione, quia sancti Confessoris servi & subditi eum non cognoscebant, eundem tanquam reum & perdidum reipublicæ traditorem indignissimè habuerunt. Porro quod Josephi fratres eum non agnoscerint, hujus Chrysostomus hanc proposito nostro valde oportunam adducit rationem: *Quia multum temporis intercesserat, faciem non agnoscerunt; verisimile enim est juvenem olim, nunc immutatum faciei sue effigie; idque totum opinor divina dispensationis fuisse, ita ut non potuerint vel ex sermone vel ex aspectu fratrem cognoscere.* Joseph persuasum sibi esse simulabat, fratres suos nullo alio sine Ægypti regnum ingressos fuisse, quam ut vires & fortitudinem illius explorarent, hocque prætextu ad eos mortificandos utebatur: Unde dicebat: *Exploratores estis, vel ut sanctus Augustinus legit: Exploratorum pœna digni estis:* Similiter sanctus Rochus tamen & ipse nequaquam eo fine in patriam suam redux factus fuisset, ut munitiona illius loca exploraret, attamen veluti proditor & explorator patriæ suæ captus & multatus fuit; *exploratorum pœna affectus fuit.* Abulensis dicit per exploratorem in hac occasione, de qua Joseph loquitur, illum præcipue intelligi, qui principis alicujus statum ex omni ejus parte considerat, situm loci, vias earumque impedimenta, mœnia eorumque fortalicia diligenter investigat, ut demum reversus ditionem in suam redigere potestatem valeas, id quod ad sanctum Rochum minimè quadrabat, siquidem Mons pessulanus cum omnibus dominiis ad-

Mansi Sanctuarij Tom. III.

jacentibus S. Rocho tanquam legitimo, naturali & hereditario Principi suo subiectus erat. Porro fratres Joseph ab omni se culpa exonerantes, coram eo suam contestati sunt innocentiam, dicentes: *Nec quicquam famuli tui machinatur mali, quin potius servos se sejus adductissimos esse declararunt, famuli tui;* ad eundem modum S. Rochus eorum qui eum tanquam servum & vile mancipium vinculis onerabant, verus & naturalis Dominus atque Patronus erat. Fratres sapienti S. Josepho dixerunt, *Pacifici venimus,* id est, ut Abulensis declarat: *Non ad pugnandum venimus;* hoc autem generosus athleta noster dicere nequaquam potuit, utpotè qui patriam suam, imò carcerem illum in quo delitescerebat, in certaminis campum sive arenam elegerat. Quot sibi in hoc campo palmas comparavit, in quo semetipsum, mundum, sensum, & universum infernum toties tamque gloriose detriumphavit & devicit. Quando filii Jacob se intra squalidi illius carceris muros constructos cernebant, ingenue ad invicem fassi sunt, dicentes: *Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum;* nihil autem tale S. Rochus dicere potuit, utpotè qui patruum non solum nunquam ostendit vel læsit, quin potius multis magnisque beneficiis adauxit; nisi fortè in alio commodiori sensu verba illa accipiantur, tunc enim sanctus Rochus optimè dicere poterat: *Merito hæc patior;* quia sensus erat: Perlibenti animo hæc omnia patienter sustineo, ut magna mihi ad regnum cælestis comparandum merita accumularem. In vitis Patrum de sancta Eugenia legitur, quod cum ipsa virum se esse fingens, in Monachorum quorundam monasterio, religiosum induisse habitum, progressu temporis à pessima quadam muliere amore, quo ipsam Eugeniæ habitum profecuta fuerat in odium infeliciter commutato, turpem adulterij perpessa est calumniam, unde ad sui ab illa sibi irrogata calumnia purgationem, operæ pretium fore duxit semetipsam, quænam esset, manifestare; ac proinde dixit: *Non enim honestatis simulationem assumpsi, ut vir femina simularem, sed femina viriliter agendo, virum gessi, virginitatem qua in Christo est, fortiter amplectendo.* Id quod de sancto quoque Peregrino nostro affirmare nos posse videmur; utpotè qui hunc Peregrini habitum utique

Dd

non

non eo sine induit, ut eo contactus subdito-
rum suorum animos securus exploraret, qui
utique eum veluti Dominum & Patronum
suum reveriti fuissent, & tanquam obedien-
tes subditi perlibentur ipsi debitam jurassent
fidelitatem, sed potius hoc habitu indutus
est ut virum vereres. hominem se virtuosum
exhibendo, sciens quod *ut virtute*, dica-
tur, seque occultando & abscondendo con-
temptus, humiliatus & contemptus inter ip-
sos viveret, sceptrumque illud moderaretur,
quo ut in primo discursu ex mente venerabi-
lis Bedæ diximus, veteri servi Dei uti solent, qui
sunt reges magni, quia tentationum suarum
motibus non consentiendo succumbere, sed re-
genda præesse noverunt.

Frono 32

2. *Beatus vir qui suffert tentationem.* Pote-
rat quidem S. Rochus tanquam potens di-
tionum suarum Dominus splendide vivere,
suisque Dominiis gloriose præesse, nisi probe
seivisset quod *melior est patiens viro forti*, &
qui dominatur animo suo ex pugnatore urbium.
Subditi illius eum sub hoc peregrini habitu,
exploratores & proditores contegere, eum-
que eo sine venisse arbitrabantur, ut explora-
to urbis situ & munitionum validitate per-
vestigata bellum ipsis intenteret, & non in-
telligebant ipsum aliud nihil moliri, quam
ut sibi metipsis per passionem tolerantiam
bellum indiceret, in eoque invictum animi
sui robur spectandum proponeret. Cum S.
Ignatius Martyr patiendi avidissimus, Ro-
mam ibidem à Leonibus dilaniandus perdu-
ceretur, nihil adeo meruit, quam ne fortè fi-
deles orationum suarum præsidio interposito
martyrium ejus toto animi conatu impedi-
rent; nullus eum truculenti Tyranni me-
tus inceserat, quin potius hanc ipsam sancta
quadam ambitione erga se vehementius in-
tendi desiderabat; unde devotis illis Roma-
næ urbis fidelibus dicebat: *Timeo dilectionem*
vestram: pari quoque ratione S. Rochus car-
cerum squalores, compedum, manicarum,
catenarumque ferrearum gravia pondera, fa-
mem, nuditatem, alioque contemptus nec
quicquam timebat, ut potè sciens, quod Bea-
tus vir qui suffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam vite; quin
potius quos vel maximè sibi inimicos futu-
ros, asperioraque bella moturos esse metue-
bat, alii non erant quam honores & obsequia
quæ à subditis suis expectare poterat: Timeo

dilectionem vestram, timebat voluptates, de-
licias, paternæque domus suæ divitias, quæ
ipsum si à suis agnosci potuisset, infallibiliter
manebant, optimè namque id verum esse in-
telligebat, quod S. Augustinus hisce verbis
scribit: Munda iste periculosior est blandus, Epist. 144.
quam molestus. & magis cavendus cum illicet,
diligi, quam cum admonet, cogitque contemni.
Idem quoque sanctus Doctor Christianæ il-
lius animæ generositate, quæ cum huma-
na sollicitate decertans, seque eadem longè
superiorem esse probans, ab eadem se seduci
non sinit, ponderans, ait: *Magna virtutis est*
cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat,
magna felicitatis est à felicitate non vinci. Ma-
gnæ utique generositatis indicium est inter
opprobria, subsannationes, contemptus, perfe-
ctiones & supplicia solidè immobiliterque
posse subsistere, indubitatumque heroicæ
virtutis specimen censeri debet, si quis in-
ipsonem honorum, voluptatum, divitiarum-
que, cæterorumque blandimentorum, quæ
mundus exhibere potest culmine constitu-
tus, præ illis omnibus opprobria, ignomi-
nias, contemptus paupertatis extremæ æqua-
namem tolerantiam, nuditatem, carceres &
catenarum vincula nonit eligere, prouti S. Ro-
chus facere optimè novit. Cur igitur sis, Rochus
Martyrii palmam attribueri non possimus,
Martyrii meritum eidem adimamus? Quid
enim si igne corpus non combusseris, inquit Chry-
sostomus? sed potest alio igne, ut puta igne pan-
pertatus voluntaria, igne afflictionis, licere
enim delicate lautèque & splendide vitam
agere, laboriosam autem & acerbam vitam
eligere & corpus morte afficere. an non est obla-
tio holocausti? Porro ferrea catenarum vincu-
la, quibus in horrido illo carcere tenebatur
constrictus, vincula ipsi videbantur esse au-
rea, id est, vincula amoris & charitatis, siqui-
dem amor Dei, & quo ardebat pro ipso pa-
tiendi desiderium, ipsum plusquam omnes
catenæ in vinculis constrictum tenebant.
Porro in Martyribus catenæ non tam volun-
tariæ erant, quam necessariæ, quippè à qui-
bus se nullo alio remedio, quam fidem abne-
gando eximere poterant: at verò S. Rochus
sine ullo legis Evangelicæ præjudicio se ab
illo carcere in libertatem asserere, imò velut
alter Joseph à compedibus ad sceptrum transire
facile poterat. Quando illi viginti quatuor
Martyres Japonenses Anno 1022. decimo
die

Ser. 13. de
verb. Do-
mini c. 69Hom. vii.
ep. ad Heb.

die Septembris in Japoniâ lento igne torren-
di erant, ignis procul ab iisdem accensus fuit ;
ipsi vero stipitibus quidam alligati fuerunt ,
sed vinculis duntaxat vimineis , ut iisdem ab
igne consumptis , soluti denuò & liberi , in
fugam se pro libitu recipere possent , eamque
fugam barbari infideles abnegatæ fidei evi-
dens statuerant esse indicium . Similia præ-
sus fuere vincula , quibus sanctus Confessor
mostr integro quinquennio in squalido illo
carcere constrictus tenebatur , estque admo-
dum verisimile eum quovis die , imò quoli-
bet quasi momento monitum & sollicita-
tum fuisse , ut se ab illis exsolveret , id quod
unico duntaxat verbo facillimè allequi po-
tuisset , si nimirum sese manifestasset ; mox
enim in eo adimpletum fuisset , quod de carce-
re , catenisque interdum quis egrediat *ad re-
gnum* ; sed noluit , imò carcerem illam summæ
sibi gloriæ loco esse duxit . Hildebertus Ar-
chiepiscopus Turonensis ait : *Animi liberta-
tem plures inter tormenta servarunt , inter opes
autem pauci . Ecce tibi igitur ingens in hoc
Dei servo relucens prodigium , siquidem in me-
dio divitiarum , honorum , deliciarumque sua-
rum positus , ab iis se ne per umbram quidem
decipi permisit , sed à duodecimo ætatis anno
easdem pedibus suis substratas contempsit .
In pœnis & opprobriis , quæ in medio ditio-
num suarum , & in domo sua paterna susti-
nebat , semetipsum viuere & superare novit ,
dum tanta cum constantia , tamque diuturno
tempore in passionibus suis sustinendis per-
stitit . Quapropter sancto Rocho verè adaptate
possumus , quod de S. Alexio quondam dixit
S. Petrus Damianus , nimirum : *Novum Marty-
rii genus , novum præbet in admiratione specta-
culum ; Martyribus enim carcer erat pœna , ca-
teræ pressura , isti erò propria domus auratis
decorata triclinijs erat materia tentationis .**

S. Hieronymus de Josepho in carcere consti-
tuto ita scribit , : *Quam beatum dixerim eum
dum in carcerem mitteretur , quia subibat pro
castitate martyrium ?* Porro S. Rochus ex pro-
pria voluntatis electione in carcerem conji-
citur , sed quonam sine id eum elegerisse existi-
matis ? ne domus suæ delitiis & libertate frue-
retur , ne autoritate super alios emereret , ne
famulorum copiosis honoraretur obsequiis .
Unde de eo jure dicere possumus , quod sanctus
Bernardus in sermone 1. in festum omnium
Sanctorum scribit : *Quod Martyrium gravus
est , quam inter epulas esurire , inter vestes mul-
tas & pretiosas algere , paupertate premi inter
divitias ?* descenditque cum illo in foveam ita de
Josepho scriptura loquitur , & in vinculis non
dereliquit eum . Circa quæ verba S. Cyprianus
ita scribit : *Pudicus juvenis , quia delicto consci-
entiam non miscuit , in imum carceris trudi-
tur . sed sola non erat in carcere pudicitia , nam
est cum Ioseph DEVS .* Quanto igitur ma-
gis Deum huic servo in carcere adfuisse dice-
re possumus ? siquidem sanctus Rochus ut cun-
ctas virtutes Christianas conservaret illælas , in
obscurum est carcerem conjectus , easque ibi-
dem omnes veluti in loco tutissimo integer-
rinè conservavit , nimirum paupertatem , ab-
stinentiam , nuditatem , patientiam , castita-
tem , mortificationem , humilitatem , man-
suetudinem , & sic de cunctis aliis virtutibus ,
præcipuè verò de omni Regina charitate
discurrendo : *Solus non erat in carcere , nam
erat cum ipso Deus .* qui præter Deum aliud
nihil quærebat , utpote qui attulit illi scepterum
regni Regni inquam non terreni sed cœle-
stis , idque in præmium illius fortitudinis ,
quo Regnum terræ hujus
contempsit .

Cum S. Rochus ex materno utero coloratâ quâdam Cruce signatus fuerit, ideo qualiter per totum vitæ suæ decursum Crucem suam portaverit, ostenditur.

DISCURSUS QVARTVS.

Si quis vult venire post me, tollat Crucem suam, & sequatur me. Marci cap. 16.

TAmetsi adducti thematicis verba à S. matre Ecclesia Martyribus applicentur, eadem tamen S. Rochi meritis admodum conformia, in eoque ad litteram adimpleta fuisse diffiteri non possumus,

Etenim sanctus Confessor noster in habitu Peregrini baculum sive scipionem in manu sua portans depingi & representari solet, qui proprium est Crucis signum, ac proinde scipium iste, ut plurimum in supremo apice Cruce insigniri solet, Sanctus Augustinus de Elisei baculo loquens dicit: *Baculus sine Eliseo nihil valebat, quia Crux sine Christo nihil poterat.* Idem quoque de baculo Jacobi, quem in manu sua detulit, quando uxorem ducturus in Mesopotamiam concessit, scribens ait: *Jacob ad accipiendam uxorem exhibuit baculum, & Christus ad redimendam Ecclesiam suam detulit Crucis lignum.* Clarius Albertus Magnus loquitur, is enim considerans qualiter DEUS in Exodo Agnum manducare volentibus baculum in manu sua deferre præceperit, ita scribit: *Per quod datur intelligi, quod corpus Domini accepturi debent, recordari se peregrinos esse super terram, & quod baculum sanctæ Crucis oportet eos in manibus operationum suarum jugiter deportare.* Enimverò hoc supposito vitam & res gestas S. Rochi accuratius velim hodie examinatis, videbitis enim & ipsum per totum vitæ suæ decursum non tam portasse baculum quendam seu scipionem, quam in cunctis operationibus suis, uno

quod plus est in corde suo firmiter sibi impressisse Crucem, id est, tanta fuisse passum, ut de ipso verissimè dici possit: *Baculum S. Crucis in manibus operationum suarum jugiter deportavit.*

2. *Tulit Crucem suam.* S. Rochus à Christo ad Crucem amplectendam animatus fuit, non solum per vestigia ipsius animæ intus impressa, verum etiam per signum quoddam quod corpori ejus impressum esse voluit, siquidem dum è materno utero suo egrederetur, colorata quadam cruce insignitus apparuit. S. Bonaventura ait: *Verè dicuntur Crucem ferre, qui noverunt à delictis abstinere & carnem, ne valeat lascivire, sobrietate coercere.* Unde dicitur: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis.* Porro S. Rochus ab ipsis annis puerilibus crucem hanc amplectatus fuit, siquidem omnes voluptates, delicias, domusq; paternæ commoditates, eo potissimum tempore quo vitæ libertatem sibi vel maxime vindicare poterat, generosè contempsit; dum enim unicus esset amplissimarum facultatum heres, & insignium principatum, Dominiorumque variorum possessor, Princeps & Dominus, omnia sensualitatis carnalis incentiva repressurus, rigidæ cuidam & austeræ vitæ sese dedicavit, ærumnosam quandam & deinceps semper continuandam exorsus peregrinationem. Dionysius Cartusianus illis Christi verbis: *Tollat Crucem suam & sequatur me,* hanc adhibet interpretationem, ut sensus sit: *Scipsum quotidie per opera poenitentia mortificet, quod sanctus Confessor noster egregiè adimplevit,*

Ser. 206.
de temp.

Ser. 79.

Serm in
Dom. Pasce

Serm. 43. de
S. Andrea

Ser. 12. de
Sanctis,

plevit, siquidem nullus unquam dies transit, quo corpus suum vigiliis, laboribus, jejuniis, aliisque rigidis austeritatibus plurimum non macerarit. Porro Crux illa quam Salvator noster nobis portandam imposuit, lignea non fuit, nam ut S. Augustinus ait: *Crux Domini non tantum illa dicitur, qua Passionis tempore ligni transfusione constructa, sed illa qua totius vite curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur*; ac proinde verè S. Rochus Crucem Domini fortiter portavit, nam si vitam ejus pervolvatis, invenietis utique nullam fuisse virtutem, quam non in gradu valde heroico exerceat.

3. *Tollat Crucem suam.* Cœlestem hanc doctrinam sanctus Apostolus nobis post se scriptam reliquit: *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri.* Sed nunquid sufficiens id nos docuisset, dicendo: *In Cruce?* quid igitur opus erat addere verba illa. *Domini nostri* aut quænam alia Crux cæterorum subintelligi poterat? Enimvero quodlibet sublatis in Calvarium montem oculis ibidem nonnihil circumspexeritis, tres ibidem Cruces erectas fuisse reperietis, quarum prima quæ est mali latronis, figura est eorum, qui inviti, id est, maledicendo & blasphemando Deum Crucem suam sustinent, non obstante quod totum id quod patiuntur, condignum sit proprium scelere suorum supplicium. Secundum patibulum, quod est latronis justis, eorum typum bolum fuit, qui considerantes, quod quicquid patiuntur, suis criminibus sæpenuerò justè promeriti fuerint, lubentissimo id ipsum animo sustinent & perferunt: *Nos quidem justè, nam digna factis recipimus.* Tertia autem Crux, scilicet Christi, qui *oblatus est, quia ipse voluit*, eos præfigurat, qui tamen veluti innocentes & immaculati ob virtutum & sanctitatis suæ merita omni sint honore & obsequio digni, ultrò tamen citròque ignominias, opprobria, persecutiones, famem, sitim, & nuditatem, ac quævis alia mala libenter patiuntur; & hæc propriè est Crux Christi, de qua intelligendus est Apostolus, quando nos hortatur, ut in Cruce Domini gloriemur. Hæc quoque propriissimè Crux illa est, quam Rochus humeris suis sponte sua sibi imposuit; non enim illam in demeritorum suorum poenam desert, sed ex sola patendi

avidâ siti & cupiditate; nam ut tanto amplius apud Deum mereretur, eumque in Crucis ejus bajulatione tanto imitaretur perfectius, tot se laboribus conficere, & præcipuè in supremis vitæ suæ diebus squalidum illum & probrosum carcerem patienter sustinere voluit. Hugo Cardinalis circa illa verba: *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi*, ita scribit: *In tribus maxime, qua sunt in Cruce, gloriandum est, in paupertate, amaritudine, & utilitate.* Et primò quidem gloriandum in paupertate; unde de sancto Rocho legitur, quod ut pauperes locupletaret, totum inter eos patrimonium suum distribuendo, ad summam se paupertatem & egestatem redegerit, atque ex virtutis illius amore ad tantam devenit mendicitatem, ut Deus ipsius sustentationi insigni quodam patro miraculo prospicere debuerit; Equidem fatendum est de ipso diei quidem non potuisse, quod ne quidem aliquod à cane subsidium habere potuerit, siquidem verissimum est, quod Deus ipsi cœnis cujusdam ministerio mediante panis alimoniam submisit; hic tamen non nisi unicum panem tantum detulit, adeoque in veritate dicere potuit: *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea.* Gloriandum deinde in amaritudine, quia Crux Christi fel secum & acetur adfert, aut si quod ibi sit vinum, illud tamen myrrhatum adeoque amarissimum esse noscitur. Fel autem istud à sancto Confessore nostro deglutatum suavissimum mel quoddam esse videbatur. Audite obsecro, quantis quamque variis experimentis Deus id ipsum in eo comprobavit; *Quoniam acceptus erat Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret eum.* Porro Diabolus postquam omnia Jobi interemisisset pecorum armenta, omnemque quam possidebat, substantiam disperdidisset, domum quoque filii sui natu majoris demoliendo, cunctos illius subitanea morte violenter oppressisset filios & filias, patientissimumque illum Prophetam nihilominus persistere videret generolum & intrepidum, conversus ad Deum inimicus infernalis dixit: *Tange os ejus & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi,* protinusque scitentibus ulceribus corpus ejus percussit, adeo ut à planta pedis usque ad verticem non erat in eo sanitas. S. Rochus autem sponte propriâ omnibus se divitiis, Dominis

Et Jurisdictionibus generose exiit, quibus antea subditos regere, & pro arbitrio gubernare poterat, & ex propria electione tanquam peregrinus per mundum oberravit, idque in tantis ærumnis, ut domum reversus non solum integro quinquennio omnibus ignotus esse, sed & in squalido carcere delibescere, in eoque moti voluerit; veruntamen in omnibus hisce ærumnis & miseris verè suo quoque gavisus fuisse solatio dici poterat, eò quod plenà frueretur propriæ voluntatis suæ satisfactione, siquidem quicquid ab initio conversionis suæ sustinuit, merus quidam ardentissimæ illius stis qua continuo pro DEI gloria pati & affligi desiderabat, effectus fuit; Dicit enim Diabolus: *Tange os ejus & carnem*. Audite obsecro, quantam illi Deus fellis amaritudinem communicavit; Erenim DEUS ei acutissimam quandam immisit molestissimæ febris infirmitatem; adhæc sagittâ quâdam eum graviter lædi permisit, quæ talos ejus pertransiens acerbissimos ei causavit dolores; à quibus dum vix jam liber evasisset, alia quædam pœnossima eum invasit infirmitas, idque dum inter densas sylvarum quercus solus omni humano subsidio penitus destitutus degeret, sub opaca igitur quercu quadam prostratus, cum jam jam spiritum suum exhalaturus esse crederetur, omnis expertus humani solatii, ecce tibi subito apparentem canem, qui panem ei, quo se reficeret, ore suo detulit. Denique resumptis viribus in Patriam suam denuò reversus tandem post quinquennalem, ut diximus, summa cum patientia & æquanimitate rolerarum carcerem. Epidimæ peste correptus & mortuus fuit. Sanctus Paulus ad Corinthios scribens ait: *Sgna Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, prodigiis, & virtutibus*. Ubi Theodoretus ait: *Rectè signis tolerantis improposuit*, per hoc insinuare volens, majoris æstimandam esse in adversis exercitatum patientiam, quam miracula patrandi facultatem, siquidem in communicato nobis miraculorum dono DEI debitores efficitur, dum verò per patientiæ exercitium adversa pro DEO sustinemus, DEUM nobis debitorem fieri curamus. Ehem quot miracula, eaque omnia prodigiosa Sanctus noster patravit? Etenim in hospitalibus, in quibus ex insignis devotionis instinctu serviebat, innumeros in-

firmos curavit; solo Crucis signo formato populos & civitates integras à peste epidimæ liberatos sanitati restituit; in semetipso autem nulla prorsus operatus est prodigia; infirmitatibus enim, vulætibz, pestilentia perlibenter se subjectum esse vidit, probè sciens, quantum sibi, Crucem à DEO sibi communicatam patienter ferendo, lucrum adseiceret: *Me autem gloriari oportet in amaritudine*. Nam ut Chrysostomus ait: *Pro Christo pati minus est majoris admirationis, quam revera mortuos suscitare, & signa miranda facere, cujus eandem cum ea quam tetigimus, reddit rationem dicens: Nam illi quidem debitor sum, hic vero debitorem habeo Christum*. Sanctus Gregorius in libris Moralium curiosè inquitit causam, cur sanctus Paulus in Insula Melitensi, cujus incolæ omnes idololatræ erant, patrem Publii protinus à dyfenteria infirmitate liberaverit, Timotheum verò, aded sibi utilem & fructuosum in Evangelii prædicatione ministrum, licet ei, ut pro stomachi sui debilitate corroboranda modico vino uteretur, facile permisit, integræ tamen salutis corporali minimè restituerit, ac tandem optimè respondet: dicens: *Idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes ad interiora perducantur, quatenus per hoc, quod mirum visibiliter ostenditur, ea qua admirabiliora sunt invisibilia credantur; signo quippè virtutis Pater Publii sanandus erat, ut mente revivisceret, dum miraculo ad salutem rediret: Timotheo autem adhibendum foris miraculum non erat, qui jam totus intus vivebat*. Idem quoque de sancto Rocho dicere possumus; Hic quippe ad magis propagandam Dei gloriam, tanta cum afflictorum plurimorum utilitate & commodo dono usus est miraculorum, ut ad veram pœnitentiam, veramque peccatorum suorum agnitionem perduceret, eodem tamen dono quoad sui ipsius curationem uti nequaquam voluit, quia *totus intus vivebat* Chrysostomus de S. Paulo aliisque discipulis ejus conceptivis tractans. ita scribit: *Cælos aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperiri non essent*. S. Rochus ingentes populos & nationes integras solo Crucis signo formato à peste sanaverat, cur igitur ab hac aliisque infirmitatibus sua intercessione salvare non potuisset semetipsum? Nimirum quia alias Crucis portandæ occasionem sibi

Hom. 4. ad
Phil.

Lib. 27.
mor. ca. 11.

Hom. 3. ad
Eph.

ipſi eripuiſſet; unico verbo, ſi voluiſſet, carcerem ſibi pandere potuiſſet, ut regiam ingrediendi liberum ſibi aditum compararet, nec tamen voluit, unde illa Emiſſeni verba in Homelia de S. Maximo ipſi jure applicare poſſumus, dicentis: *Vobis hæc apes ſalutifera in illo alveari mellæ confecit, ſic lampas magna non ſibi accenditur, ſed lumen ſuum eminus ſaculatur.* Etenim ſanctus hic Confefſor hoc quidem à Deo obtinuit, ut omnes quotquot ejus implorant auxilium, ejus quoque interceſſione ab Epidimæ peſtilentia protinus liberarentur: ipſe tamen eadem ex peſtilentia haud gravatè ſine ullo remedio mori elegit, ut Redemptorem ſuum imitaretur, qui in Cruce ſuſpenſus non voluit ſeipſum ſalvum facere. Notandum verò eſt inter alias hujus patibuli amaritudines numerandam quoque eſſe illam conſtantem aded ab omnibus hujus mundi voluptatibus atque deliciis abſtinentiam, nam ut S. Ambroſius ſcribit: *Malus in navi eſt Crux in Eccleſia; non corporaliſus, ut Ulyſſes, ad arborum vinculis alligandus eſt animus, ſed ad Crucis lignum ſpiritalibus nexibus vinciondus eſt animus, ne laſciviarum moveatur illecebris, curſumque nature detorqueat in periculum voluptatis.* Alterum, de quo nobis gloriantum eſt, Crucis brachium, vilitas eſt, atque contemptus: *Gloriantum in vilitate.* Porro S. Rochus hæreditariorum dominiorum ſuorum

naturalis Princeps & Dominus erat, ac proinde ſubditos carcerum vinculis coercendi auctoritate pollebat, vita denique & facultates eorum ejus arbitrio ſubjectæ erant; & tamen ut in hac Cruce gloriandi occaſionem haberet, ſponte propria ab illis tanquam proditor & explorator, & ut hominum ab eſt ſſimus omnium periplema in carcere vinculis conſtringi elegit. Enimverò ſi ita eſt, prouti ſancto Auguſtino de Salvatoris Cruce ſcribere placuit: *Vbi humilitas, ibi majeſtas; ubi infirmitas, ibi poteſtas; ubi mors, ibi vita;* Ecce tibi humilitatem ſancti Rochi per ſublimiſſimos honores glorioſè exaltatam; ſiquidem omnes populi, cunctæque nationes eum proceſſionibus ſolemnibus, Eccleſiarum & altarium, ſacellorumque erectione, feſtivarumque diei hujus concelebratione ſtrenuè inter ſe decertant: *Vbi infirmitas, ibi poteſtas.* Deus etenim juſtè ita diſpoſuit, ut quoniam tot infirmitatum Cruces tam heroicâ cum patientia ſuſtinuit, multa quoque ſub nominis ſui invocatione Hoſpitalia fundarentur, in quibus multi ſuis in infirmitatibus inſignes ab eo gratias, innumeraque miraculorum prodigia in ſe experiantur & feliciter obtineant.

Lib. 4.
praſ. in
Luc.



Ex variis expositionibus illorum verborum Psalmi: IN CATHE-
DRA PESTILENTIAE NON SEDIT, S. Rochum valde ab illa alic-
num fuisse, ideoque sibi solemne illud adversus pestilentiam pa-
trocinium comparasse, ostenditur.

DISCURSUS QUINTVS.

Beatus vir qui in Cathedra pestilentiae non sedit. Psal. 1.

HÆ Psalmi Davidici verba prima quidem facie ad laudem S. Rochi parum apta esse videntur; Ipse namque in Hospitalibus pestiferorum continuò dimoratus est, & tandem post patienter toleratum quinquennalem carcerem ab Epidemia peste mortuus est, suæque mortalitatis dies clausit, quomodo igitur eundem beatorum appellare poterimus, dicendo: *Beatus vir qui in cathedra pestilentiae non sedit.* Verum enimverò quodsi in illam pestem quæ non corpus, sed animam contagio suo inficit, intellectus nostri oculum converterimus, verissimum esse constebimur utique sanctum hunc Confessorem nostrum vel maximè ex eo dici & censerī beatum, quia videlicet in cathedra pestilentiae peccati, ne quidem per umbram unquam resedit; unde & piè credere possumus, ipsum à Divina providentia vel ex eo capite præ cunctis aliis Sanctis electum esse, qui tanquam specialis pestiferorum Patronus invocetur, ut ejus interventu à peste corpora nostra afficiente liberemur.

2. In cathedra pestilentiae non sedit.
Porro sedere in cathedra auctoritatem & dominium denotat: *Noli quarere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris,* monet Ecclesiasticus; similiter in Regum libris scribitur: *Cum sedisset Rex super cathedram suam.* Sanctus Rochus autem ne per unicum quidem diem huic cathedrae insedit, id est, Dominiorum suorum jura aut sceptrum nunquam contrectavit, utpotè ab omni humana excellentia & dignitate alienissimus; sed

totius territorii sui regimen avunculo ab ineunte ætate totaliter cessit: *In cathedra pestilentiae non sedit;* id est, ut exponit Chryostomus: *Non aspiciebat ad gloriam pestem orbis terra.* S. Augustinus vetulissimum quoddam Proverbium adducit in medium, dicens: *Proverbium notum est punicum, quod quidem latine vobis dicam, Nummum quarit pestilentia, duos illi da, & ducat te.* Quod quidem proverbium, inquit idem S. Doctor aliquam ad hodiernum Evangelium relationem dicit, siquidem ad illud consilium Evangelicum alludit, quo Salvator ait: *Si quis vult in iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium; vult avocare te litibus à Deo tuo, non habebis quietum cor, non habebis tranquillum animum.* Ehem quam pulchrè Proverbium istud in S. Rocho adimpletum fuit, quando ut pace cordis sui perfecte frueretur, sensusque suos spiritui perfecte subiceret, cunctisque dominaretur appetitibus, patriam, parentes, amicos, delicias, voluptates, divitias, honores, cunctaque alia terrena promptè & expeditè deseruit. Sanctus Ambrosius in assumpti thematis nostri verba: *In cathedra pestilentiae non sedit,* ita scribit: *gravia irritamenta sunt voluptatum, gravis fomes avaritia cupiditas potestatum, honoris ambitio, quæ velut veneno quodam mentes hominum, & quadam animas pestilenti vitiorum tæbe contaminant.* Et quidem sanctus Ambrosius humanam dignitatem & præcellentiam, à qua tantoperè alienus fuit, hoc epitheto notat, quia sicuti pestis solo anhelitu & respiratione attrahitur, ita quoque

*Hom. 35.
in ep. 4. ad
Cor.
Ser. 24.
c. 3.*

*Eccl. 7. 4.
2. Reg. 5.
25.*

quoque inquit Nazianzenus, difficulter invenies qui si non a flamma, saltem ab humana gloria tuam passus sit se non contingi: *Si non flamma, saltem fumi sis particeps*. Sicut etiam ad declinandam pellem nullum est certius remedium, quam si contagium omnibus modis fugias: ita quoque sanctus Confessor noster ad evitandum omne mundani honoris & gloriae periculum, atque ad declinandam preparatam sibi a diversarum nationum populis maxime iis, quos beneficis sibi obstrinxerat, venerationem & cultum, in peregrini habitu per diversas regiones in multis sibi occurrentibus ærumis & miseris obravit.

3. *In cathedra pestilentia non sedit*. Chaldaeus legit: *In societate pestilentium non habitavit*; quoniam autem & quales pestilentes hi homines sunt, ex quadam expositione colligi potest, quam Primilius hæc verbis tradit: *Sepulchrum patens est guttur eorum; omnis odor mortis procedit de ore eorum*, ait de adulatoribus: *hoc est, verba pestifera & adulatoria, qua interficiunt audientes, idem enim sepulchra clauduntur, ne in vita positus exhalatione sui generent pestem*. E nimvero procul ab hac pelle sanctus Confessor noster absuit, ut potest abnegationi & contemptui sui ipsius totaliter deditus, adeoque humilis, pauper & incognitus semper vixit, sciens adulationem tale contagium, quod in Magnatū aulis vel maxime increbrescit.

4. *In cathedra pestilentia non sedit*. Chrysofomus de studio, quo Salvator noster eradicanda e corde Judæ insatiabili auri & argenti cupiditati operam dabat, tractans, notat perfidum hunc discipulum continuò cum eo fuisse conversatum, qui adeo pauper fuit, quod non habuit, ubi caput suum reclinaret, quique eandem paupertatem verbis & exemplo continuò insinuabat, & tamen reprimere se non potuit; indeque hoc deducit argumentum: *Quomodo igitur tu speras absque magna cura & diligenti studio contagionem hujus mortis effugere?* Optimè profectò S. Rochus contagium istud declinare novit; siquidem amplissimas facultates suas omnes pauperibus dispensavit, Christi amore pauper factus, qui tamen ipsum fame mori nequaquam permisit, at tamen in extremis angustiis illius, nimirum quando in solitudine illa infirmus degebat, illum non nisi unico pane,

Mansi Sanctuarii Tom. III.

quem canis ministerio mediante ad eum misit, sustentavit. S. Hieronymus de S. Hilarione scribit, quod cum vir quidam certus, cui in signi quodam miraculo ingens beneficium contulerat, decem auri libras eidem obtulisset, ipse non nisi unicum hordeacium panem ab eodem receperit, idque ea præcipuè de causa, ut idem S. Doctor subiungit, *quòd qui tali alerentur cibo, aurum pro luto ducerent*; quod ipsum de S. Rocho quoque dicere possumus; hic enim pariter aurum & argentum haud secus ac lutum æstimavit, omnique mensæ ipsius lautitias in solo & nudo pane consistebat. Abulensis Glossam citat ita scribentem: *Jejunio sanantur pestes corporis, oratione autem pestes animæ*. Undè verisimile est S. Rochum per orationem & jejunium omnem pestilentiam, quæ ejus potuisset animam contaminare.

5. *In cathedra pestilentia non sedit*. Chrysofomus inquit: *Est & alia species pestis, qua plurimum roboris habet, ad haurienda ac penitus evacuanda bona nostra, quæ cum multo labore colligimus, ventus scilicet inanis gloriæ; nam re verà venti instar ingressa thesauros omnes virtutis exsufflat; deque eadem vana gloria alibi dicit: Vermem pestiferum conforset*. Porro hanc pellem sanctissimus hic Dei servus pro viribus suis studiosissimè declinavit. Ecquis enim unquam audivit unum ex atrocissimis divitiarum flagellis, quale est fæva pestilentia, quæ maximas desolat ur civitates, & integras provincias in cæmeteria protinus commutat, ab integris nationibus & gentibus solo crucis signo fugatum fuisse, prouti sæpius pestilentiam S. Rochus abegit? S. Gregorius Papa, cui Ecclesia Magni honorificentissimum titulum attribuit, per varias preces publicas, perque solemnes infirmitas processiones, postquam urbem Romanam in poenitentem quandam Niniven commutasset, eandem divinæ curæ justitiæ ancipitem gladium in vaginam denuò recondi videre meruit. Quot conatus S. Carolus Mediolani suo tempore adhibuit, ut Dei furorem & indignationem austerissimis poenitentis medianter placare posset? At vero specialissima hæc est S. Rochi gloria, quod quocumque se perciperet, abominabilem hunc morbum suis benedictionibus in fugam egerit, ac proinde quanti quàmque eximii erant honores, obsequia & applausus, quibus à tam de-

*T. 2. in
Mansi. q. 31*

*T. c. lib. 2.
de provi-
dentia.*

Hom. 17.

testabili morbo liberati tanto suo benefactori S. Rocho correspondere, & gratias referre latagabant? & tamen certum est quod ne vel minima vanæ gloriæ aura ad humilem & puram hanc animam modestiæ, suique ipsius contemptui tantoperè deditam contaminandam prævalere poterit. In Exodo legitur, quod cum Deus Moysis manum prodigiosâ illâ virgâ armavisset, quacum tanta operaturus erat portenta atque prodigia, universam Ægyptum denis plagis percutiendo, eodem momento quo virgam hanc illi consignabat, hoc ei præceptum dederit: *Mitte manum tuam in sinum tuum; cui morem protinus gerens, manum paulò post leprosam foras protraxit: quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis.* Quodnam obsecro in eo latet mysterium, quod manus illa, quæ tam rara & inaudita patratuura erat prodigia, prius leprâ totaliter imbui debuerit? Nimirum eo fine id factum esse credendum, ne videret vel minimum gloriæ vanæ stimulum ex tantis à se patratu portentis conciperet. Undè Theodoretus ait: *Moysem admonuit non superbire debere, sed agnoscere naturam cum recordatione dextra leprâ prius infecta.* Eodem forsitan mysterio contigit, quod divina providentia S. Rochum per sæpius repetitas molestissimas infirmitates afflixerit, in easque ipsum redegerit angustias, quasi fame moriturus esset, ipsumque tandem ex ipsomet pestilente morbo, quam toties ab aliis abegerat, mori fecerit; nec multitudo revelationum extolleret eum, ne videlicet anima ejus pernitiosissimo hoc vanæ gloriæ contagio inficeretur.

Lib. de Ia
soph. c. 5.

De sing.
cleric.

Ser. 127.

Lib. 6. ep.
62.

6. *In cathedra pestilentia non sedis.* S. Ambrosius de Josepho scribens, quando pallium ejus inter mulieris eum ad turpe facinus sollicitantis manus fugiens dereliquit, ita ait: *Contagium judicavit si diutius moraretur, ne per manus adultera libidinis incentiva transfret.* S. Cyprianus hunc carnalis concupiscentiæ ignem describens ita ait: *De carbonibus scintilla distillant, de ferro rubigo nascitur, morbos aspides sibilant, & mulier fundit concupiscentia pestilentiam.* S. Chrysologus choreas & tripudra hoc epitheto descripsit: *Fugetur saltatricum pestis.* S. Ambrosius quoque ait: *Qui non sequitur Dominum Deum suum, ingurgiet se luxuria ac libidini, pestiferis corporis passionibus,*

Hanc pestem Sanctus noster utique magnoperè evitavit, quando in tenera adolescentuli duodennis ætate cunctas carnis illecebras & incentiva sensualitatis fugiens, rigidissimæ & austerissimæ vitæ se penitus consecravit.

7. *In cathedra pestilentia non sedis.* Pulchra quædam adversus pestem remedia in alio quodam Authore descripta reperio, quæ sunt: *Purgatio, alimenta bona, non perterriti, latari, exerceri, mutare cælum;* qui idem Author circa eadem antidota moralizando, eaque ad spiritum reducendo, tandem prosequitur ea, quæ ad animæ salutem necessaria esse noscuntur, quæ sunt: *Purgatio confessionis, cibus optimus Eucharistia, contra terrorem conscientia securitas, latitudo de bono opere, exercitia precum laudum, stationum, jejuniorum, mutatio cæli, fugienda prava consortia, occasionesque peccati.* Et quidem supervacaneum esse existimo hæc omnia in sancto Rocho exemplificare, utpote qui hæc omnia punctualissimè executus fuit.

7. Veruntamen videor mihi hoc loco in difficultatem quandam incidere valde considerabilem; certum namque est quod ad effugiendum contagium expeditius nihil sit, quam locum infectum sollicitè fugere, personas quoque & suppellectilem isthoc contagio obnoxiam anxie declinare; secus enim homo in magno est contagium sibi conciliandi periculo, Et tamen sanctus Rochus contrarium fecisse noscitur; siquidem voluptatum, divitiarum, honorum, & dominiorum perniciosum contagium, quod antea per tot annorum curricula studiosissimè declinaverat, à paterna domo sua clam recedendo, nunc denuò cum ingenti se contaminandi periculo reperit. Quam difficultatem ut diluamus, sciendum est, verum quidem esse ipsum patrios denuò lares repetivisse, veruntamen id tantò fecit confidentius, quia ab hoc periculo erat securissimus; siquidem ad illud jam pertigerat Christianæ perfectionis fastigium, ut per divinæ gratiæ auxilium hoc sibi de virtute & stabilitate sua posset promittere, quod in medio incentivorum ad voluptates & delicias lectandas stimulantium firmus posset subsistere; & tamen si in medio contagii esset positus, indè tamen nihil pateretur præjudicii, prouti re ipsâ factum fuit; cum enim voluptates, delitiæ, famulantium obsequia & subditorum imperia ad manum præsto essent in
ipsum

ipſius poſita optioe, ipſe tamen inter compedes & catenarum vincula ingemiſcere maluit; id quod ingens quoddam fuit ſuperhumanæ virtutis miraculum. Quapropter firmiter mihi per ſuaſum habeo, quod quin ſanctus Confefſor noſter in hac peſtilentiæ cathedra non ſedit, id eſt, quia ab omnium prædictorum vitiorum contagio adeo alienus fuit, ideo Deus in adeo heroicorum actuum recompenſam, jure merito in propoſitam ab eo diviniæ Majeſtati ſuæ petitionem, nimirum quod omnes hoc peſtis contagio infecti, qui ejus

ſe commendantes patrocinio, pro ſui liberatione ejus auxilium invocarent, protinus ab eodem peſtilentiæ liberarentur contagio, tanta cum affectus pronitate descendit; nam prope eum locum, ubi ſpiritum ſuum moriens Deo reddidit, tabella quædam inventa fuit, cui hæc verba incifa reperta fuere: *Peſte laborantes ad Rochi patrocinium confugientes contagionem illam truculentiffimam evaſuros ſignifico.*

D E

S. BARTHOLOMÆO APOSTOLO DISCURSUS SEX.

- DISCURSUS I. S. Bartholomæus mediante oratione ſua, in qua aſſiduus erat, ſingulariſſimas ſibi virtutes & dona comparavit.
- DISCURSUS II. Varia ejusdem Sancti conſiderantur præconia, idque per varias ſacrorum Interpretum expoſitiones illis Pſalmi verbis adhibitas: *Extendens cælum ſicut pellem, qui regis aquis ſuperiora ejus.*
- DISCURSUS III. Cauſæ, cur Deus hoſtiæ, priuſquam ei in ſacrificium offerretur, pellem detrahi voluerit, S. Bartholomæo applicantur.
- DISCURSUS IV. Alia conſiderantur myſteria, ob quæ Redemptor noſter ſancto Bartholomæo pellem ſuam detractam eſſe voluit.
- DISCURSUS V. Qualiter hic ſanctus Apoſtolus ſerpentinam æmulatus fuerit prudentiam, juxta datum à Salvatore diſcipulis ſuis mandatum.
- DISCURSUS VI. Variæ conſiderantur ab eodem Apoſtolo adverſus mundum, carnem, dæmonem, omneſque alios inimicos reportatæ victoriæ, deque progreſſibus ejus, quos adverſus dictos inimicos dimicando ſibi comparavit.

S. Bartholomæus mediante oratione suâ, in qua assiduus erat, singularissimas sibi virtutes & dona comparavit.

DISCURSUS PRIMVS.

Erat pernoctans in oratione. Lucæ cap. 6.

Valde mystica est lectio Evangelii illius, quod in hodierna S. Bartholomæi festiuitate proponitur; siquidem in eo mentio fit Christi per integram noctem indefessè orantis :

*Erat pernoctans in oratione Dei; eademque oratio ad instituendam à se duodecim Apostolorum electionem ordinata fuit. Mystica, inquam, est prædicti Evangelii lectio, atque ad præiens festum debetè honorandum aptissima; siquidem S. Bartholomæus præ omnibus aliis se se dignissimum orantis Magistrum sui partem exhibuit, utpotè in quo sanctum illud orationis exercitium adeo perfectè eluxit, ut quemadmodum de Salvatore nostro scribitur: *Erat pernoctans in oratione*; ita quoque de hoc Apostolo ipsiusmet inimicus infernalis confiteatur, quod *centies in die, & centies in nocte orat.* Psalmista quidem gloriabatur olim dicendo: *Septies in die laudem dixi tibi*; undè & septem Horæ Canonicæ, quas Ecclesia pro cuiuslibet diei cuculum Deo cantare consuevit, suam traxerunt originem. Alibi quoque idem regius Propheta quidem dicit: *Vespere, mane, & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam*; nunquam verò visum est tam feruentis, & assiduo continuatæ orationis exemplum, quod cum oratione S. Bartholomæi comparari queat; hic enim sui quoque corporis sustentationem & nutrimentum in oratione positum habere videbatur; nec immeritò; nam S. Augustinus ait: *Sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis elo-**

quis & orationibus interior homo nutritur & pascitur. Imò cum plurimum aliorum hab. amus exempla, qui per hunc sanctæ orationis panem etiam corporaliter pasti atque nutriti fuere, sine omni fortasse temeritatis nota nobis licebit asserere, sanctum hunc Apostolum nostrum nullo alio nutrimento vitam suam traduxisse. Etenim de Moyse S. Hieronymus testatur hisce verbis: *Quadragesima diebus ac noctibus familiaritatis & sermone Dei pascitur. In se verissimum probans quod dicitur: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* De hoc autem sancto Apostolo venerabilem illum scriptorem Dionysium Carthusianum sermone 1. de hodierna festiuitate scribere certò constat, quod idolum Berith inter alia iudicia, è quibus hunc Apostolum agnoscere possumus, hoc quoque veluti unum ex præcipuis expresse rit, dicens: *Angeli cum eo ambulant, qui nunquam eum fatigari, nec esurire permittunt.* Undè sanctus hic Apostolus ad æmulationem Angelorum dicere potuisse videtur: *Ego cibo invisibili utor.* Metaphrastes quoque in discursu quodam encomiastico, de hoc Apostolo in laudem assidue orationis ipsius scribens, hisce eum condecorat præclaris encomiis, dum ab eo appellatur: *Suavè canens luscina, cælestis cicada.* Et paulo post: *Salve concinna sancti Spiritus paraclæti cythara rationalis.* Etenim vero primâ quidem facie difficile nonnemini videri posset, ob angustæ temporis brevitatem sanctum hunc Apostolum centies de die, & totidem vicibus de nocte orasse. Veruntamen S. Basiliius egregia & generosa huius Apostoli opera, quibus

Lib. 20
epist. 180

Pf. 118. 104

Pf. 54. 18.

Exhor. de
salut. mon.
628.

1 Tim. 1. 17

bns sese exercebat, orationes quoque fuisse interpretatur, dum illud Apostoli monitum: *Sine intermissione orate*, in favorem hujus Apostoli exponens dicit: *Nimirum actionibus, qua per omnem vitam intento studio perficiuntur ad prescriptum legis*; ac proinde ex hoc capite orationis ejus assiduitatem facile licet deducere: siquidem ipse quoad usque hinc in terris mortalis vixit, cunctas actiones non solum ad præceptorum; verum etiam consiliorum Evangelicorum præscriptum accuratè conformavit. Ad hæc cum oratio nihil specialius quam mentis nostræ quædam in Deum elevatio, vita ejus Apostolica merito continua quædam appellari potuit oratio; siquidem in Deum semper mente elevatus, eisdemque arctissimo nexu adstrictus erat, nullam in se ex quovis externo opere distractionem admittens. Redemptor quidem noster de reliquis Apostolis non immerito lamentabatur dicens:

Matt. 26. 40.

Non potuistis unâ horâ vigilare mecum? At vero ingens hujus Apostoli gloria, & singularis S. Bartholomæi prærogativa fuit, quod scilicet centies, &c. Verum enimvero præcipuum punctum circa quod præsentem Discursum specialissimè agitari percuperem, in eo consistit, ut scilicet ostendatur, qualiter omnium donorum, virtutum & meritorum hujus Apostoli origo, è qua cuncta derivata fuere, sola fuerit oratio, cui tantâ animi contentione deditus erat.

2. *Erat pernoctans in oratione Dei, S. Ambrosius super illa verba: Intret oratio mea in conspectu meo, ita commentatur: intret pietas, iustitia, sobrietas, castimonia, disciplina. S. Gregorius Nyssenus ita scribit: Oratio pudicitia præsidium atque tutamen est; oratio iracundiæ frantum est, inquit S. Ephrem. Atque ideo videlicet juxta orationis plus minulve ferventis & assidue, virtutes quoque in anima multiplicentur atque progeminent. Et quidem in primis bonorum terrenorum contemptus, & præcipue propriæ personæ ejus demissio atque abjectio adeo heroica & generosa erat, ut tamen juxta quorundam opinionem è nobilissima fuerit stirpe progenitus, se tamen Christi sequelæ eo potissimum tempore te taliter mancipavit, quando erat opprobrium hominum, & abjectio plebis; dumque intimi illius & lectissimi discipuli non nisi pauperculi & abjecti piscatores erant. Paupertas quoque ejus extrema fuit; siquidem intra*

viginti sex annorum spatium, cum potiorum peragrasset mundi partem, nunquam mutavit habitum. Divitiarum quoque contemptus ex posthabitis ingentibus opulentisque thesauris, quos Rex eidem ob restitutam ab eo sanitati filiam suam obtulerat, clarè satis convincitur. Ejus quoque humilitas in eo elucit, quod post patrata miracula ne applausus excipere cogeretur, ab hominum se oculis subduxerit. Mansuetudo ipsius in eo emicuit, quod adversus truculentos persecutores nullâ unquam fuerit iracundiâ commotus. Ejus quoque modestiam admiratur venerab. Dionysius Carthusianus, dum hunc in modum de eo scribit: *Cum inter Apostolos esset nobilior & opulentior, tamen in toto sacro Evangelio nunquam legitur aliquod verbum esse locutus ad Christum. Undè subdit eum illud adimplevisse Ecclesiastici monitum dicentis cap. 3. Quanti major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Sapienciam ipsius idem Dionysius Carthusianus ex ejus taciturnitate deducit: Tanta, inquit sapientia signum fuit illa sancta taciturnitas sua, nam Salomon Prov. 6. ait: Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Et rursus: Qui moderatur sermones suos, sapiens & doctus est. Evidens quoque fidei, pietatis & religionis, charitatis idem & amoris erga Deum & proximos testimonium perhibent illæ tot animarum ab eo factæ innumerae conversiones. Quæ amplissima messis orationis fructus pariter extitit; nam ut apud eundem Metaphrastem scribitur: *Tendit orationis sue retia, & gentes ipsas è profundo creptas, illas quidem captivas, sed ad vitam tamen ductas conservavit.**

Serm. 2. ad S. Barthol.

Joseph humilito;

3. *Erat pernoctans in oratione. Chrysostrmus præclaram illam adversus inimicos infernales ab eo obtentam victoriam orationis ipsius efficaciam potissimum attribuit, dum ait: Non leonia rugitus sic fugat, nisi iusti oratio demones. Et enim quisquis hujus sancti Apostoli vitam legit, ipsum implacabile quoddam demonibus bellum movisse reperiet, qui se ab hominibus in idolis adorari procurabant; hi enim ore proprio se igneis vinculis ab eo adstringi & coerceri palam fatebantur; undè unus ex ipsis dixisse fertur: *Apostole Dei Bartholomæe, me incendunt orationes tuæ.* Sanctus quoque Antoninus scribit, quod ad primum Apostoli hujus in regnum Per-*

Hom. 53. in Acta.

farum ingressum idolum Astaroth, quod præ cæteris majori in veneratione erat, prorsus obtumescens ne verbum quidem deinceps proferre potuerit; cuius obmatescentiæ causam cum Paganis ex alio quodam simulachro sciscitarentur, hoc retulere responsum: *Deus vester catenis igneis religatus est, ita ut nec loqui, nec respirare valeat, ex quo Bartholomæus Apostolus Dei civitatem vestram ingressus est.* In libro Tobiae accurate nobis, quidnam excitatus à concrematis in igne piscis illius visceribus fumus operatus fuerit, hæc verbis describitur: *Fumus ejus extricat omne genus demoniorum;* per quem fumum Lyranus ardentem Tobiae & Saræ orationem intelligendam esse tradit; ac proinde facile unicuique erit conjicere, quantum S. Bartholomæi oratio tyrannidem infernalem, à qua regnum illud infidelitatis & paganismi caligine obtenebratum possidebatur, prostraverit; hæc enim tantæ efficaciam fuisse perhibetur, ut ipsiusmet demonis operam in sacrilegi cultûs sui exterritum sibi subservire coegerit: *Præcepit demoni (inquit S. Antoninus) ut idolum Astaroth comminueret, & omnia alia simulachra templi per seipsum confringeret.* Undè à Dionysio Carthusiano ejus laudes describente *Vulnerator diaboli* appellatur, & in supra citato Metaphrastis panegyrico de eo dicitur: *Oratio ne quidem demones fugiebat.*

Tob. 6. 8.

Ser. 68.

4. *Erat pernoctans in oratione.* Chrysostomus lib. 2. de orando Deum, miraculorum donum orationis virtuti attribuit, dicens: *Paulus post miracula, post excitatos mortuos ad deprecationis presidium accurrit, quandoquidem morsuorum excitationem, reliquaque omnia suppeditat deprecatio.* Quo principio supposito clarum est in hujus sancti Apostoli victoria, quod precibus morbos insanabiles curabat, leprosos mundos faciens, cæcis visum restituens, claudos ad currendum expeditos faciens. Ac proinde Dionysius Carthusianus nobilissimo hoc illum epitheto honoravit, ut dicatur: *Fons jugiter sanitates emanans.* Et quidem hæc fortasse causa fuit, quòd in hujus Apostoli hodierna festivitate illud decanterur Evangelium, in quo factâ prius affidua orationis mentione, circa finem hæc verba leguntur: *Qui venerans ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis, & qui vexabantur à spiritibus immundis,*

Ser. 68.

dis, curabantur; id quod in S. Bartholomæo taliter adimpletum fuisse novimus, qui in virtute orationis, cui affidua & ferventer deditus erat, per insignia prorsus miracula variis malis oppressos confestim curabat.

5. *Erat pernoctans in oratione.* Porro înter alios orationis fructus hic quoque eximius est, valdeque præcipuus, quòd scilicet infirmitati humanæ mirum animi vigorem subministrat in medio passionum & cruciatuum, quos aliàs debili & fragili natura adeo abhorret, ut ipsemet Dei filius se carnem hæc fragilem verè assumpsisse ostensurus, quando amarissimum passionis suæ calicem exhiberi vidit, *cæperit tadere, pavere, & mæstus esse;* qui tamen mox ad orationem recurrit ad instar generosi leonis de terra surrexit, miraque cum fortitudine animi confestim dixit: *Surgite eamus.* Undè B. Laurentius Justinianus de triumpho Christi agone ita scribit: *Intellige quantum oratio conferat, quæ paventem & agonizantem suscipiens Dominum, illum exhortantem reddideris atque intrepidum; undè agebat: Surgite eamus.* Olim per Zachariam Prophetam vaticinata fuit: *Effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ & precum,* qui idem Propheta postea fructum declaraturus, qui ab hac orationis semente reportandus esset, subjunxit: *Et aspiciens ad me quem confixerunt, & plangent eum, & sanctus, quasi super unigenitum.* Oratio igitur ad imitationem Redemptoris ad tormenta & cruciatus subeundos animos nos reddit. Inter acerbissima quæ tyrannorum carnificina unquam excogitare potuit, tormenta, illud haud dubie atrocissimum fuit, quod in suo corpore experiri coactus est S. Bartholomæus; generosa autem, qua illud ipsum fortiter sustinuit, constantia, orationis ipsius fervori potissimum adscribenda venit; nam ut S. Augustinus ait: *Orans Ieremias confortabatur in carcere Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Iob in sterquilinio triumphat de diabolo.* Porro S. Bartholomæus in hoc infami tormento constitutus non solum patientiam, sed miram quoque præ se tulit animi lætitiã; nam ut Granatenfis in quodam sermone de hoc S. Apostolo scribit: *Semper eodem vultu & animo lætus & hilaris permansit;* cum tamen carnifices ipsum detractis vestimentis nudarent, & ne

Mar. 14.

32.

Zach. 12.

10.

Ser. 22. ad

fratres.

& ne

& ne se ulla:enus movere posset , ad stipitem quendam alligatum, veluti totidem famelici lupi acceptis novaculis certatim detractâ pelle vivum excoriârunt : *Detrahitis vestibus, ut expeditiores essent , sulcare & scindere hinc inde saeratissimum illud corpus incipiunt, & inter cutem carnemque vias ferro aperire , rimari se creta viscerum, & alterâ quidem manu pellem ad se trahere, alterâ ferrum stringere. & cutem à carne separare, atque has immanitate divini viri & terga, & pectora, & brachia, & formora, & crura conscindunt, lacerant atque disperpunt.* Quibusnam verò modis immensis hisce doloribus, suæque carnis diræ excoriationi perferendæ sufficere poterat ? Audite quæ sequuntur, sunt enim merus ejusdem Ludovici Granatenfis Discursus, & verba ejusdem formalia : *Divinus autem Apostolus sanguinolentum corpus, ut regalem purpuram intuebatur, carnifices autem illos coronarum ministros atque fabricatores reputabat, id quod unius so-*

lius meditationis & orationis ejus fructus erat; *corpus vere lacerum, holocaustum & hostiam vivam Deo placentem existimabat, & mentis oculis in crucifixi Domini sui imaginem defixis incredibili mentis alacritate triumphabat, quòd se illi per mortis supplicium similem fieri videbat, & sanguini, quo redemptus fuerat, vicem sanguine suo rependebat.* Audite Apostolum ad hoc propositum aptè loquentem : *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem; recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversus semetipsum contradictionem; id quod priusquam à S. Paulo scriberetur, S. Bartholomæus exactissime fuit executus. Quisnam autem orationis & meditationis hujus fructus fuit ? Vt ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim usque ad sanguinem restitistis.*

Hebr. 12. 2.



Varia ejusdem Sancti considerantur præconia, idque per varias
sacrorum interpretum expositiones illis Psalmi verbis ad-
hibitas: *Extendens cœlum sicut pellem, qui te-
gis aquis superiora ejus.*

DISCVRSVS SECVNDVS.

*Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis a quis superiora
ejus. Psal. 103. v. 3.*

1. **Q**uando regius Psaltes
Deum cœlum veluti pel-
lem quandam extendisse
dicit: *Extendens cœlum
sicut pellem, qui tegis su-
periora ejus*, eundem in
spiritu prophetico de san-
cto Bartholomæo loqui
voluisse omnino mihi persuadeo: idem namque
Psalmista Apostolos alibi Cœlorum nomine
non infrequenter condecoravit: *Cœli enarrant
gloriam Dei*, id est, ut Glossa ait, *Apostoli*, adeo-
que dum ait: *Extendens cœlum sicut pellem*;
idem est ac si diceret: *Extendens Apostolum
sicut pellem*. De quonam verò id ipsum ad lité-
ram aptius verificatur, quàm de S. Bartholomæo;
ut potè cujus corpus non solum instar pellis cu-
jusdam extensum, verum etiam, prout omnibus
notum est, decoratum fuit; cui insuper, prouti
ex nominis Bartholomæi ethymologia videbi-
mus, sequentia thematis verba: *Qui tegis aquis
superiora ejus*, verissimè & propinquisimè conve-
niunt.

2. *Sicut pellem*. Hugo Cardinalis ait: *Sancti
predicatores extensi & diffusi sunt in omnem
terram*; cujus rationem reddit dicens: nam pel-
lis à mortuo animali abstrahitur, per quam de-
signantur Predicatores, per mortificationem
carnis, quam debent habere, quam habuerunt
Apostoli. Quis autem inter omnes Apostolos
magis carnem suam ad instar pellis cujusdam
mortificando, Apostolo nostro maceravit? aut
quis ipso magis ad prædicandum Evangelium
super terram extensus fuit? Dionysius Carthu-

sianus Theodoretii testimonio fretus, quoad hoc
transcendentem quandam laudem eidem attri-
buit, dicendo: *Bartholomæus Apostolus aqua- Serm. 1. de
liter sicut Petrus fecunda vit Ecclesiam*; at ve- S. Barthol.
ro Origenes ab eodem Carthuliano adductus
plus ultra progreditur, & dicit: *Incarcum esse
quis majorem in mundo fructum fecerit, Bar-
tholomæus an Petrus*. Etenim neicio an de illo
aliorum Apostolorum a què propriè ac de san-
cto Bartholomæo hæc verba verificentur: *In
omnem terram exiit sonus eorum*. & *in fines
orbis terra verba eorum*; cum enim in totius
mundi inter Apostolos factâ partitione huic
Apostolo Licaonia contigisset, in eaque innu-
meros ad sanctam fidem nostram, Chrysolomo
teste, convertisset, mox se ulterius in Indiam
contulit, prouti Origenes, Eusebius & Nice-
phorus pariter testantur, abindè verò se recep-
it in Armeniam; qualem verò in dictis regio-
nibus messem congregarit, ex eo haud obscu-
rè colligitur, quòd Author vitæ seu historię ejus
in ipsius laudem conscripsit, dum ait: *O bea-
tos illos pedes Evangelicis gressibus speciosos fa-
ctos, & ad infinitarum animarum adeptionem
rectâ viâ progredientes*, Auscultetis velim Ista
Prophetam, qui ex eo quòd futuros in Evange-
lica lege eventus accuratissimè descriperit, per
antonomasiâ Prophetæ Evangelicus passim ab
omnibus appellatur; hic enim in principio ca-
pitis 53. ita loquitur: *Lauda sterilis, qua non
paris; decanta laudem, quoniam multi filii de-
serta magis, quàm ejus que habet virum; di-
lata locum sensorii sui, & pelles taberna-
culorum suorum extende*. Quem textum

Hugo

Hugo Cardinalis ita interpretatur: *Post passionem Christi agit de vocatione Ecclesia de gentibus: Lauda sterilis, id est, Ecclesia, qua sterilis fuisse à bonis operibus, lauda DEVM qui te fecundavit.* Enimvero festiuitas hodierna, quæ de hoc sancto Apostolo hodie celebratur, nequaquam vulgaris est, aut ordinaria, siquidem in communi oratione de hoc Apostolo hodie ita legimus: *Hujus diei venerandam sanctamque latitiam in beati Apostoli Bartholomæi festiuitate tribuisti; hujus autem lætitiæ causam idem Hugo Cardinalis per illa Isaïæ verba exponit, quoniam multi filij erunt tibi, etenim messis, quam per Apostolicos sudores tuos Christo comparavit, copiosissima fuit, infinita anima.* Ac proinde dilatarî jubet Propheta locum tentorii, quia tentorium est Ecclesia, qua militat super terram; *Tabernacula sunt plures Ecclesia, pelles tabernaculorum sunt predicatorum; Cum enim sanctus Bartholomæus in illis Provinciis & regnis, quibus Evangelium annuntiarat, multas erexit Ecclesias, singulis quoque de mysticis hisce pellibus, id est, de ministris Evangelicis abundè prouidit, præcipuè verò in Armenia, in qua postquam excoriatus esset Apostolus, per ejus intercessionem Polemon Rex electus fuit Episcopus, qui per viginti annorum decursum fidelium numerum incredibiliter adauxit.* Refert de Solymanno Turcarum Imperatore Pater Hieremias Drexelius, quod cum dictus Imperator in expugnatione Insulæ Rhodiensis filiam suam cuidam traditori Christiano in conjugem dare promississet, si is per proditionem suam dictam Insulam, in Turcarum posset potestatem redigere; dictus proditor perfidæ proditionis dolos, quos machinatus fuerat, feliciter absoluit; peractâ autem traditione grata quidem fuit dicto Imperatori proditio, non item proditor, quin potius summè illum execrabatur; cum verò traditor factæ sibi promissionis executionem perurgeret, Imperator ad eam exequendam se promptum esse simulavit, ideoque filiam suam regiis ornamentis conspicuam adduci fecit, ac tum ad ipsum traditorem conversus ait:

Mansj Sanctuarij Tom. III.

quod si nunc tibi placet, ut in generum te meum accipiens filia mea te sponsum & maritum jungi faciam, prius te in Mahometis legem transire necessum erit, adeoque non solum Christo tuo tibi renuntiandum, verum etiam hac qua toto corpore contegeris pelle, quæ Christi baptismalibus undis tincta fuit, exuendus eris, ac proinde vivum ipsum excoriari fecit, quo in supplicio, prout multis titulis justissimè promèuerat, infeliciter mortuus fuit. Quam historiam ad propositum nostrum haud ineptè sic applicari posse existimo. Sanctus enim Bartholomæus non jam traditor Domini sui ut Judas, sed Domini sui fidelissimus seruus, ut infelicem illum Armeniæ populum paganum ab inimicorum infernalium tyrannide liberaret, omnibus nervis studiosissimè contendit, sperans ut in laborum suorum præmium Ecclesiæ triumphanti desponsaretur: *Sponsabo te mihi in fide,* Glosa addit: *Ecclesia, quæ proinde, ut mihi quidem videtur coram eo omni regio cultu elegantissimè exornata, adducta fuit: Vidi civitatem sanctam, id est, Ecclesiam, inquit Glosa, vel ut Lyranus ait: Electorum societatem descendentem de celo à Deo paratam, sicut Sponsam ornatam; quasnam verò pacti hujus sponsalitiū leges fuisse existimatis, quibuscum hujus sponsalitiū contractus inter ipsum & sponsam, æternam videlicet gloriam, stipulatus fuit? nimirum ut vivus à capite ad calcem usque excoriaretur.*

3. *Sicut pellem.* Quantum obsecro pellis aliqua animalis mortui maceratur, quantum convellitur, extenuatur, extenditur, priusquam nostris possit usibus congruè adaptari? ac proinde quantum etiam sanctus Bartholomæus in hoc atroci tormento extenuatus, convulsus, & extensus fuit? *Extendens cælum sicut pellem, quasi dicat, inquit Cardinalis, quantum extendit homo suam pellem in pœnitentia, tantum extendis ei de cælo, id est, de cælesti premio.* Quod cum revera ita se habeat, quis unquam gloriæ illius, qua sanctus hic Apostolus in cælo felicissimè perfruitur, immensitatem assequi poterit, qui pellem suam per tam atrocia tormenta, cruciatusque

Ose. 2. 20.

Apo. 11.

F f

ciatusque

*De lingua
malè con-
sultent c. 8*

ciatusque intolerabiles præ cunctis aliis mace-
ravit & extendit. Idemmet Cardinalis super illa
Isaie verba: *Pelles tabernaculorum extende*, ita
scribit: *Quilibet pellem tabernaculi sui debet
extendere, pellem enim extendere est carnem af-
figere*: Verum quidem est, quod sanctus hic
noctiter Apollolus carnem suam graviter afflixit,
quando centies de die, totidemque vicibus de
nocte orationem suam instituit; ac vero quid
tandem de ultimi supplicii sui carnificina di-
cendum nobis erit, etenim Tyrannus post
quam corpus Apostoli atpernissimis flagellis
cæcidisset, hæc cruciatus immanitate mimi-
mè contentus, ut Granatenſis ait, *atrocis-
simum hoc supplicij genus, nusquam ante vi-
sum, Sathana instigante excogitavit, quod &
acerbitate sua, & novitate, & diuturnitate
Apostolum immanissimè cruciavit*. Novum
procul dubio fuit hocce Martyrium; nam si
Hætas per medium acutissimis serræ cuius-
dam dentibus secatus fuit, lecta pariter fuit lan-
ctæ Euphemia, idque dum etiamnum esset te-
nerioris ætatis juvencula; quodſi Jeremias
sub lapidum imbre occubuit, lapidatus pariter
fuit sanctus Stephanus. Si Andreas fuit cruci-
fixus, eodem quoque supplicii genere è me-
dio sublatus fuit & sanctus Petrus. Concrema-
tus fuit super carbonibus inelytus Christi mar-
tyr Laurentius, super iisdem vitam quoque su-
am Deo in holocaustum obtulit S. Macedonius;
at verò sanctus Bartholomæus vivus excoriatus:
neminem sibi in martyrii atrocitate parem aut
socium agnovit.

4. *Sicut pellem*. Hugo Cardinalis ait:
*Pelles extenduntur, cum exempla martyrum
rubricata eorum sanguine ostendantur ad imi-
tandum*. Enimvero quemadmodum invidi
illi fratres vestem Josephi, quem à fera pes-
sima dilaniatum esse mentiebantur, sanguine
hirci, cui eandem intinxerant, madidam
Jacob Patri suo in signum jam mortui fratris
sui ob oculos statuebant: ita quoque sancta
mater Ecclesia hodiernâ die, ex opulenta ac
prædivite diversarum sacrarum vestium cu-
stodia hanc sacratissimam sancti Bartholomæi
pellem educere videtur, ut eandem explica-
tam & extensam fidelium oculis objiciat,
hæcque ratione eosdem ad prodigendam pro
Christo vitam & sanguinem suum excitet, &

animos addat. Valerius Maximus de certo quo-
dam Judice, cui Sisamnes nomen erat, compert^a
fide refert, quod cum is se per oblatum auri ar-
gentique pretium ad edendam in tribunali injur-
tam sententiam seduci permisisset, Cambyses
Rex cæteroquin prædicti Sisamnis magnus a ni-
cus eundem vivum excoriatum fecerit, detractam-
que pellem in solito Tribunalis loco, in quo aſſi
Judices jura deinceps pronuntiaturi erant, ex-
tendi & affigi jusserit, tandem verò in patris lo-
cum filium subrogavit, qui deinceps sub pelle
Patri suo ob iniquitatem detractâ jus suum
unicuique cogebatur edicere; quam utique
historiam ad propositum nostrum hunc in
modum adaptare possumus. Sanctus Petrus die
quadam coram Christo comparuit, eique
totius collegii Apostolici nomine dixit:
*Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus
te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illi:
Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis om-
nia, & secuti estis me, cum sederit filius ho-
minis in sede majestatis sue, sedebitis & vos
super sedes duodecim judicantes duodecim
tribus Israel*. Ab hoc autem Apostolorum in
deferendis hujus mundi transitoriis bonis
edito exemplo plerimi Christianorum tur-
piter degenerant, dum corda sua hujus muni-
di bonis atque divitiis totaliter agglutinari
sunt, ac proinde omninò mihi persuasum
habeo illam omnis erroris nesciam DEI sa-
pientiam ac providentiam ita disposuisse, ut
detracta hujus excoriatæ Apostoli pellis su-
per ejus throno extensam affigi voluisse, ut
hac ratione per hanc sancti Bartholomæi pel-
lem nimiam illam bonis hæc temporalibus ad-
hæſionem cordis, multis Christianis repro-
braret, atque objiceret, quæ illos in ultimo
Judicii finalis die in æternæ perditionis ba-
rathrum magna confusione repletos præci-
pitabit, utpote qui bonis hæc terrenis adeo
fuerunt pertinaciter dediti, cum tamen san-
ctus hic Apostolus non solum bona terrena,
quæ in hoc mundo amplissima possidebat,
verum & ipsammet pellem pro Christi no-
mine libentissimè dimiserit. Ac proinde
illis avaris dici poterit: *Conglutinatus est in
terra venter eorum*, quia non solum bonis
terrenis inordinatè adhæserunt, verum insu-
per proximos suos vivos quasi excoriarunt,
justa

Lib. 6. c. 3.

Matth. 19.

Mich. 3.

justa

Conc. I.
S. A.

juxta id quod in Michæa scribitur : *Nunquid non vestrum est scire judicium? qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriarerunt; ecce tibi eorum in hoc tribunali condemnationem: Abscondet faciem suam ab eis in tempore illo.* Quidnam obsecro tunc respondere, aut in suam defensionem adducere poterunt, quando ex altera parte confiderabunt S. Bartholomæum suâ quoque pelle nudatum?

s. *Qui tegit aquis superiora ejus.* Verba hæc ad prædicta immediatè consequuntur; & quidem quoad sensum literalem de aquis & humore Chrystallino, qui est super firmamentum, intelliguntur; *Et aqua omnes qua super caelos sunt, laudent nomen Domini.* Sciendum est autem, quod etiam in hoc mystico hujus Apostoli cælo aquæ quædam existant: Etenim sanctus Petrus Damianus sancti Bartholomæi nomen hunc in modum interpretatur: *Dicitur filius suspendentis aquas.* Et Beda ait: *Bartholomæus Syrum est, non Hebræum vocabulum, & interpretatur filius suspendentis aquas.* Hugo Cardinalis in caput 10. sancti Martini idipsum dicit; veruntamen sciendum est insuper, quod circa sacrum ejus corpus miraculum quoddam contigerit, per quod aquas ejus suspensas fuisse, literaliter verificatum fuit. Scribit enim Gregorius Turonensis, quod cum pretiosus corporis ejus thesaurus innumera in Asia, ubi depositus fuerat, patraret miracula, viderentque gentiles Christianos ex omnibus mundi partibus ad sacras ejus reliquias venerandas concurrere, iidem sacrum hoc depositum accipientes, illudque in plumbeum loculum reponentes, una cum loculo plumbeo in mare submergendum conjecerint, aquæ autem marinæ quasi reverenter illud suscipientes in humeris suis venerabundè suspensum in Lyparim insulam propè Siciliam transportarint, ubi divinâ relatione à Christianis agnitum, & à Christianis magna in veneratione habitum fuit, magnificentum in eo loco templum in ejus honorem erigentibus. Alius quoque author in *Historia vitæ Patrum scri-*

bit, quod postquam Roma sacro hoc thesauro locupletata fuisset, itque ibidem in Ecclesia ad ejus honorem erecta ad Insulam, ubi hodie dum requiescit, collocatus esset, acciderit, quod inundantis Tyberis aquæ supra ejus corpus cubitis aliquot intumuerint, nec tamen illud aut ejus exuvias, quibus obvolutum vel minimum madefecerint. Quod idem miraculum alia quoque vice in simili inundatione, quæ tempore Clementis VIII. accidit, repetitum fuit; communis etenim est in hac civitate traditio, quod licet eo tempore aquæ Tyberis pariter aliquot cubitis super corpus Apostoli exundarint, ejus tamen sacrarium sive sepulchrum ab eisdem aquis adeo manserit intactum & illæsum, ut omnia sepulchrum ambientia adeo arida & sicca remanserint, ut ne tela quidem araneorum in ejus circuitu ab aquis convulsa fuerint. De sancto Eliseo Propheta legitur, quod postquam pallium ab Elia Magistro suo è curru igneo ad eum submissum, quod nihil aliud quam pellis quædam, *Zona pellicea* erat, hæreditasset, ipse ad ripam Jordanis reversus, Melote hac Elianâ aquas quidem percusserit, non tamen illa vice diviserit; *Pallio Elia percussit aquas, & non sunt divisa, & dixit: Vbi est DEVS Elia etiam nunc?* paulò post autem iterum percussit aquas & divisa sunt, adeo ut prodigiosè in aere suspensæ subsisterint, ut Propheta sic pedibus transitum liberum darent: *Divisa sunt huc atque illuc & transit Eliseus.* Quisnam vestrum causam mihi edicet, cur pellis illa, sive Eliana Melotes, aquas Jordanis secundâ non verò primâ vice diviserit? Abulensis responderet: *Vt compelleretur orare, non sunt aqua divisa primâ vice.* Hoc supposito, quoad præfens propositum nostrum hunc in modum discorro. Sanctus Apostolus noster in zelo orationis, & in omnibus alijs, præcipuè verò in veræ Religionis ardenti prosecutione Elia simillimus fuit, quia pallium ejus, seu potius pellis & sacrum corpus ejus quod animâ in cælum abeunte nobis hic deorsum in terris post se reliquit, non semel, sed sæpius aquas suspendit & divisit. *Filius*

Ser. 2. de
Barthol.

Lib. de
gloria.

Mart. c.
14.

Rob. ad

suspendentis aquas ; hæc etenim reliquiarum suarum sacram unam contingere non audebant, idque quia orationi totaliter deditus fuerat : *Centies in die , & centies in nocte orat* ; Verumenimvero si per aquas in sensu morali cruciatus & tormenta intelligantur : *intraverunt aqua usque ad animam meam* , per aquas vero Jordanis electorum denotentur tribulationes , morales quoque doctrina nobis suggeritur, nimirum quod si illas tribulationum aquas velimus suspendere; id est, per feriam quandam meditationem libenter & patienter sufferre , manibus nostris pallium istud, id est, illam sancti Bartholomæi pellem devotè apprehendamus, atque quantum passus

fuerit , & quanta cum lætitia hoc suum martyrium sustinuerit serio meditemur , sic enim fiet , ut per hanc considerationem passionis & adversitates hujus vitæ constanter perferendo, non solum Jordanis aquas , verum etiam ipsum met maris profundissimas undas feliciter transeamus , id est , cunctis nobis occurrentibus amarissimis adversitatibus superiores erimus, atque tandem in Paradisi hincore felicissime appellemus.

Causæ cur Deus hostiæ, priusquam ei sacrificium offerretur, pellem detrahi voluit , S. Bartholomæo applicantur.

DISCURSUS TERTIVS.

Detracta pelle hostiæ. Levitici cap. 1.

V. 60.

Rom. 12. 1

DEUS optimus Maximus in veteri lege pecorum, agnorum , taurorum aliorumque similibus animalium victimas & holocausta accipere consueverat, in nova autem gratiæ ita disposuit, ut nosmetipsos ei in sacrificium offeramus. Unde sanctus Apostolus hoc ad Romanos scribens, nos exhortatur dicens: *Obsecro itaque vos fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem.* Porro inter alios ritus, quibuscum DEUS noster sacrificia sibi offerri voluit , unus erat , quo jubebantur victimam pelle sua denudare plusquam Domino offerretur , tamen si reliqua omnia in holocaustum oblata conflamerentur ab igne : *Detracta pelle hostiæ.* Unde Abulenſis ait : *Priusquam*

vitulus aut alia animalia offerebantur & immolabantur, detrahebantur sibi pelles, id est, decoriabantur. Quia vero circa hunc ritum nemo dubitare poterat, cur infinita illa Dei sapientia hujus ceremoniæ instituendæ curam habuerit, *Nunquid de bobus cura est Deo?* ex quo enim tota victima igne conflagrare & consumi debebat, quid opus erat eidem priusquam offerretur pellem detrahere ? nunquid hæc una cum carne & ossibus simul concremari poterat ? Ideo idem author protinus respondet : *DEUS volebat pro se id , quod homines pro cibo suo volunt , sed ad cibum hominis pellis incepta est.* Cornelius à Lapide dicit : *Pellis detrahitur tum ob munditiam sacrificii , tum quia sacrificium erat quasi cibus DEI, pellis autem comedi non solet.* Ecce tibi igitur explicatum mysterium , ob quod S. Bartho;

sanctus Bartholomæus semetipsum DEO suo in sacrificium offerre volens, libenter se passus sit crudelissimè excoriari, nimirum ut tantò purior mundiorque esset oblatio, ob munditiam sacrificij; sicut etiam ad hoc ut Divinæ suæ Majestati se in cibum tanto sapi diorem, gratiorem & acceptiorem prepararet, *Hosiam viventem, sanctam; Ecce in finitatem munitionem, DEO placentem*, ecce quoque indicatum exquisitum oblatis ferculi saporem, Enimverò quia inter varia sacrificia quibus DEUS honorabatur, holocaustum nobilissimum & perfectissimum erat; Ideò sanctum Bartholomæum de hoc sacrificiorum genere fuisse asserere possumus. Unde Oleaster super illum Levitici textum, loco illorum verborum: *Detrahit pelle hostis, legit: Excoriabit holocaustum*, Sancta quoque mater Ecclesia in quodam Responsorio, quod de sanctis Martyribus canere solet, de iisdem ait: *Quasi holocausti hosiam accepit illos*. Prius excoriatur victima, ac tum demum sacrificium perficitur, ac proinde prius sanctus Apostolus noster excoriatus, postea verò decollatus fuit. Dionysius Carthusianus scribit, per hanc victimæ excoriationem significatam fuisse flagellationem, cui Redemptor noster in Passione sua subijciendus erat: *Per pellis detractionem figurata videtur flagellatio sacratissimi corporis Christi*. Porro sanctus Bartholomæus non solum hoc mysterium in semetipso adimplevit, utpote qui ad imitationem Magistri sui flagellatus fuit, verum etiam pelle carnem suam denudare voluit. Agnus ille, qui olim ab Hebræis ex jussu divino in Paschate sacrificabatur, vivus quidam Christi typus fuit, qui pro peccatorum nostrorum expiatione æterno Patri suo in Paschate in sacrificium & holocaustum offerendus erat. Hæ autem erant oblationem istam præcedentes cæremoniæ, quas Scriptor quidam modernus ita describit: *Postquam agnus Paschalis mactatus à sacerdote fuerat in domo mactationis, unusquisque ei pellem detrahebat, in quem suam clavum ferrei parati erant*. In calu verò nostro idolorum sacerdotes Athyagen impiissimum illum Tyrannum ad inferendam sancto Apostolo nostro necem instigârunt, interea verò barbari & immanes illi ministri, carnes ejus certatim di-

Novar.
lib. 5. m.
s. agn.
Euchar.

laniabant, convellebant nervos, venas præscindebant, suaque pelle denudabant carnes ipsius. Sanctus Thomas quoque hanc holocausti oblationem in sancto Bartholomæo agnovit, ideoque ait: *Fuit excoriatus, ut Deo tanquam verus agnus in holocaustum offerretur*. Sciendum verò est, illud fuisse singulare holocausti præ aliis sacrificiis privilegium, quod ut superius perpè diximus, totum in Dei honorem concremaretur ab igne, ad distinctionem aliorum, in quibus una pars cedebat in victimam; aliæ verò partes inter sacerdotem & offerentem distribuebantur. Obtulerat quidem sanctus Bartholomæus Deo varia hætenus sacrificia de semetipso, siquidem se omnibus mundi hujus bonis spoliaverat, cum tamen juxta multorum opinionem nobilis natus fuerit & dives, adeoque dicere poterat id, quod postea scripsit Apostolus: *Propter te mortificamur tota die, estimari sumus sicut oves occisionis*; hoc tamen sacrificij genere minimè contentus, se ipsum totum in sacrificium offerre voluit in holocaustum, quod est genus sacrificij nobilissimum & perfectissimum. Superbus ille Sathanas DEO quondam de Job servo ejus dixit: *Pellem pro pelle, & cuncta qua habet homo dabit pro anima sua, alioquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi* Job cuncta armenta sua, omnesque servos & filios suos perdiderat, nec tamen Sathanas id pro re magna censendum esse arbitrabatur, quod Job hæc omnia DEO in sacrificium litasset, nisi ad perfectissimum sacrificij genus pertigisset semetipsum totum & totaliter in holocaustum offerendo, tunc enim virtutem suam magni æstimandam esse judicabat, si pellem quoque suam ad Dei honorem liberaliter prodigeret. Unde sanctus Hieronymus ait: *Audacter DEI renuit prædicationem, & dicit eum nequaquam debere laudari, qui nihil de se, sed totum ex se dedit, qui pro corio suo coria obtulerit filiorum, deposueritque marsupium ut fruatur sanitate corporis*. Idem quoque Hugo Cardinalis scribit: quasi dicat: *Patienter sustinet Job damna exteriora, quia timet, ne in proprio corpore feriatur*; Neque ad suum erga DEUM amorem & fidelitatem probandam sufficit, si quis omnibus quæ possidet, sese expoliet, nisi

Ser. de S.
Barthol.

Rom. 8.

Job. 2. 4.

etiam, ubi opus fuerit, pellem suam, id est, corporalem salutem sibi adimi pariat. Tandem verò DEO ad hujus nostri holocausti Apostolici perfectionem majorem, infernalis tentatoris malignitate uti complacuit, sed quoniam putatis modo? Non sufficiebat humani generis inimico, quod tantas adversus eum obstrenuam ejus Evangelii prædicationem sulcasset persecutiones, omnem quoque ejus austeritatem, paupertatem, divitiarumque contemptum flocci faciebat, nisi eum acerbissimis quoque flagellis crudelissimè cædi faceret; ideoque idolorum sacrificulos, ut eum vivum excoriarent, pelleque sua exuerent, exstimulavit. Scribit autem quidam, quod *pellis dicatur superficies corporis, quâ totum corpus clauditur & vestitur; pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis compegisti me.*

Job. 10. 11. Hic Apostolus nosse ut perfectum se DEO holocaustum offerret, quicquid possederat, imò quicquid hic in terris sperare poterat, liberaliter erogarat, cumque nihil illi ad dona ulteriora facienda superesset, pellem quoque suam libentissimè exiit; Nam ut venerabilis Ludovicus Granatensis in sermone quodam de præsentis festivitate scribit: *Meminerat verum esse, quod olim mendacij pater dixerat: Pellem pro pelle, & cuncta qua habet homo, dabit pro anima sua; hoc est, nulla res tam chara in hac vita erit, quam non libenter homo pro redimenda vita largiatur;* atque ideo ab hac vita ad alteram, quæ beata est arguendo, dicebat; quod si pro hac vita conservanda, quæ tamen non nisi ærumnosa quædam lachrymarum vallis est, omnia erogantur & deferuntur, *quid mirum si ego (ita ex ore S. Bartholomæi loquitur præfatus Granatensis) pro sempiterna illa vita, quæ mortem nescit, quæ lachrymas ignorat, quæ malorum omnium expers, & bonorum omnium compos est; corporis mei pellem tribuam, immortalitatis vestem illico pro ea percepturus, itaque libenter me carnificibus excoriandum præbeo, & crucifixo Domino meo pellem offero.* Num fortasse majori cum perspicuitate vobis declarari desideratis, qualiter hoc holocaustum ex omnibus partibus suis integrum atque perfectum fuerit? Nemo utique id Hugone Cardinali melius præstabit; Hic enim prædicta verba: *Pellem pro pelle exponens, per*

varios sensus eam interpretationem admittere ostendit; Et quidem in primis *Nota*, inquit, *quod est pelvis fortuna scilicet bona temporalia.* Et certe si verum est, quod Petrus de Natalibus scribit, scilicet Bartholomæum verum fuisse Regis Syriæ secundum carnem nepotem, de hoc sancto Apostolo jure meritisimo dicendum est, eum hac se pelle exuisse; adeoque una cum aliis Collegii Apostolici consortibus verissimè dicere potuisse; *Ecce nos reliquimus omnia.* Hoc saltem in dubium revocari nequaquam potest, quòd scilicet omnia sibi à Polemone Rege oblata opulentissima munera, thesaurisque regios generosissime spreverit. *Item pelvis est poenitentia;* Hanc autem pariter DEO consecravit, siquidem vita ejus rigorosissima semper extitit, nam quotidie genuflexus centies de die, & totidem vicibus de nocte ferventissimam ad DEUM orationem instituit. Per solidum viginti sex annorum decursum vestem suam nunquam mutavit, virgo quoque prouti plures de ipso constanter scribunt, semper permanit, tamque eminente innocentia & sanctitate dotatus fuit, ut sanctus Petrus Damianus de ipso scribat: *Dicitur Filius Dei, non quidem naturalis generationis origine, sed propensionis gratia dignitate, erat enim verè Dei templum, cælestis gratia sanctuarium, arca fœderis, tabernaculum testimonij; item pelvis virtutum,* inquit idem Hugo; De hac autem pelle in Discursu primo prolixè satis meminimus. Item pelvis mortalitatis; Hanc autem mortalem & fragilem pelliculam acutissimarum novacularum aciei libenter submisit, quando excoriatus fuit, adeoque si vitam hujus Apostoli penitus introspicimus, manifestum evasit, quod Christo non unam sed plures pelles suas dederit, idque ut tantò mundior & purior, suoque Redemptori tanto gratior & acceptior hostia fieret. Verum enim verò notandum est, quòd tametsi holocaustum in DEI honorem totaliter consumatur, attamen si de holocausto spirituali ac mystico, quod Martyres Divinæ Majestati offerunt, sermo sit, de hoc Christus apertè protestatur dicens: *Capillus de capite vestro non peribit, vestri capilli capitis omnes numerati sunt; custodit Dominus omnia ossa eorum;* id quod

Ser. 2. de S.
Barthol.

in sancti hujus nostri Apostoli corpore verissimè adimpletum fuit; Mirum enim est, quod de corpore sancti hujus Apostoli ex Insula Lipariensi Beneventum translato narrat Cardinalis Baroni-
 nus, scilicet quod cum Saraceni Insulam Lipariensem quaquaversum miserè devastassent, ac diripiissent, ossa quoque S. Bartholomæi ibidem quiescentia hinc inde per agros disperferint, quæ tamen à Monacho quodam, cui sanctus Apostolus in hunc finem apparuerat, omnia simul collecta, ac demum Beneventum translata fuerunt.

2. Circa illa verba, *Detracta pelle hostia*, observandum quoque est, quod ut quotidiana testatur experientia, nonnunquam accidat, quod tempore ardentis Solis, quando magnus est æstus, stragulae omnes è lecto projiciantur, vestes quoque exuantur ponderosiores, utpotè calorem vehementer adaugentes; Neque holocaustum aliunde quàm ab igne consumitur; ac proinde quid putas Apostolum coegisse, ut veluti Deo oblata victima hanc pellis suæ vestem sibi metip-
 si detrahi pateretur? certè nihil aliud id effecit, quam qui in ejus corde flagrabat Divini amoris ardentissimus ignis. *In venerunt me custodes, qui circumseunt civitatem, per cusserunt me, & vub-*

*neraverunt me, tulerunt pallium meum. Adju-
 ro vos filia Ierusalem, si inveneritis dilectum
 meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.*
 Fervens hæc charitas verè virtus illa erat, ex qua omnes veros & fideles discipulos veluti ex indicio evidentissimo agnosci volebat: *In hoc
 agnoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dil-
 ectionem habueritis.* Porro custodes Hierosoly-
 mæ Civitatis sanctæ sunt sacerdotes; Noster autem Apostolus non ab his, sed ab idolorum sa-
 crificulis flagellis cædi, crucifigi, ac demum de-
 collari jussus fuit, hi ipsum pallio pellis suæ ex-
 spoliarunt, quæ tamen ipse in corpore suo liben-
 ter admisit, ardentissimo quo erga Deum fereba-
 tur amore ipsum ad id perurgente & exstimu-
 lante. *Inierunt autem David & Ionathas fœ-
 dus, diligebat enim eum quasi animam suam;* *1, Reg. 18, 4*
 verùm quidnam Ionathas suum erga Davidem
 amorem probaturus præstitit? *Expoliavit se tu-
 nicâ suâ qua erat indutus, & reliqua vesti-
 menta sua usque ad gladium & arcum suum,
 & usque ad baltheum,* ita quoque S. Bartho-
 lomæum immenso erga Deum amore con-
 citatum pelle tuâ se spoliasse, dice-
 re possumus, &c.



Alia considerantur mysteria, ob quæ Redemptor noster S. Bartholomæo pellem ejus detractam esse voluerit.

DISCURSVS QVARTVS.

Pellem desuper excoriat verunt. Micheæ cap. 3. v. 3.

Videtur S. Micheas Propheeta in assumpti thematis verbis S. Bartholomæi prædixisse martyrrium, siquidem non solum ipsos pellem excoriatse dicit, verum addit *ly in super*, quâ dictione alia quoque tacitus subindicat supplicia, quibus excruciatu s fuit. Unde Dionysius Carthusianus in sermonibus, quos de hodierna festiuitate scripsit, dicit eum primo flagellatum fuisse, postea verò capite deorsum posito in patibulo suspensum hæsisse, sicque pendulo per omnia membra pelle sua fuisse nudatum, & immaniter excoriatum; adeoque in omnibus partibus suis Diuinum in eo adimpletur oraculum *Pellem insuper excoriat verunt.* Mira quædam in Genesi describitur à Jacobo excogitata inventio, ut juxta pactas cum Laban focero suas conventiones, gregem Laban variis in velleribus ovium imbueret coloribus: *Tollens virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex plantis ex parte decorticauit eas, detractis que corticibus in his que spoliata fuerant, candor apparuit, illa vero que integra fuerant viridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius, posuitque eas in canalibus, ubi effundebatur aqua, ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in conspectu earum conciperent.* Sanctus Gregorius lib. 21. suorum moralium capite primo circa hujus facti allusionem moralem ad longum discurret, ac tandem concludit, Spiritum sanctum nobis per illud insinuare voluisse, quod in virgis illis hoc modo decorticatis Sanctorum cru-

ciatus & tormenta intelligi debeant, ut viso hoc ipsorum exemplo, firma concipiantur à uobis proposita similia pro amore DEI patienter & fortiter sustinendi; Et verè ita se rem habere satis in sancto Bartholomæo Apostolo videmus, quot enim sunt, qui sanctum hunc Apostolum videntem pelle suâ immani cum dolore exutum fuisse considerantes, in suis quoque Martyriis generosum conceperunt animi vigorem, adeo ut summa cum animi constantia pro confessione fidei, & Ecclesiæ stabilitate vitam suam libenter unam cum sanguine prodegerint? Inter alia quæ DEUS Moyfi circa fabricandum ab eo tabernaculum præcepit, unum fuit, quo jubebatur tectum illius arietum rubricantibus pelibus contegere: *Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursus aliud operimentum de lanthinis pellibus;* ubi Glossa ait. *Rubricantur pelles arietum ad operiendum tectum tabernaculi, cum Apostoli & Apostolici viri usque ad martyrrium docere non desinant: Quod si igitur Martyrum constantia, cujus stabilitas in fide annuntianda, & erudiendis errantium animabus, fortissimum est Ecclesiæ munimentum, quanto magis hanc laudem & insignem gloriam sancto Bartholomæo adscribere poterimus, utpote qui non solum inuictum in immani Passione sua animi robur exhibuit, verum etiam tectum tabernaculi Ecclesiæ rubricatæ pellis suæ tegmine cooperuit.*

2. *Pellem insuper excoriat verunt.* Verisimile est incretam illam sapientiam, quæ omnia cum altissimo Providentiæ suæ mysterio disponere consuevit, per inuictatum illud

Illud & immane martyrium hujus Apostoli, magnam ejusdem servi sui innocentiam toti mundo manifestare voluisse; primus etenim parens noster, postquam opulentissimâ justitiæ originalis chlamyde exutus fuit, à Deo protinùs conrectus pellibus: *Fecit quoque Dominus Ada tunicas pelliceas*; ac proinde ut quanta cum innocentia S. Bartholomæus hic in terris vixerit, & quàm exactè in divinæ legis semita progressus fuerit, declararet, ipsum pelle spoliari voluit, ut potè quæ figura & symbolum est culpæ, juxta illud Jeremiæ: *Si mutare potest Æthiops pellem suam*. Ejusdem quoque innocentia ejus signum erat, quod veste semper candidâ indutus incesse, ostendendo nimirum in hoc habitu externo interiorem animæ suæ & cordis candorem & puritatem. Adhæc quodsi verum est, quod *secura mens sit quasi jube convivium*, infallibile utique serenitatis conscientia suæ indicium in eo exhibuit, quod jucundam, serenam & ridentem semper faciem præ se tulerit. Et quidem quis unquam credere potuisset, quod homo prorsus nudus, & propriæ carnis suæ pelle exutus, pretiosissimâ quadam & inæstimabilis valoris chlamyde tot populos amplatque adeo nationes conrecturus esset? Et tamen revera id ab eo præstitum fuit: nam omnes heroicam in tolerando martyno suo patientiam & æquanimi- tatem considerando, in fide, quam ab ipso didicerant, magis fuere stabiliti & confirmati; de quibus proinde verificatur quod Apostolus ad Galatas scribit: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis*.

3. *Pellem insuper excoriarunt*. Jam supra in Levitico ordinatum fuisse diximus, ut victima ante sui oblationem excorietur: *Detrahitur pelle hostiæ*. Quoniam autem mysterio id factum fuisse existimatis, vel quidnam in lege nova per hunc ritum representatum fuit? Glossa ait: *Pellis detrahatur, cum divitiis & quibuscunque secularibus exspoliatur; unde pellem pro pelle & universa qua habet homo dabit pro anima sua*. Chittus Apostolis suis extremam quandam paupertatem, & maximum qui dari posset omnium horum terrenorum bonorum contemptum injunxerat, dum ait: *Qui non renuntia verit omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus* Sanctus igitur Bartholomæus verum se Christi discipulum esse probavit,

Mansi Sanctuarii Tom, III,

quando non solum omnibus hisce temporalibus bonis renuntiavit, verum etiam *pellem dedit pro pelle; & cuncta qua habuit*. Narraturus facer Chronista septem illorum Machabæorum sub Antiocho Rege exantlatum martyrium, dum ultimi mortem referre vellet, ait: *Et hic itaque mundus obiit per omnia in Domino confidens; & tamen si ea, quæ alii fratres ejus ante ipsum passi, fecerunt & dixerunt, attento oculo legerimus, inveniemus utique omnes illos magnam quoque habuisse in Deum fiduciam, omnetque tanquam candidas columbas mortuos fuisse puros, candidos & mundos; cur igitur elogium istud huic ultimo specialiter attribuit? Observandum est igitur, huic postremo cum duobus tyrannis pugnandum fuisse, reportasseque gloriosam ab utroque victoriam. Primus fuit Antiochus, qui per immanium suppliciorum comminatum atrocitatem se illi opposuit: alter vero tyrannus, quem devicit, priori longè potentior fuit, nimirum gloria & honor mandanus, delitiæ quoque & divitiarum abundantia, quæ à potente hoc Rege largâ manu fuerant oblatæ, cum juramento affirmabat, se divitem & beatum facturum, & amicum habiturum. Cum isdem quoque tyrannis sanctus etiam Apostolus noster prælia gessit; quodsi enim verum est, ipsum nobilissimâ tuisse stirpe progenitum, & consequenter in fortunæ bonis amplissimè divitem, vehementissimos utique passus est recina culorum obices, quibus impediabatur, quo minus se scholæ Christi, id est, scholæ mortificationis, humilitatis, paupertatis subjeceret; siquidem ad illam aptiù congruebat conditio piscatoris, & tamen omnia sequelam Christi removementia obstacula gloriose devicit; nam, ut beatus Laurentius Justinianus scribit: *Honoris primatum in seculo habere neglexit*. Enimvero tametsi etiam haud secus ac alii discipuli vir pauper & modicus fuisset, ingens tamen contemptus bonorum terrenorum specimen dedisse censendus esset, quando thesauros à Polemone Rege ob filiam miraculose sanatam gratitudinis ergo ei oblatos tanta cum generositate refutavit, & acceptare renuit. *Hic itaque mundus obiit*, quod attinet avaritiæ, sive cupiditatis auti & argenti maculam, humanæ conditioni adeo connaturalem. Verè igitur *Beatus vir fuit; qui inventus est sine macula*, qua-*

Gg
lis

Gen 31

Jerem. 13.
23.

Prov. 15, 15

Matt. 7, 30

Serm. de
S. Barth.

lis autem hæc macula fit, protinus subjungitur in verbis sequentibus: *Qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris.*

Matth. 7.
14.

4. *Pellem insuper excoriat verunt.* Sanctus Apostolus noster, ut majorem sibi in prædicatione Evangelica conciliaret fidem, omnibus bonis exterioribus ad ipsam usque pellem exuere voluit; sciens arctam valde & angustam esse paradisi portam, difficilemque eis, qui gravibus sunt sarcinis onusti, patere aditum. *Quam angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & quam pauci sunt qui inveniunt eam!* Et alibi dicitur: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Contigit sæpè quod quando quis per angustam portam violenter ingredi contendit, pallum tuum post se relinquere cogatur; id quod S. Bartholomæo pariter accidisse videtur: dum enim per angustam cæli portam transire contendit, pellem suam amisit. S. Vincentius dicit, quod S. Bartholomæus jam totaliter à capite ad calcem usque excoriat, posita circa collum pelle sua loco stolæ sacerdotalis, ad prædicandum fidelibus pulpitem conscenderit. Nec tamen refert, quali ad prædicandum themate usus fuerit; verum tamen existimo, quod duo illa præcipua, & à mundo parum admodum intellecta puncta præcipue inculcare intenderit, scilicet: paupertatem, omniumque bonorum terrenorum contemptum, vel etiam in cunctis adversis & ærumnis occurrentibus patientiam & æquanimitatem, adeoque thematis loco duobus illis verbis usus fuerit: *Sustine, & absine*; quorum hoc respicit temperantiam, & in bonis naturæ ac fortunæ continentiam; illud verò fortem in adversis tolerantiam. Porro interrogate quemcunque volueritis, neque tamen aliquem invenietis, qui salvari, sibi quæ æternam beatitudinem comparare non desideret; nullus etenim erit, qui ad ignem infernalem se recipere desideret; at vero si ex altera parte iidem interrogentur, an parati sint paupertatem, infirmitatem, persecutiones, ignominias; an si privarentur suis voluptatibus, divitiis, omnibusque aliis vitæ prosperioris commoditatibus, in id acquiescere possint & velint, invenietis in cunctis ab omnibus istis nescio quem horrorem & abominationem; hoc enim tale & unctum est, quod facile perfluere non potest: undè in tribulationibus non nisi lamentationes & blasphemias

adversus Deum audire solemus, quæ tamen in rei veritate non alio fine nobis immituntur, quam ut nobis per illas ansæ & occasio subministraretur comparandi nobis regnum cælorum. Magna certè cum usura nos in hac vita bonis illis, quibus gaudere & potiri nobis liceret, ultro citroque privamus, omnemque ad illa affectum & desiderium exuimus, si ex altera parte oculum nostrum ad lucrum desectamus; quod nobis acquirimus, bonorum æternorum. Job multorum subditorum potentissimus Princeps erat, inexhaustorum thesaurorum ditissimus, qui in fervorem frequentia, gregum & armentorum, aliorumque annuorum reddituum ingenti multitudine consistebant, tandem factus nudus & inops, in sterquilino positus, à capite ad plantas pedum usque ulceribus scædens, orbus quoque factus à filiis & filiabus, omni domicilio, sub cujus tecto ab aëris se injuriis tueretur, carens; à parentibus, amicis, imò ab ipsamet consorte sua pessimè ad evomendas in Deum blasphemias exagitatus, patientissimus tamen semper & constantissimus permanit; scitisne hujus constantiæ & æquanimitatis causam? nimium intelligebat, quod tamen bonis hisce terrenis exuatur, tamen caro & cutis ejus penitus ex sanie ulcerum computresceret, & à verbibus depasta minutim disfluere, hanc tamen sibi residuam habeat solidam consolationem: *Rursus circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum Salvatorem meum.* Etenim hæc ab Apostoli carnibus tanta cum doloris savitie detracta pellis, in cælis sancti hujus Apostoli humeris imposta, gloriosiori fulgore resplendet, quam hic unquam resplenduerint, aut splendere potuerint regia quævis paludamenta Monarcharum omnium, quotquot unquam mundus iste habuit, adeoque S. Bartholomæus inter medios savissimi martyrii acerbos dolores hisce se vocibus animavit, spirituique robur addidit: *Rursus circumdabor pelle meâ, & videbo Deum Salvatorem meum, reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Sancta mater Ecclesia in lectionibus secundi Nocturni de communi Martyrum utitur sermone quodam S. Augustini, qui est in ordine quadagesimus quartus de Sanctis, qui ab hisce verbis sumit exordium: *Triumphalis beati Martyris dies hodie nobis anniversariâ celebritate recurrit, cujus glorificationi sicut*

Iob. 19. 26.

sicut congaudet Ecclesia, sic ejus proponit sequenda vestigia; postea vero pergit demonstrare, qua in re præcipue nobis Martyrum sint sequenda vestigia, dicens: Duo nobis præcipue consideranda sunt, indurata videlicet tortoris sevitia, & Martyris in victi patientia; sevitia tortoris, ut eam detestemur; patientia Martyris, ut eam imitemur. S. Bartholomæus tanto cum júbilo pelli suæ pro Christo cessit, dum illa eidem post tot incisiones, carnis divisiones & lacerationes, inter tot dolores & tormenta violenter detraheretur, nec tamen nos exemplo ipsius ad tantam erigi possumus patientiam, ut nos

fortuna modicis facultatibus & bonis privari aut spoliari æquanimiter patiamur; quum potius in vindictam, sæpè etiam in desperationem involvimur. Cùmque Christus hoc nobis consilium dederit: Et qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium; nos potius post damna perpeffa prædis & rapinis operam damus; quando igitur imitabimur hunc Martyrem, qui pro Christo ipsam quoque libentissimè pat-
fusus est sibi detrahi pellem?

Qualiter hic sanctus Apostolus serpentinam æmulatus fuerit prudentiam, juxta datum à Salvatore discipulis suis mandatum.

DISCURSUS QUINTVS.

*Estote prudentes sicut serpentes. Matth. 10.
 vers. 16.*

INter alia præcepta, quæ Christus Salvator noster Apostolos suos velut oves in ora luporum dimittens, (*Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum*) eidem injunxit, hoc unum fuit, ut serpentinx prudentiæ operam darent: *Estote prudentes sicut serpentes*. Et quidem tamen Christus per hanc similitudinem prudentiæ virtutem pluribus modis exercendam insinuare voluerit, in hoc tamen Discursu ad propositum nostrum solum nobis consideranda est illa in deponendis pelliculæ suæ vetustis exuviis, serpenti congenita proprietas; serpenti namque proprium est, quod mox ut se ob pellis vetustatem in gressu

tardiorum esse animadvertit, inter duplicis petrae angustum meatum transeat, interque illas petrarum angustias relicta pelliculâ, vigor osiori se postea & lucidiori pelle induat. S. Thomas in sermone quodam de hoc testo ita scribit: *Fuit excoriatas, ut sicut serpens in aternitate renovaretur, prudentia serpentis est, corium deponere ut renovetur. Monitum istud longè utilissimum ab Apostolo sæpius inculcatum fuit, Ecclesiis namque præcipiebat, deponere veterem hominem, qui corripitur secundum desideria erroris; postea immediatè subdendo: Renovamini spiritu mentis vestra, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est. Et ad Colossenses pariter scribit: Exipoliantes* *Eph 4. 22.
Coloss. 3. 10*

Lib. 25.
mor. 22.

liantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum. S. Gregorius tractans de hominis mystica & spirituali pelle, verba illa Jobi: *Pellem pro pelle, & cuncta qua habet homo dabit pro anima sua*; de divitiis, voluptatibus, aliisque commoditatibus temporalibus explicat. Hesichius eundem textum adducens dicit: *Pellis detrahitur, cum secularibus quibuscunque pro anima nostra, id est, Christo spoliatur.* S. Bartholomæus autem hanc deposuit pellem non solum spiritualem & mysticam; sed pariter corporalem, quæ pellis est vetusta, id est, ut exponit Lyranus in Epistolam ad Ephesios scribens, inclinationem illam naturalem, quæ ab Adamo omnem suam originem trahit, trahitque & hominem inclinat ad hujus mundi gaudia, delitias, imperia, divitiis, &c. *Veterem hominem, id est, Adam, qui dicitur deponi, quando destituitur ab inclinatione carnis corrupta ab Adam contracta.* De S. Bartholomæo S. Laurentius Justinianus ita scribit: *Porro cum temporalium divitiis, corporis voluptatibus, dignitatis celsitudine posset affluere, contempsit omnia, ut verus Christi efficeretur discipulus.* S. Antonius valdè in ipso admiratur heroicum bonorum terrenorum contemptum, quem edidit, quando missa ad ipsum à Polemone Rege opulentissima dona acceptare detrectavit: *Misit Rex multos camelos oneratos auro, & argento, & lapidibus pretiosis, ut quærentes Dei Apostolum ei ex munere regio offerrent.* Hi cameli auro & gemmis pretiosis onusti thesauros ferebant, eosque ad eum deducebant, qui nudus, pauper, & inops erat; & tamen illos ad minus eo fine acceptare potuisset, ut eosdem in pauperum necessitates distribuere, aut ad promovendum Dei cultum adhiberentur, id tamen nequaquam facere voluit; sed primitus nusquam locorum reperiri potuit, nocte verò sequente coram Rege comparens, causam transmissi ad se tam ingentis thesauri sciscitatus est, dixitque: *Ego nil mundanum requiro.* Quid mirum igitur, si tantum in populi illius conversione fructum fecerit, qui ab omni privato lucro adeò alienus extitit, perfectissime cum S. Paulo consentiens, qui dicebat: *Non vestra, sed vos.* Per hunc aditum ad ipsum usque Regem penetravit, ut cum eo sacratissimæ fidei nostræ mysteria tractando illum convertere, ipsumque unà cum universo regno ejus

Serm. de
S. Barth.

Christo lucrari potuerit. Optimè igitur Chrysostomus in Cap. 2 Epistolæ primæ ad Corinthios scribens ait: *Quamprimum Apostoli verbum pietatis seminare ceperunt, annumerati sunt eis statim tria millia; & iterum quinque millia.* Et quis tanta concordia author? *opum contemptus;* paulò etenim antè Petrus protestatus fuerat, dicens: *Aurum & argentum non est mihi.* Ac proinde si messè quoque copiosissimam per S. Bartholomæum Christi horreo illatam legeritis, alteri eandem attribuere caveatis, præterquam generoso bonorum temporalium contemptui. Dionysius Carthusianus de hoc sancto Apostolo ita scribit: *Commendabilis est sanctus Bartholomæus à copiosissimo fructu, quem fecit in predicando; nam ut habet beatus Theodorus Abbas & Doctor, sacratissimus ille Apostolus primus predicavit in Lycæonia, deinde in India, ad ultimum in Albana urbe majoris Armenia, in quibus locis innumerabiles homines convertit ad Christum; & usque in præsens in Armenia fides est Christiana; adducitque pulchrum Origenis testimonium, qui, ut supra tetiginus, dicit: Incertum esse quis majorem in mundo fructum fecerit, Petrus an Bartholomæus.*

2. *Estote prudentes sicut serpentes.* Glossa super illa verba Apostoli ad Ephesios: *Deponere veterem hominem,* scribens, in ea est opinione, quòd veterem hominem deponere idem sit, quòd pro Dei honore, & animarum salute sanguinem & vitam prodigere: *Nonnulli putant quòd vetus homo corpus sit.* Porro sanctus Bartholomæus veteri hoc homine se exuit, tum ut in se hunc digni Apostoli characterem exprimeret, tum etiam ut serpentem ad literam imitaretur; id quòd an aliquis aliorum è Collegio Apostolico fecerit, minimè constat: nullus enim priusquam vitam pro Christo daret, pelle suâ sicut ipse exutus fuisse noscitur. Undè id, quòd S. Bernardus serm. de vita & quinque sensibus animæ scribit, ij si adaptari posse videtur: *Fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valdè laboriosum est relinquere semetipsum.* Multi quidem alii Martyres corpora sua pro fidei confessione mortis sententiæ exposuerunt, nullus autem vivus sicut sanctus Bartholomæus excoriatus fuisse legitur; de quo ita scribit Granatenis: *Cum pellem dedit, omnia corpora*

Serm. 2. de
S. Barth.

corporis membra dedit, atque tot mortes acerbissimas pertulit, quot membra carnifici excorianda dedit.

3. *Prudentes sicut serpentes*, Serpens antiquæ & induratæ pellis exuvias sese exuit, inter angustas duarum petrarum leisuras petrependo; hic quoque sanctus Apostolus pellem vitamque suam exuit inter duarum petrarum scissuras seu acies; quarum prima fuit illa, ad quam novacularum acies hebetiores exacuerunt, ut eum per innumerabiles plagas & vulnera decoriando excarnificarent; quænam autem secunda petra fuit? Illa nimirum, quæ illum in acerbissimo illo martyrio fortem & constantem, imò festivum & jucundum reddidit, id est, Christi Redemptoris sui in Crucis trunco crucifixi consideratio: *Petra autem erat Christus*. Audite sanctum Bernardum Martyrum carnificiam sanguine inundantem ex una, Martyres vero in medio stragis illius ridentes ex altera partibus admirabatur ita loquentem: *Non modo fortiter, sed & alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem; stat tripudians & triumphans toto licet lacero corpore & rivan- te latera ferro*. Demum vero sanctus Doctor interrogat: *Vbi tunc anima Martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus & vulneribus Iesu*. De S. Bartholomæo Dionysius Carthusianus scribit: *Semper eodem vul- tu & animo latus ac hilaris*, Lyranus in illa verba sancti Pauli: *Induite novum hominem*, inquit, *id est, Christum per ipsius imitationem*. Et ideo quod se Apostolus veteri homine exue- rit, id eo præcipue spectabat, ut novum hominem indueret, id est, Christum in tormentis plagatum imitaretur; hic enim erat qui robur & fortitudinem animo Apostolico suggerebat, Undè optimè Propheta Evangelicus nos exhortatur dicens: *Attendite ad petram, undè excisi estis*. Undè sicut Redemptor vestibus exutus & flagellatus fuit, ita pariter sanctus Bartholomæus diris fuit flagellorum ictibus attritus; ac proinde Dionysius Carthusianus de tyranno scribit: *Fecit Apostolum fustibus ca- di & flagellari*. Salvator noster post durâ flagrorum perpeffa, in patibulo Crucis fuit suspensus; de nostro similiter Apostolo idemmet Carthusianus subiungit. Deindè, ut sanctus asserit Dorotheus: *Fecit eum crucifigi*. Similiter Chri-

sto à vertice ad plantas pedum usque sudore san- guineo in horto Gethsemani madescenti simi- lis fuit, quando factus est ejus sudor sicut gut- ta sanguinis decurrentis in terram; siquidem à capite ad pedes usque rotus quantus erat, de- tractâ à sacratissima carne ejus pelle cruentus & carnificatus erat, & sanguini quando diversis ex venis scaturienti immadefcebat: *Antequam moreretur in Cruce, fecit eum deponi, & vi- vum excoriari*, ut ait sanctus Theodorus Ab- bas; atque ad ultimum, secundum Ufuardum, *fecit eum decapitari*. Granatenfis de eo scri- bit *Mentis oculis in crucifixi Domini sui ima- ginem defixis incredibili mentis alacritate triu- phat*; adeoque per ferventissimam meditatio- nem suam inter mysticam Christi patientis pe- tram, & inter novaculas in alia petra excutatas & sublimatas pertransiens, veteres pellis suæ exu- vias deposuit.

4. *Prudentes sicut serpentes*, Non solum antiqua pellis deponenda est, verum etiam re- assumenda est alia nova: *Induentes novum re- novamini*, inquit per os sancti Pauli Spiritus sanctus. Lyranus super illud: *Induentes no- vum*, ita scribit: *Inducit ad virtutum acqui- sitionem, qua sunt mentis indumenta*. Porro sancto Bartholomæo facile quidem erit proba- re, quod præclaris se Christianarum virtutum indumentis vestierit; id enim in Discursu primo præstitum fuit; at vero in excepta pellis al- lufione persistendo dici potest, quod vellus no- va, qua adornatus est sanctus Bartholomæus, non sit alia quàm gloria, qua non solum ani- ma, sed etiam corpus perfruetur, eo quod tam atrox & immane sustinuerit martyrium: *Exten- dens cælum sicut pellem*; hæc pellis utique ad instar cæli stellati extendetur, distincta toti- dem beatitudinis quantumvis accidentalit radiis, quot fuerint corpori ejus in pellis detra- ctione per novaculas acutissimas incisus vulne- rum sulci. Undè Chrysologus ait: *Resurrectio- nem mente, ore, oculis aspiciet, cantet, cogitet Christianus, ut totâ mortis possit calcare formi- dinem*. Job ante tot elapsa sæcula oculum suum in corporum resurrectionem defixum tenebat; undè his se verbis consolabatur: *In novissimo die de terra surrecturus sum*. S. Bartholomæus autem sanctissimam Magistri sui humanitatem resuscitatam & gloriosam oculis suis conspe-

Serm. 30.
in Cant.

Serm. 2.

Isa. 57. 1.

Serm. 3.

Serm. 11. 8.

xerat; ideoque multò melius quàm Job dicere poterat: *Scio quòd Redemptor meus vivit, & rursus circumdabor pelle meà, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum;* hanc enim ei fecerat inviolabilem promissionem: *Vbi ego sum, illic & minister meus erit.*

5. Solet à doctis institui quaestio, an sancti Martyres resurrecturi sint cum cicatricibus visibilibus vulnerum, quæ pro Christi amore sustinuerunt; & quidem tamen primo quidem obtutu alicui videri possit, relictas in Martyrum corporibus vulnerum cicatrices quendam præferre corporis defectum, id quod ab illo perfecto gloriæ statu valdè est alienum: attamen respondetur & longè quidem verisimilius, quòd corpus gloriòsum per cicatrices illas futurum sit longè pulchrius & elegantius, quàm si illis careret, prouti facile ex similitudine panni liquet, qui si ordinatè hinc inde concisus sit, subjectam infra illum telam auream & argenteam emicare & fulgere facit, ipsamque vestem cultiorem & elegantiore efficit; quàm igitur luminosum & fulgidum erit corpus S. Bartholomæi à vertice capitis usque ad plantas pedum tot per novacula inflicta innumeris vulneribus plagisque concisum? *Conscidisti saccum meum, & cir-*

Pf. 29. 12.

cum dedisti me latitiâ. Porro impiorum corpora producent vermes; at verò pellis S. Bartholomæi ad instar pretiosi cuiusdam peristromatis seu paludamenti, ad contegendum gloriæ thronum, in quo sessurus est, ut judicet duodecim tribus Israel, reservabitur. Undè omninò mihi persuasum, Redemptorem nostrum ei dicturum esse verba illa Cantici: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Candidus enim fuit propter innocentiam, undè & veste candidâ nudus solebat: *Rubicundus* autem ob ardentissimam ejus charitatem, in cujus signum proprio suo sanguine à vertice capitis ad pedum usque plantas purpuratus cernitur: *Electus ex millibus;* quia Deus eum ex innumerabilium Martyrum catalogo elegit, ut in eo Specimen quoddam ederet atrocitatis tanti supplicii: Christus autem totius militiæ Christianæ Archistrategus & Dux generosissimus inter alia militum suorum spolia in Ecclesiam triumphantem illata hanc S. Bartholomæi pellem veluti pretiosissimam quandam chlamydem maximè admirabitur, & dicet:

Vidi inter sponsalia pallium coccineum, valdè bonum.

Job. 7. 22.



Variæ considerantur ab eodem Apostolo adversus mundum, dæmonem, omnesque alios inimicos reportatæ victoriæ, deque progressibus ejus, quos adversus dictos inimicos dimicando sibi comparavit.

DISCURSUS SEXTVS.

Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente.

Jure merito sancti Apostoli ad pugnam cum antiquo serpente ineundam sunt excitati; siquidem hic ab ipso natalis mundi exordio sese magna illius mulieris, per quam figurabatur Ecclesia, professus est juratum hostem; ideoque sanctis Apostolis gloriolum istud attribuitur epithetum: *Belli triumphales duces, cælestis aula milites.* Enimvero tametsi omnes quidem Apostoli bellum istud adorti fuerint, in eoque se generosissimos athletas esse probarint, attamen præcunctis aliis egregia S. Bartholomæi facinora admirationem merentur. Ad idem bellum S. Paulus Timotheum quoque discipulum suum hisce verbis excitat: *Labora sicut bonus Christi miles.* S. Thomas au. em tria genera militum in hujus vitæ stadio militantium recenset, quorum primum *contra carnem, mundum, diabolum* aciem suam dirigit. Sub hoc militum grege sanctus etiam Bartholomæus militavit, qui in primis contra carnem athleticè pugnavit, non solum castum se & purum conservando; verum etiam singularem in eo ponendo gloriam, quod eadem ab hostibus lacerata & excoriata esset. Contra mundum simili generositate processit, dum nobilitatem, divitias, & vitæ hujus voluptates atque delicias, & quicquid in hac vita quantum ad sensum illecebrosum erat, pedibus suis conculcavit. *Non nobili Bartholomæo* (inquit S. Hieronymus) *sed vili piscatori Petro totius Ecclesie mo-*

narchiæ principatus conceditur. Etenim thesauro à Rege sibi oblatos acceptare ienuit, honores quoque, obsequia, omnesque applausus humanos nec quicquam curavit; sed potius ab ipse sese abscondit, injuriis verò improperiisque recipiendis ultrò se prædidit. Denique contra dæmonem præliatus est, facta ejus demoliendo simulachra; undè ipsemet sathanas (sele ab hoc Apostolo igniti) catenis vincitum esse est protestatus. Undè S. Antoninus ait: *Viderunt omnes Æthiopem fuligine nigriorem, catenis igneis vincitum retrò manibus.* Secundum præliantium genus à Doctore Angelico consideratum, est eorum, qui pugnant adversum errores: *Est aliquis bonus miles Christi pugnando contra errores.* In hoc autem prælii genere sanctum hunc nostrum Apostolum strenuè sese exercuisse evidentiùs est, quàm ut probatione indigeat; siquidem in regnis illis idolorum cultui deditis, & præcipuè in Armenia, ubi tanquam Deus idolum illud famosum Astaroth nomine adorabatur, quod per inventiones suas diabolicas oculos se adorantium eò usque fascinabat, ut crederent se videre variis infirmitatibus oppressos pristinæ valetudini ab eo restitui; hoc enim sine dæmon ille Astaroth aliquos excæcabat, alios claudos efficiebat, alios quoque suis acerbis doloribus cruciabat, ut coram hoc idolo adducti sublatis impedimentis diabolicis, quibus arte magicâ tenebantur, pristinæ denuò restituerentur sanitati, idque totum suæ tanquam ficti numinis adscriberetur omnipotentia;

2. Tim. 2. 5.

In sua
Regul.

potentia, multos quoque ad instar oraculi prædicabat futuros eventus, omnesque regni illius populos miserè deludebat & seducebat; in illis, inquam, regnis ignorantia & errorum tenebras penitus dissipavit. Ideoque S. Bartholomæus ut bonus miles Christi pugnavit contra errores, detexit fraudes, invidiosas astuti serpentis machinas dissipavit, cunctamque illius deiecit & prostravit tyrannidem: postquam verò idolum Altaroth obmutuisset, jamque cessarent falsa & apparentia duntaxat miracula, sacrificioli idololatæ ad aliud quoddam se receperunt idolum, cui nomen Berith erat, ut illud velut divinum quoddam oraculum in rebus dubiis & ambiguis consulere, quod ultrò citroque rotundo ore confitendo edixit, S. Bartholomæum Dei vivi & veri Apostolum à primo suo in regna illa ingressu, ipsum catenis ignitis tenere revinctum; *Probationis genus optimum*, inquit Tertullianus, *quod ab ipso adversario desumitur*. Apud Surium quoque legimus, quod in quas-cunque partes permeabat Bartholomæus, velut stella quadam justitia solem prædicans fallacia tenebras dissipabat. Undè venerab. Dionysius Carthusianus eum glorioso hoc encomio honorat dicens: *Ave o beate, Beatorumque ter beate Bartholomæe, qui es divina lucis splendor; gaudes sol orbis terra cuncta illuminans*. Porro quousque excæcati illius populi errores pertigerint, ex eo haud obscure colligitur, quod apud Historicum illum scriptum habetur, quod *virulenti fuerint populi illi & inhumani, quippe qui viperam colere consueverant*; sancto verò apostolo nostro hanc laudem attribuit: *O divinos & illustres oculos, per quos multorum oculi patefacti sunt, qui erant perfidia tenebris obscurati*. Denique tertium & ultimum prælium, quod unicuique militi Christi, juxta doctrinam S. Thomæ, est ineundum, est *militia Martyrum contra tyrannos*. In hoc prælio fortissimus athleta noster non jam dico æqualiter se exercuit cum aliis Apostolis; verum etiam omnes alios longè superavit: utpotè qui veluti victoriæ suæ trophæum inter cætera, quæ ab inimico retulit, spolia, etiam pellem suam propriam explicare voluit. Undè S. Petrus Damianus sermonem quendam de hodierna festivitate conscriptum, hisce verbis orditur: *Hodierna festivitas, quæ videlicet triumphalis S. Bartholomæi gesta recolimus, non est*

propria cujuslibet civitatis, aut patriæ, sed communis est Catholica totius Ecclesiæ.

2. Enimverò advertendum est hic, quòd postquam S. Paulus dixisset: *Labor aut bonus miles Christi lesu*; paulò post lætæ quoque mentionem faciat, dicens: *Qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime certaverit*; quibus verbis utique prælium illud subindicare voluit, in quo S. Bartholomæus adversus serpentem infernalem victor evasit; nam ut idem Angelicus Doctor observat, *nudi agonizabant in palestra*. Estque hoc prælium omnibus nobis Christianis communis; nam ut S. Gregorius ait: *Quicumque ad fidei agonem venimus, lætamen contra malignos spiritus sumimus*; spiritus autem infernales in hoc nobis potiores sunt prælio, ut idem sanctus Gregorius ait, quod videlicet *maligni spiritus nihil in hoc mundo proprium possident*; quod utique ad victoriam obtinendam plurimum conferret: nam lætator ad hoc ut victor evadat, nudus atque omni vestimento spoliatus esse debet; undè tandem idem S. Doctor hanc deducit consequentiam: *Nudi ergò cum nudis luctari debemus; nam si vestitus quispiam cum nudo luctatur, citius ad terram dejectus, quia habet unde teneatur*. Enimverò tametsi diabolus purus quidam spiritus sit, attamen serpenti, in cuius speciem se dæmon transformaverat, dictum à Deo fuit: *Terram comedes*. Verùm inquit, quonam modo diabolus hujus cibi manducandi capax fieri poterat, qui purus spiritus erat; Nimirum Deus per illa verba: *Terram comedes*, insinuare voluit, quòd diabolus adversum nos nullum possit excitare bellum crudelius, quàm si nos in terrestrium bonorum cupiditatem accendat; illi autem, quos per bonorum terrenorum cupiditatem superat, esca & cibus ejus futuri sunt sapidissimus. Appositè id ipsum confirmat sanctus Augustinus, dum prædicta Dei verba ita exponit: *Terram comedes, id est, peccatores, quorum corda terrenâ cupiditate decipies*. Ac proinde ex hoc capite adastra asserere possumus, quòd inter omnes Christi Apostolos, imò inter omnes totius paradisi Cœlites, nullus adversus antiquum serpentem gloriosorem reportarit victoriam, quàm fuerit illa, quam contra eundem obtinuit hic noster sanctus Apostolus; siquidem in lætâ, quam

Serm 3:

Hom. 32.
in Evang.Serm.
Bai

quam cum illa habuit, non solum se omnibus hisce terrenis bonis spoliavit, non solum abiecit vestimenta, ne succumberet, verum etiam propria pelle carnem suam à capite ad calcem utque nudavit: Et ideo sanctus Apostolus supradicto Idolo Astaroth tam audacter & generosè præcepit, ut ipsummet in conspectu & præsentia Regis & totius populi mendacia & fraudes quibuscumque omnes & singulos circumveniebat, palam fatendo ediceret; Et ideo artificia & præstigias, quibus ad decipiendos homines uti solebat, palam & sigillatim explicavit, apertèque confessus est Astaroth minimè se DEUM esse, sed potius se ab Apostolo veri Dei, cuius Filius Christus Jesus erat, igneis catenis tènere ligatum; tatebatur insuper Christum in Cruce pro hominum peccatis abolendis mortuum fuisse, suosque per univèrsam mundum dispersisse prædicatores, atque ex eorum numero Bartholomæum nequam infimum esse.

3. *Pugnate cum antiquo serpente.* S. Petrus ait ad Salvatorem: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; at verò quis est ex omnibus Apostolis, qui plus quam S. Bartholomæus pro Christo reliquit, ut potè qui sua se etiam pelle omninò exuit?* Olorius ait: *Olim Ioseph pallium dimisit in manu heræ, ne esset adulter; adolescens alter dimisit syndonem, & nudus profugit, qui pallium dimittit ut Ioseph minus facit, adhuc enim vestitus remanet; qui syndonem relinquit, plus facit, quoniam nudus omninò relinquitur, sed nihilominus integer ille manet; at Bartholomæus non pallium solum, non syndonem, sed pellem pro Christo reliquit, hoc verè maximum est.* Sancta Mater Ecclesia nobis S. Martinum veluti militem ad prælium accinctum communiter repræsentat in statuis & imaginibus, qui ut pauperem quandam eleemosynam poscentem contegeret, medietatem Chlamidis suæ gladio dividit, illudque facinus aestimat & celebrat, veluti opus generosissimum valdeque heroicum; imò ipsemet Christus in omnium beatorum conspectu, eandem chlamidis præcisam medietatem ostendit dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit; verùm enimvero quâ proportionè Martinus hic comparari poterit cum S. Bartholomæo, qui se pro Christi confessione excoriarî permisit, Aneas Sylvius, qui postea summus Pontifex factus Pius II. appellatus fuit, de certo quodam Heroe, cui*

Mansueti Sansoniarj Tom. III.

nomen erat Zisca, qui que in armis tractandi^s robustissimus & invictus erat, refert inquam eum Bohemis militibus suis dixisse: *Post mortem meam volo, ut è pelle mea tympanum constituas, quo contra hostes ad prælium procedatis, illi enim vel solo illius sonitu terrebutur.* Simili modo S. Bartholomæus etiam adhuc vivus existens pelle suâ mediante insignem ab hostibus infernalibus retulit victoriam, adeò ut quasi totum dissipavit infernum. Ad hæc impiissimus Rex Aslyages una cum sacerdotibus idololâtris, qui ipsum per hæreticos excoriarî fecerant, à Dæmonibus horrendum in modum cruciati, vitam suam infelicissimè terminarunt. Ex quo evento multi gentium perterriti, ad fidem conversi sunt, Palamon verò Rex divinâ revelatione consecratus Episcopus, Christianam per univèrsa illa regna propagavit religionem Fuit insuper sanctus hic Apostolus omnibus aliis inimicis valdè formidabilis & semper victoriosus. Unde Cardinalis Baronius narrat, quod sanctus hic Apostolus die quadam Anastasio Imperatori in somnis constituto apprensus eidem inclamaverit, & reprehenderit, eo quod sacras ejus reliquias in urbem suam transmissas acceptare nolendo, optimam eidem Civitati custodiam eriperit, quasi dicere vellet, hæc meæ reliquias Civitatem tuam velut inexpugnabile quoddam fortalium adversus omnes inimicos utique communiissent; Quod referens Theodoretus ait: *Anastasius Imperator condidit Darras, & cum condidisset, vidit in somnis Bartholomæum Apostolum dicentem, subvertisse ipsum Civitatis custodiam, quod reliquias suas illo missas reprobasset.*

4. *Pugnate cum antiquo serpente.* Sanctus Paulus Apostolus ad Hebræos scribens, victoriam in plantatione fidei Martyrum sanguine mediante reportatas recensens ait: *Sancti per fidem vicerunt regna, denum vero varia Martyriorum genera enarrans dicit: Obruta verunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, alij autem distenti sunt;* Et ecce tibi in exterminium inimicorum extensam S. Bartholomæi pellem, idque non sine fructu, non enim sine mysterio paulo post additur: *Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum, per hanc namque excoriatam & explicatam pellem inimicum infernalem, id est, antiquum serpentem ejusque conatus penitus dissipavit &*

Hh

con-

Ser. de S.
Barth.

An. 507.
27.

Lib. 2. l. 68.

Heb. 11. 25.

confudit; nec mirum, quia si in hoc prælio si-
ve lucra, in qua cum Dæmone congregimur,
artiorum insuperabilium loco habetur om-
nium terrenorum bonorum contemptus, cer-
tè nemo aliorum Dæmonem aggressus est ar-
mis formidabilioribus, quam S. Bartholomæ-
us, siquidem hic ad ipsam usque pellem om-
nibus sese exuit, omniaque contempfit. *S. Apo-
stolus ait: Ego autem sic pugno, non quasi æ-
rem verberans, at verò dicite sodes in quonam
pugna isthæc consistebat? Nihil intulimus in
hunc mundum, haud dubium quod nec auferre
quid possumus; Habentes autem alimenta, &
quibus tegamur, his contenti sumus; quæ om-
nia sanctus hic Apostolus perfectissimè ad-
implevit, neque enim omnibus tantum terræ
bonis & vestibus, sed & pellem quoque ip-
sam exuit & pro Christo contempfit; victum
quoque necessarium non tantum non admisit,
sed nec unquam eundem poposcit, quia non
indignit; nam ut Carthusianus scribit: *Angeli
Dei gradiebantur cum eo, qui eum nec fatigari
permittabant, nec esurire.**

Ser. 2.

§. Advertendum est autem, quod postquam
dixisset: *Estote fortes in bello, & pugnante cum
antiquo serpente mox subijcit, & accipietis re-
gnum æternum, id est, coronam vel pallium.
Diadema namque summi Pontificis regni titu-
lo solet appellari. Adhæc sciendum est, quod
S. Thomas super illo textu Psalmi: Scuto bo-
næ voluntatis tuæ coronasti nos, in ea fuit opi-
nionem, antiquitus in more positum fuisse quod
victores ipsi: et scutis, quibus in prælio usi
fuerant diadematis loco coronarentur: *Hic est
scutum protegens, in patria vero scutum coro-
nans, consuetudo namque fuit Romanis anti-
quitus uti scutis rotundis, in illis habebant spem
victoria; & quando triumphabant, illomet scu-
to utebantur ut corona, & inde sancti pingun-**

*tur cum scuto rotundo in capite, quia de hosti-
bus adepti triumphum, scutū rotundum ad in-
star Romanorum gerunt in capite pro corona.*
Enimverò ad propositum nostrum alia insuper
eruditione nobis opus est, ut illam sciamus,
nimirum eadem scuta olim Romanos aliasque
gentes pellibus tegere consuevisse. Unde Jo-
sephus Hebræus famem eorum, qui intra Je-
rosolymam obfessi erant describens, ait: *Co-
ria scutis detracta mandebant. Ac proinde vi-
de, qualiter in veritate de S. Bartholomæo asse-
rere possumus scutum ejus, id est, diadema &
coronam martyrii & triumphi ipsius longe
majori cum proprietate, quam quodvis alte-
rius sancti Diadema pelle obductum fuisse;
ea nimirum quæ à carne ipsius adeo immani
cum dolore detracta fuit; hæc enim pellis fu-
it instar Chalybis eujusdam, quæ omni-
um aliorum Christi militum pro defensione
Christianæ fidei dimicantium scuta contexit,
siquidem hæc pellis S. Bartholomæi omnibus
aliis Martyribus singulare animi robor & invi-
ctam fortitudinem suggestit, ut ad percipiendam
Coronam suis in Martyriis constantes &
immobiles permanerent. Unde Osorius ita
scribit: *Sed ad quid nobis Bartholomæi pellis
utilis est? nulla animalis pellis vel pretiosissima
huic pelli conferri potest; Nulla pellis Salomonis
huic similis quoniam sicut animalium pelles pro-
tegebant tabernaculum, ut pluvia & tempō-
rum injuriis non pateret; ita Bartholomæi pelle
protegere nos possumus, ne tribulatione lada-
mur; Amisisti O homo, divitias, liberos, uxorem?
num pellem amisisti, ut Bartholomæus? Hæc pel-
lis si benè consideretur, unicuique animam &
animum addit ad patiendum & dimicandum,
omnesque inimicos supplantandos
& vincendos.**

*De bello
judaico li.
7. c. 7.*

DE DECOLLATIONE
SANCTI JOANNIS
BAPTISTÆ.

DISCURSVS SEPTEM.

DISCURSVS I. Consideratur Herodis crudelitas, & è contra S. Joannis Baptistæ innocentia; Item libertas ejusdem, quam etiam inter vincula & compedes constrictus exhibuit, Recensentur quoque aliquæ rationes, cur Deus ipsius incarcerationem & decollationem permiserit.

DISCURSVS II. Per historiam Evangelicam clarè ostenditur, quotnam scelera ab impudicis mulieribus causentur.

DISCURSVS III. Fit peculiari reflexio ad modum, quocum S. Joannes Baptistæ Herodem reprehendit; Ostenditur etiam qualiter aulæ semper veritatem exhorrescant; Danturque rationes, cur Joannes nullum correctione suâ fructum produxerit.

DISCURSVS IV. Dissertitur de aliquibus Herodianæ crudelitatis causis; Item de sensualitate, Gulâ, & Choreis ipsius.

DISCURSVS V. Ostenditur derestandam esse Herodis in appetitibus suis sensualibus cæcitatem; E contra verò describitur Circumcisio S. Joannis Baptistæ Qua usus est in Herodis, & adulteræ ejus reprehensione.

DISCURSVS VI. Consideratur sollicitudo quacum saltrix caput S. Præcursoris obtinere procuravit; unde quam sint impii in appetituum suorum prosecutione solliciti, perspicuè ostenditur.

DISCURSVS VII. Agitur de Herodis tristitia, an scilicet illa vera vel ficta fuerit, nec non de suppliciis, quibus idem Herodes deinceps à Deo punitus fuit.

Consideratur Herodis crudelitas, & è contra S. Ioannis Baptistæ innocentia: Item hujus libertas, quam etiam in carcere & compedibus vinc̄tus exhibuit. Recensentur quoque nonnullæ rationes, cur Deus Præcursoris vincula & decollationem permiserit.

DISCVRSVS PRIMVS.

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem. Marci Cap. 6.

Mira profectò res est, videre hodierna die Herodem una cum sua incestuosa cognata, quam fratri suo ereptam sibi in uxorem vendicarat, item cum seculica filia sua, & uniuersis Galileæ principibus saltantem & trepidantem, e contra verò innocentissimum præcursorem in obscuro & squalido carcere reclusum catenis & compedibus onustum, donec præcisum caput ejus saltantici tripudianti cedat in præmium. Ioannes (inquit Chrysologus) virtutum schola, magisterium vite, sanctitatis forma, norma iustitia, virginitatis speculum, penitentia via, peccatorum venia, fidei disciplina; Ioannes maior homine, par Angelis, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præcursor Christi, totius medijs Trinitatis datur incelsui, traditur adultera, addicitur saltatrici. Demum verò idem sanctus Doctor pergit ponderare scelera Tyranni, Joannem tam barbaram præconia & merita, de Tyranno subiungit: Herodes ipse est, qui profanauit templum, sacerdotium suscipit, temerariè regnum, corrupit, quidquid erat Religionis, sicarius in ciues, in nobiles latro, populator in socios in domesticos prædo, interemptor plebis, inebrians cruore terram. Considerate igitur nunc quantum inter se differant hujus impii Tyranni demerita & abominaciones, à meritis & virtutibus

heroicis sancti Joannis. Et tamen hic tam impius tyrannus: Tenuit Ioannem, & vinxit in carcerem. Bona hanc adeo ingentem inter Herodem & sanctum Joannem ita qualitatem quoque hisce verbis exponit: Ille qui libertatem superna patria exangelizabat, ab impijs in vincula conijcitur, clauditur obscuritate carceris, qui venerat testimonium perhibere de lumine, quique ab ipsa luce, qua Christus est, lucerna ardens & lucens appellari meruit, quo in natis mulierum major nemo est, ad petitionem mulierum turpissimarum capite complectitur, & proprio cruore baptizatur, Chrylostomus quoque circa adeo detestabilem Tyranni incestum suas exclamaciones, seu potius declamaciones hisce verbis instituit: O rem prodigiosam, loquens vinc̄tam ejus animam, id est, Herodis, peccati catena, reprobatione suâ solvere conabatur, ille autem solventem vinciebat: Inter omnes adtem ad propositum nemo aptius loquitur Chryologo, qui hac de re ita loquitur: Qui vincula soluerat peccatorum, peccatoris

Trad. 20

Ser. 10

dant,

Apud Sur. dant, caput alicujus Baptista: in præmium accipiunt? de quo Cretenſis ſcribit: *Das caput, quod vel ipſi reverentur Angelicus illud caput, ſuper quodcum verbum baptizaretur, Spiritus in ſpecie columba ſedens volavit? Das pro parva voluptatis remuneratione illius caput, cujus dextera enim qui ſedet ad dexteram Patris baptizans ſanctificata eſt? Quis unquam crediturus fuiſſet futurum aliquando eſſe, ut is qui dum in utero S. Eliſabethæ matris ſuæ incluſus, per coeleſtium theſaurorum in magnam illam animam coelitus depluerunt cumulum ſanctificaretur in præſentia verbi æterni incarnati etiamnum in materno Mariæ utero incluſi præ nimia lætitiæ in clauſtro materno exultavit, tandem vitam ſuam in tripudii cujuldam à leviffimâ feminâ editi præmium finiturus eſſet? Varia his ad noſtram conſolationem reſponderi poſſunt; è quibus nonnullas rationes allegabimus.*

Lib. 4. ep. 2

2. *Vixit eum in carcere.* S. Cyprianus ait: *O beatum carcerem, quem illustravit veſtra præſentia, O tenebras Sole ipſo lucidiores, ubi conſtituta ſunt De templo Sanctus Ambroſius dicit: Non turbentur innocentes, cum falſis criminibus appetuntur, viſitat Deus in carcere ſuos. & ideo ibi eſt plus auxiliij, ubi plus eſt periculi; ſed quid mirum ſi viſitat DEVS in carcere poſitos, qui ſeipſum in ſuis in carcere incluſum memoravit in carcere, inquit, eram, & non veniſti ad me. Enimvero nemo ſibi perſuadeat ſanctum Baptiſtam catenis onuſtum & compedibus impeditum ſuam jam amiſiſſe libertatem, quia potius Herodes magis catenis vincſus erat, utpotè quem delictorum catena conſtringebat, idque etiam, licet inter gaudia, convivia, ſaltus & tripudia jucundus conſiſteret; Sanctus Joannes verò non item, quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas, Alphonſus ab Oroſco in quodam ſermone in hanc ſelivitatem ita ſcribit: *Not in carcerem eum Tyrannus miſit, quia viro probo totus orbis carcer eſt, cælum verò Patria; Hinc regalis Prophetæ ait: Educ domine de carcere animam meam, ut conſecratur nomini tuo; non denique verſutus Rex vitam viro juſto ademit, quam ille mirum in modum relinquere optabat; ac demum concluſit: Ecce quomodo Herodes nihil nocuit Joanni, ſed ſatis ei proſuit ſicut ſcriptum eſt, ſtultus ſerviet ſapienti. Servis Dei familiare eſt, quod corporis illius lutum nihili æſtiment, ſed potius tanquam implacabilem inimicum ſuum in hac**

Lib. de loſeph. c. 5.

vita directè tractent; Et pari ratione DEVS per altiffimam providentiam ſuam oculum ſuum ad cuſtodiam animarum electorum ſuorum directum habet, corpora eorundem parum admodum curando, quia *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam.* Poſt hanc vitam autem corpora illorum tantò magis æſtimat, quanto magis illa contempſit, dum viverent, in Carnificum manibus eadem relinquendo. Et quidem quis pro dignitate ſatis explicabit, quanta cum veneratione Caput S. Joannis Baptiſtæ in omnibus ſæculis honorari decreverit? Etenim Eccleſia quovis anno de decollatione S. Joannis Baptiſtæ ſolemne celebrat officium; & hic quidem, id eſt in alma urbe Romana dies hodiernus in ejus honorem ſolemniffimè tranſigitur. Similiter pretioſiffimus ille ſacri capitis theſaurus, quanta cum reverentia & veneratione aſſervatur & cuſtoditur? Cardinalis Baronius in Annotationibus ad Martyrologium ita ſcribit: *Hæc die totius orbis lætitiæ dedicatam eſſe Baſilicam illam Alexandrinam ſuper dirutum templum Serapidis magnificentiffimè excitatum per Theophilum Episcopum Alexandrinum.* Fit etiam in Martyrologio Romano 24. Februarii primæ inventionis ſacri capitis hujus commemoratio; hodie verò fit memoria inventionis ſecundæ, quâ dictum caput inventum fuit tempore Valentis Imperatoris; qui dum illud auguſto cum honore Conſtantinopolim tranſferre decreviſſet, DEUM ipſum hæc gratiâ dignari noluit, eo quod hæreſim profiteretur Arrianam, ſed potius eximium hunc favorem Theodoſio ſeniori Imperatori reſervavit, qui illud cum pompa planè regia Conſtantinopolim perduxit, ibidemque ſumptuoſiffimam Baſilicam in ejusdem honorem erexit. Singularem porò conſiderationem meretur modus ille loquendi Evangelix: *Attulit caput in diſcos* quodnam enim in eo latere putatis myſterium, quod cum duæ hæ mulieres implacabili quodammodo adverſus ſanctum Præcurſorem ſuccenſæ eſſent, ideoque de illis præſumi meritò poſſit, quod illum omni ſtudio vilpendere & conculcare fategerint, caput tamen ipſius à cervicibus reſciſſum in vaſe quodam argenteo, cibis lautioribus & delicatioribus adoptandis deſtinato coram Herode adferri curarint? nunquid iſtud hæc cujuldam cuſpidi inſingere, vel ſacco alicui involvere poterant? Quæſtio hæc olim à D. Chryſologo mota

Ser. 174

fuit hisce verbis: *Cur in disco? Cur pretiosè gestas, quem viliter occidis? nisi quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus; hoc ipsum quod vis non agis, quomodo ipsa vis, cujus ratio aliter quam vis Deus etenim se Dominum esse absolutissimum nobis insinuare voluit, simulque reipsa ostendere non desse sibi modum terros suos etiam in summo ignominie gradu honorandi, eosque inter ipsamet ab aliis us præparata vilipendia exaltandi & glorificandi: De malis etenim dicit: Ego gloriam eorum in ignominiam commutabo; ideoque quia contrariorum est eadem disciplina modum quoque novit infamiam & probra fervorum suorum transmutandi in honorem & magnificentiam: loannes venit in sublimi positus (inquit Chrysologus) ut lucerna super candelabrum, tenebras ut fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens & lucens; venit loannes, ut iudex in tribunali resplendens, ut qui arguit adulterum, damnaret homicidam.*

In Matth.
cap. 14.

3. *Vinxit eum in carcere & decollavit.* Dionysius Carthusianus ait: *Ecce sanctissimum sanguinem Christi, præconem, præcursores, Baptistam Savahtar, quo inter natos mulierum major non fuit, permisit ad suggestionem adulteræ in carcerari, ad instantiam petulantis & vilis puella occidi. Cur autem Redemptor id ipsum permisit, cum satis superque constet, quod is adeo mirificè præcursores suum amaverit, ut ejus laudes ore suo proprio læpius præconizare non dubitaverit? Cur se iræ & furori persecutoris per editum aliquod miraculum non opposuit? Nemo ergo fervorum Christi murmure, contristetur, ac pusillanimis fiat, dum adversitatibus atque injuriis fatigatur; multa enim tribulationes justorum, & tanquam aurum in fornace probavit eos. Porro Chrysostomus pauld aliter & differenter à Carthusiano respondet; Querens enim cur Divina justitia super inæstuosos illos adulteros, imo & homicidas cælitus non evibrarit fulmina, aut cur sub illis dehiscens terra eos non devoravit, prout olim Dathan & Abyron configit; respondet Deum id non fecisse ut & justus ille fulgentio-*

Hom. 49.
In Matth.

res coronas consequeretur, & qui postea injuriam passuri essent, hoc ex iplo corroborati, aequo animo cuncta perferrent; Et pauld post subjungit: Intelligamus hac omnia, qua studiose viventes à pravis vexamur hominibus, intelligamus hac omnes inquam Quidnam verò S. Chrysostomus hisce verbis nos docere voluit? nimirum quod Deus sacrilegorum istorum scelera tolerarit, eademque ab ille de illis sumpta vindicta dissimularit, permittendo ut is, qui deserti incola existens cilicio indutus erat, quique Domino teste plusquam Propheta, & in Beatorum Catalogo maximus sanctus esse censebatur, impudicæ ejusdem mulieris præda fieret, idque non ob aliam causam, quam quia Dei honorem zelatus fuerat. Cur autem id ipsum permisit, ut hac cogitantes magno feramus animo, quæcunque patiamur. S. Joannem diris modis haberi & tractari permisit absque eo quod ad ipsum ab Herodiana impietate liberandum ullum patraret miraculum, ut deinceps nullus in hac vita lamentetur, si piè & studiosè vivens malè in hac vita tractetur.

Si quem forte mover, inquit Cælius, tanta excellentia Prophetam, imo plusquam Prophetam, tam viliter occisum, recogitet ipsum Prophetarum Dominum in loco Calvarie inter latrones crucifixum. Verum enim verò S. Gregorius aliud nobis motivum subministrat, per quod in ærumnis & persecutionibus consolationem non modicam elicere valeamus. Dicit enim: Deus suos sic premit in infimis, quia videt quomodo muniret in summis; Hinc ergo unusquisque colligat, quod illi sint passuri, quos reprobant, si sic cruciat, quos amat. Porro Deus fervorum suorum animas in magno pretio habet; Iustorum anime in manu Dei sunt, & tamen circa multos sanctos in eminenti perfectione constitutos experientia frequenter demonstrat, quod quanto majoribus sunt gratiis cœlestibus referti, tanto facilius permittat, ut in fragilibus & mortalibus corporum suorum exuviis magnis afficiantur tormentis & cruciatibus, passimque vilescant & contemnantur.

Hom. de
decol.Lib. 3, ma-
ral, cap. 10

Per historiam Evangelicam clare ostenditur, quotnam caufentur ab impudicis mulieribus scelera.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem
Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Marci cap. 6.*

Spiritus sanctus, qui factorum Evangelistarum calamos in conscribendis Evangeliiis dixerit, per præcitata thematis verba cunctis futuris sæculis causam manifestare voluit, quæ Herodem induxit, ut Sanctum præcurforem tanto in pretio ab eo habitum & honoratum catenis & compedibus constringeret. Scio quidem Josephum Hebræum olim aliam declarasse incarcerationis Joannis causam, dicit enim quod cum numerosissimus populus ad audiendam Joannis prædicationem ex omnibus locis conflueret, omnibus summo in pretio & veneratione esset, aded ut omnes ad votum suum promptos & expeditos semper haberet; *Veritus Herodes ne Joannis persuasione à suo regno discederent, melius credit: priusquam novi aliquid fieret, prevenire hominem nece.* Hoc autem vel est dicti Historici confictum mendacium, vel excogitata inventio, ad hoc ut Regem ab aded probrosa & ignominiosa labe eximeret; ideoque in dubium nequaquam revocari potest, verum motivum, unde ad Joannem incarcerandum & decollandum inductus fuit, in eo consistere, ut scilicet ipso è vivis sublato majori cum licentia incestuosis & adulterinis amplexibus frui & potiri posset: *Tanti causa mali scemina sola fuit* Ubicumque enim carnis peccatum regnat, ibi nullum est, quantumvis abominabile peccatum quod non

committatur. Ad id probandum Dionysius Carthusianus multorum adducit testimonium, speciatim verò S. Hieronymi dicentis: *Herodes cum Herodiade ordinavit, quomodo In Matth. 14. posset Joannem occidere, & invento concordi consilio fecit convivium, in quo filia Herodiadis tripudiaret, quæ saltante finxit se Rex ultra modum delectatum in saltatione illius, moxque jurejurando promisit dare quod peteret, jam verò conventum inter illos erat, ut peteret caput Joannis Baptistæ. Glossa hodierni Evangelii occasione refert ex Historiis Romanis, quod dum Flaminius dux belli generosissimus sceletatam quandam sceminam, quàm penes se fovebat dicentem, audisset se nunquam caput humanum à busto vidisse abscissum vel amputatum, impius hic bellidux ut ejus desiderio & curiositati quadatenus satisfaceret, subito reum quandam à justitia capitis condemnatum adduci, eique caput amputari, illudque sic resectum in locum convivii spectandum adferri præcepit, quæ ducis barbaries cum primò ad censors, deinde verò ad senatum urbis Romanz delata esset, mox ab omni quoungebatur, militari munere exauctoratus fuit, quod epulas sanguini miscuerit, & quod mortem quamvis noxii hominis in alterius delicias præsterit, ut libido & homicidium pariter miscerentur. Habet porò jam recensita aliquam cum Historia decollationis sancti Joannis similitudinem, cum hac tamen differentia, quod à Flaminiò decollari jussus ob crimina sua capitis*

Lib. 18. an-
tig. c. 7.

capitis fuerit reus. Sanctus autem Præcursor tanta fuerit innocentia & sanctitate conspicuus, ut omnes ad S. Joannem ab illa iniqua sententia capitis in eum lata liberandum, sua libentissimè capita pro eju incolunitate servanda sustinuisent: *Nihil moratur sanctitatem viri* (inquit Lucas Borgenfis) *nihil excellentiam propheta, non deterretur sceleris sive magnitudine, sive horrore, hoc enim ingenio sunt omnes adultera, ut quovis modo è medio sublato cupiant, quotquot sentiunt libidinis sue adversarios.* Cælius optumè considerat; inquam præcipit hominem vitium istud proturbet, dum ait: *Ecce ad quantum facinus luxuria hominem perducit, tandem verò postquam illud Gulam individuam semper comitem habere ostendit, vitium hoc feram illam pessimam esse concludit, quæ devoravit Joseph: illa est fera illa pessima, quæ devorasse putabatur, Joseph, cujus nutricula gastrimargia est per discum figurata* (discus enim est vas quoddam capax & amplum, in quo sapidiores luscioresque cibi ad convivia deportantur) *in multis Joannem, id est, gratiam divinam duo hæc vitia extinguunt.* Addit Chryostomus quod lasciviam quoque crudelitatis, ut plurimum comitari solet, prouti in hodierno casu accidisse novimus: *Talis cerè res luxuria est, ut non peculantes solum, verum & homicidas faciat.* In ejusdem quoque carnalis peccati delectationem ulterius ita scribit: *Nulla in hoc mundo bestia similis est mulieri mala; quid dracone atrocius? sed ne hoc quidem juxta mulierem malam conferri potest, id quod Sapientis auctoritate confirmat dicentis: Cohabitare Leoni & Draconi melius est, quàm cum muliere mala;* Neque existimes ipsum hoc per exaggerationem scripsisse, ut enim hanc à se suspicionem propellat, pergit ostendere, qualiter Leonem Daniël in lacu reverenter detulerint & ablanditi fuerint, cum tamen e contra Naboth justus à Jezabele occisus fuerit; *Cælius Ionam in ventre custodivit, Dalila autem Samsone circumventum illecebris, raso etiam capite deformatum alienigenis tradidit. Dracones & aspidēs Joannem Baptistam in deserto circumventem subdita feritate tremuerunt; Herodias autem eidem caput abscidit, & tanti viri mortem in pretium saltationis accepit.* Ad idem quoque propositum Angelicus Doctor in cap. 14. sancti Matthæi scribens Herodiadis truculentiam atque savitiam observat, dum ait:

Mulieres aliquando sunt pia, sed quando sunt crudeles, maxime sunt crudeles. Unde Ecclesiasticus ait: *Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris.* Ab hoc etenim sexu multa homicidia suam traxere originem. Unde Dionysius circa illa verba: *Vixit cum in carcere propter Herodiam, dicit factum id esse ad hunc finem ut Joanne occiso cum illa quietius & securius delectaretur.* Etenim innocens Baptista vita, & puritas ejus virginalis ambobus incestuosis adulteris spina erat in oculis; Lascivi enim nihil ægrius ferre possunt, quàm si libidini ipsorum ali-quod ponatur obstaculum, prouti videre est in lib. Sapientie cap. 2. ubi lascivi & impudici solutus omninò habentis, delectationibus & voluptatibus operam dare contendunt; *Vino pretioso & unguento impleamus, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertransseat luxuria nostra, nemo nostrum exors sit luxuria nostra.* Non sufficit illis, quod sigillatim insolescant, nisi etiam inter se simul convenientes conjurent. *Circumveniamus justum.* Verum quodnam obsecro à viro justo & DEUM timente malum recipiunt, quod tot tantisque consiliorum machinis in ejus mortem conspirent? Certum est, quod viri justi & timorati ad similia eos consilia excitent per hoc quod cum illis de eadem voluptate æmulentur, aut ejusdem scorti amatores existant, nec quia ad zelandum DEI honorem justæ vindictæ armis sese adversus illos arment, multò minùs quod illos coram tribunalibus accitent. Per quid igitur viri justi & pudicitie dediti lascivos adversus se excitant? Per hoc duntaxat, quia innocentia quacum vivunt, magnum illis parit fastidium & inquietudinem, neque enim putant se in impuri amoris lecto vel thalamo securè posse consistere, quamdiu vir aliquis inculpabilis oculis eorum observatur; *quoniam contrarium est operibus nostris;* Justorum namque innocentia quædam est vitæ ipsorum censurane dicam, an verò tacita & facunda reprehensio. *Improperat nobis peccata legis.* Unde Chrysológus ait: *Captivus criminum innocentia inimicis odiosa sit semper libertas, sacrilegis exosa sanctitas, inimica castitas impudicis.* Obitu peccenda profecto res est, quod ex omnibus iis Principibus, qui in frequenti admodum numero ad sumptuosam cenam illam invitati fuerant, ejusdemque Baptista præ-

In cap. 14.
Matth.

Ps. de Deo

Hom. 49.
in Matth.

In Matth.
24.

Ser. 127

præ-

prædicationem, ut valde verisimile est, sæpè sapius audiverant, quique qualis apud omnes sapientiores, quales erant Sacerdotes, Pharisæi, Sacerdotes & Pontifices; siquidem Concilium hoc pro solemnè illa legatione, in qua Messias dignitas Baptista offerenda erat, denominarant, de illius sanctitate apud universum vulgus opinio esset, optimè noverant, nullus tamen esset, qui vel os suum in ejus defensionem aperiret, quando ipsis presentibus adeo impia, adeo peregrina, adeo inhumana, & præter juris ordinem prolata adversus eum pronuntiabatur mortis sententia? Nunquid igitur Regem vel tunc ad saniora consilia revocare poterant, quando eum propter jusjurandum mactatum & afflictum esse videbant, dicendo, quod juramentum non est vinculum iniquitatis? Porro ad dandum istud varia adhiberi potest responsio. Una tamen sufficit, nimirum verisimile est omnes illos Principes, qui ad cœnam illam invitati fuerant, eadem fuisse pice coinquinatos, quodque proinde Joannis mortem ex animi sententia libentissimè viderint; siquidem *improperabat eis peccata legis*; omnes utique & singuli suam habuerunt Herodiam, quia Regis ad exemplum totus componitur orbis. Ad hæc multi ex his tametsi timorati essent, & zelum haberent legis, irato tamen Herodias formidare debuissent, si in defensionem & tutelam innocentis unico solùm verbo fuissent locuti. *Hoc malum fugit Elias*, inquit Chrysologus; siquidem Jezebelis furorem formidans, fugâ salutis suæ consuluit; & *cujus lingua clarvis facta est cœli, tanquam reus fugit à facie mulieris: hæc dejecit pueritiam, perdit juventutem, allicit & inquietat emortuam senectutem*; ac proinde si Elias oblectamam quandam mulierem pertimuit, facilis est conjectura quanto timore Principes illi perciti fuerint, qui E hæ virtutibus nequaquam armati erant, quin potiùs Jezebelicâ pice pariter non parum inquinati. Audite Lucam Burgeensem ita loquentem: *Et autem in-*

ter omnes convivus non fuit unus, qui Regem ab infando scelere vel verbulo revocaret, præsertim cum tristitia vultu declarata oportunitatem suggereret, ita intelligere liceat inter convivus hos fuisse, qui Joannis necem facillè desiderarint.

2. *Propter Herodiam.* Rex ille atheus, & prorsus impius, qui sibi Israël's populum extirpare in corde suo proposuerat, omnes Hebræorum masculos in ipso ortu suo occidi præceperat, ita tamen ut nata ab iisdem Hebræis puellæ in vita conservarentur. Scitisne huiusce consilii ejus causam? Nimirum quia hæc sola ad populi destructionem sufficiebant. S. Joannes Apostolus unam inter cæteras visionem habuit, quæ Herodiadis nobis sævitiam & immanem crudelitatem ob oculos representat; dicit enim: *Vidi Apoc. 17. 6 mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum Jesu*, de quo paulò antè dixerat: *Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ*; ubique enim voluptas libidinis locum habet, ibi omne lumen & Dei notitia evanescit, omnesque leges proculcantur, sive naturalis, sive divina positiva, vel humana. *Dum Rudolph. in lib. 8. Levit. c. 8. omne quod libet licet*, inquit sacer quidam interpres, *mala gesta publicè nullius auctoritate publicè arguuntur*; deficientem autem correctorem aut reprehensorem facilis est in quodvis præcipitium lapsus, ut patet in exemplo peccati carnalis, nam *luxuria habentis projectus quid liceat, quid non liceat, carnalis nequaquam discernit*. Et quidem Herodius non desisset satis opportunus reprehensor, frustraneus tamen erat omnis ejus conatus; siquidem quem sibi in abominandis adulteriis suis acquisierat, malus habitus adeo in ipso invaluerat, ut ad eum abigendum ne quidem Præcursoris sanctissima & efficacissima reprehensio susceperit: *Nam obrutus delitiis, inquit de Herode Andreas Cretensis, non se potuit erigere, nec aspexit ad lucem veritatis, sed mansit gravatus crapulâ libidinis.*

Ser. 172.

Cap. 14. in
Matth.

Fit peculiaris reflexio ad modum, quo S. Ioannes Baptista Herodem reprehendit. Ostenditur etiam qualiter aulae semper veritatem exhorrescant. Danturque rationes cur Ioannes nullum correctione suâ fructum attulerit.

DISCURSUS TERTIVS.

Dicebat Ioannes Herodi : Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marci cap. 6.

Excrandus ille Herodis cum Herodiade commissus incestus & adulterium suo universam Palaëstinam inficiebat fetore, habent enim peccata magnatum hoc sibi peculiare, quod quia totius populi oculos in se conversos habent, communiter publica & manifesta fiant, adeoque quoad illa publicè pariter opus erat reprehensione; unde nemini mirum videri debet, quod hæc Herodi adhibita reprehensio à discreto Præcurfore publicè in conspectu uniuscuiusque facta fuerit; quia tamen sapientissimus Magister noster præceperit, ut correctio proximi clam & in privato fiat: *Corripi eum inter te & ipsum solum*; hoc tamen solum habet, quando peccatum est occultum, non vero quando scandalum est manifestum; de illis namque Apostolus ait: *Peccantes coram omnibus argue, ut cateri timorem habeant*. Enimvero hanc Herodi à Joanne propositam objurgationem publicam Abulensis inter alios hisce verbis asserit: *Ioannes prædicans arguebat publicè Herodem de illicitis nuptiis*. Victor quoque Antiochenus ait: *Ioannes palàm Herodem reprehendit*. Chrysológus denique ita scribit: *Agit ut te habeat confusio publica, quem non potuit corripere secreta correctio*. Verisimile etenim est quod Ioannes ipsum frequenter in secreto mo-

nuerit, ut ab hac incestuosa & adultera familiaritate desisteret, idque tantò mihi est probabilius, quod constat Herodem sancti Præcurforis prædicationes spiritu & zelo bono plenas audiendo intimæ compunctionis signa edidisse; quia tamen illum nihilominus minimè emendari videbat, scandalum autem ex altera parte erat notorium, ideo illum in publico reprehendendum esse censuit. Verùm enim verò observandus est modus, quem Ioannes in hac reprehensione tenuit, quem Chrysológus hisce verbis considerando exponit: *Non enim dixit, scelestè, pollute, & prævaricator, ac prophane, conculcasti Dei legem, contempsisti quæ statuta sunt, potentiam tuam legem fecisti; nihil horum: sed etiam in reprehensione apparuit multa mansuetudo viri; dixit enim: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, erat enim verbum magis docentis, quàm reprehendentis*. Eandem quoque reflexionem Albertus Magnus fecit, dum ait: *Attende modestiam Ioannis, qualiter sine improprio, solius veritatis amore, non ex se, sed ex lege potiùs monens de veritate, quàm corripions, illicitas detestatur nuptias; deserens enim Regi, attendit quod dicit Apostolus Rom. 13. Cui honorem, bonorem. Non dicit, progenies viperarum, sed simpliciter: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Chrysológus pariter hanc in Baptista dilectionem considerat, dum ait: *Herodem Ioannes moni-*

2 Tim. 5.

Quæst. 15.
ad cap. 14.
Matth.

Serm. 127.

Serm. 127

moniti, non accusatione pulsabat. Charitatem inprimis & modestiam simul Herodem reprehensus & conjunxit, iisdemque magnanimam in reprehendendo & corrigendo libertatem associavit; hæc enim duo sunt oleum & vinum, quod Samaritanus infudit miseri illius vulneribus, qui ab Hierusalem in Jericho descendebat, Notabilis profus est illa Senecæ sententia: *Monstrabo tibi, inquit, cuius rei inopiâ laborent etiam magna fastigia, quid omnia possidentibus desit, scilicet ille qui verum dicat.* Etenim in magnorum Principum aulis nihil est veritate detestabilius. Sicut econtrâ nullum est aulicis familiarius vitium, quàm sit adulatio. Porro Salvator in Baptista laudem dixerat: *Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Unde latis evidenter colligitur, ingratos esse in aulis, & torvis oculis videri, qui saccis & ciliciis induti sunt, Prædicatores Evangelicos; econtrâ verò adulatōres, parasiti, moriones & mimi in aulis passim in pretio habeantur; undè Mardocheum ante fores palatii constitutum conspicimus, Sanctus quidē Joannes clarè & perspicuè latis prævidebat damnum, quod ei resultare poterat ex eo quod Regem quendam reprehensus, eundemque à suis sequestraturus voluptatibus ingrederetur aulam, neque tamen ob id ab obligationis suæ debito desistere voluit. In lectionibus matutinalibus primi Nocturni in honorem ejus ex sancti Jeremiæ cap. 1. desumpta legimus sequentia verba: *Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum; ego quippè dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnē terram. Regibus Iuda, Principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terra.* In Ezechiele quoque scribitur: *Si non annuntia veris iniquo iniquitatē suam sanguinem ejus de manu tua requiram.* Isaiam similiter se tacuisse vehementer poenituit: *Va mihi quia tacui;* cujus rationem S. Hieronymus reddit dicens: *Isaias, quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec juxta Elia exemplum liberâ voce impium designarat, labia habebat immunda;* non verò sic Baptista, qui generosum pectus suum Herodiani impietati opposuit, nec linguæ suæ pepercit ad impium & scandalosum Regem absque ulla furoris sui formidine corrigendum & reprehendum, Dicebat Herodi Joannes:

Non licet tibi habere, &c. Hugo Cardinalis verba illa S. Joannis: *Non licet tibi,* in sensu morali exponens ait: *Caro & Spiritus fratres sunt, uxor carnis concupiscentia; hanc non debes sibi ducere Spiritus filia concupiscentia delectatio.*

2. Observandum est autem qualifnam ille sit, qui reprehendit: Dicebat Joannes, Omnino enim opus est, ut nomen istud non nihil pondere minus S. Gregorius ait: *Neesse est ut esse munda studeat manus, quæ diluere sor des curat, ne tarta quaque deterius inquinat, si sordida ipsa stercoreis lutum tenet.* Propheta ille ad Jeroboam reprehendum à Deo missus, altare æneum frangi, sacrilegi quoque Regis illius brachium primo quidem exarefcere fecit, demum vero incolunitati pristina restituit, & præter oblata Regia illius obsequia, munera quoque à Rege sibi oblata accipere renuit, & tamen nullum ex reprehensione sua fructum reportavit, idque non aliud factum est, quàm quod ab alio quodam Propheta seductus contra Dei vetitum in eo loco, in quo sibi prohibitum fuerat, sobriè tantum manducavit, quod itidem nequiquam fecisset, nisi sibi persuasum habuisset, præceptum istud sibi impositum denuò à Deo fuisse revocatum. Sicut enim parvulus clavus sufficit ut ingentia tormenta bellica, quæ integrum valent dissipare exercitum, inutilia profus efficiat: eadē quoque ratione in eo, cui incumbit alterum corrigere, exiguus culpæ navus, cuius exindè aliàs secuturo magno profectui ingens ponere potest obstaculum. Hoc autem quoad sanctum Præcursores timeri nequaquam potuit; siquidem de ipso æterna Veritas ait: *Venit Joannes non manducans, neque bibens. Ecce ego mitto Angelum meum;* atque ideo quis unquam inter omnes homines tam natos, quàm deinceps ad finem usque sæculorum nascituros, inveniri poterit Joanne irreprehensibilior? & tamen ab Herode auditus non fuit, nec fructum aliquem in eo peperit; & quidem tamen hoc ipsum perspicuè latis prævideret, ab illo tamen reprehendendo desistere nequaquam voluit: probè namque intelligebat hoc Herodi ob oculos positum improprium in cunctis futuris seculis gravem facturum esse impressionem, futurumque fore ut multi sancti Baptista comminationes formidantes à publicis deinceps scandalis committendis detererentur: econtrâ vero Herodes per

Serm. 6.
benef.

Esther. 4.

In epist. 14
ad Dam.

Lib. 7. moral.
c. 10.

hanc obstinationem & crudelitatem se toti mundo in perpetuum infamem redderet, remaneretque publica hæc à Joanne facta correctio, veluti clavus quidam acutus cordi Herodis in perpetuas æternitates infixus. Undè Chrysológus ait: *Ioannes orbi notus, famâ virtutis cognitus, celebratissimus sanctitate, dum trahit ad se suos inquisitores injuria, facit ut tuus cunctis innocens, quem corrigere non potuit secreta correctio.*

Ser. 127.

3. Aliæ quoque adduci possunt rationes, cur correctio ista nullum fecerit in Herode fructum: Dicebat Ioannes Herodi. Quando coram aliis perorans à paucis audientiam obtinet, de eo dici communiter solet, quòd in deserto prædicet; hæc autem in casu nostro omninò contrarium evenit, siquidem ad auscultandam Joannis prædicationem civitates omnino ab hominibus evacuabantur, & in desertum commigrabant; in eo verò malum ipsius positum erat, quòd è deserto egressus esset, suamque in curiam Regis prædicandi stationem transfulisset, ubi non nisi adulationibus aures porriguntur, & verè ibi prædicans in deserto prædicare dici poterat, quia qui ibi illum auscultaret, nullus erat. Quando Pilatus Redemptorem nostrum audivit dicentem: *Ego ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*, promissus ille ingenti cum admiratione illum interrogavit: *Quid est veritas?* eo quòd sibi videretur audire idiomata quoddam novum, & in aulis Magnatum inauditum. Amos Deo potius quàm hominibus obedire volens, ad mortem ab Amasia iniquè condemnabatur. Cyrillus autem in præfatione eorum Commentariorum, quos in Amos exaravit, dentes ipsi prius evulsos esse dicit, non vero linguam, eo quòd Principes ament solam habere linguam, non vero dentes, id est, gratiam illis quidem est si quis linguam cum illis loquatur ad adhibendum, non vero si dentes adhibeat ad scelera eorum reprehendendum. Linguam amant, utpotè quæ in quamvis partem facillè vertitur, non vero dentes solidos & densos, qui de loco suo difficulter proinde moventur. Linguam illam volunt ad laudandum, non vero dentes ad mordendum. *Ligatus quoque, & in carcerem trusus*, inquit de S. Joanne S. Bernardus, *nihilominus stetit in veritate, & occubuit pro veritate feliciter*. S. A. uultinus quoque miram S. Joan-

Append.
de divers.
serm. 4.

nis in dicendo veritatem admiratur, quia tamen si videret se illà sine vitæ impendio diu uti non posse, propter justitiam perdidit vitam, sed lucratus est gloriam; & nos interdum pro gratis hominum, vel timore offensionum præferimus adulationem, & vendimus veritatem, non timentes illud, quod terribiliter scriptum est Ezechielis 3. *Si non annuntia veris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram*. Enimvero universam Herodis aulam eadem cum ipso maculâ seu labe contaminatum fuisse, ex eo facillè deduci potest, quòd de filia Herodiadis saltante S. Marcus dicit: *Dum plausisset Herodi simulque recumbentibus*; ac proinde valdè est verisimile omnes Regem cohortatos fuisse, ne verba S. Joannis quicquam æstimaret, imò fortè ipsum utpotè virum admodum temerarium, & cholera obnoxium ad iracundiam existimarent.

4. Alia insuper ratio, cur facta à S. Joanne correctio fructum non fecerit, fuit, quia agebatur de peccato carnis, cui Herodes unâ cum Herodiade ad gulam usque erat immertus. In Osea scribitur: *Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationum in medio eorum*. Nunquid insignis illa & sonora Spiritus sancti tuba, Paulus, inquam Apostolus Felicem ad fidem, quam ei prædicabat, convertere prævaluit? Minime gentium, tamen etiam talia coram iplo puncta attulisset in medium, quibus à vitiorum suorum lethargo ipsos quoque suscitare potuisset motuos, tractando nimirum de finali judicio, de què divinæ justitiæ veritate, id què tanta cum verborum energia & efficacia, ut fuerit tremefactus Felix; & tamen idem Apostolus Sergium Paulum ad fidem nostram convertit, tamen ei in id contenti unâ cum Elyma mago universus se opponere videretur inferas. Scitisne quodnam fuerit inter utrumque discrimen? Felix in lascivi amoris, quo Drusillam, quæ velut altera quædam Herodias erat deperibat, luto sepulcris jacebat, ideoque mirum non erat quòd prædicatio etiam ipsiusmet Apostoli Pauli infructuose coram illo fieret: *Cum peccatum corrigere*, inquit Lucas noster Burgenhis, *libido non sineret*. Pater Hieremias Drexelius de Guiliemo Malburiensi refert, eum talis fuisse potentia, ut sexaginta millia equitum, & multo plura milia

Ose. 4.

Act. 13. 27

In cap. 14
Matth.
Cap. 12. de
derision.

lia

lia peditum in Palæstinam educere potuerit ; & quidem verè ditiſſimus, ſed inſaper vitiōſiſſimus erat. Accidit autem quod Petrus Piſtavorum Episcopuſ eum reprehenderet, eo quod in demio ſua alteram quandam Herodiadem fove et; cūmq; dictuſ Episcopu� ipſam excommunicationis mucrone feriſſet, apprehenſo mox enſe Episcopu� quādam occasione invaſit, eidemq; per capilloſ arreptuſ dixit : Niſi me conſelium Eccleſiæ reſtitueris, in hoc momento morieris; Episcopuſ autem loquendi tempuſ ſibi indulgeri poſtulavit, quo ei indulto aliam quandam tremendam priore longè formidabiliorem excommunicationis ſententiā adverſuſ eum intrepit-

duſ pronuntiavit, ac tum demum conſians & alacer collum porrexit ad gladiuſ idū; ſacrileguſ autem Comes viſū Episcopuſ conſtantiū ad eum dixit : Tam vehementi te odio proſequor, ut te penitūſ indignuſ eſſe exiſtitem, cui per manuſ meāſ morſ inferatur; neque enim patiar, ut per manuſ meāſ ſubſidiū cæluſ unquam ingrediaris; ideoq; peſſimi ſcorti tui conſilio permotuſ in exiliū eum proturbavit; cūmq; Episcopuſ in eodem exilio mortuū eſſe inaudiſſet, dixit : *Pœnit et me quādam ſenem illum non citiūſ ad cæluſ miſerim.* Ecce tibi igitur quāmantiant incorrigibileſ & inemendabileſ illi, qui in turpeluſtum iſtud ſaſciviæ inſeliciter incidunt.

Diſſeritur de aliquibuſ Herodianæ crudelitatiſ cauſiſ. Item de ſenſualitate, gula, & choreiſ ipſiuſ.

DISCURSUS QVARTVS.

Cœnam fecit; cūmq; introiſſet filia Herodiadiſ, & ſaltatſſet, & placuiſſet. Marci c. 6.

ECce tibi quouſque in ſeram uſque noctem protracſta convivia, choreæ, impudiciq; amoreſ procedant, nōnnum uſque ad machinandam necem viri innocentiſſimi, qualiſ S. Joanneſ erat; ſiquidem choreæ belle per-

actæ præmiū reſectūſ Baptiſtæ vertex fait. Opportunè S. Petruſ gulæ voluptateſ cum libidinib; illecebrib; ſimul conſunxit, dum ait: *In convivib; ſuiſ luxuriantes, oculoſ habentes plenuſ adulteriſ & inceſtabilib; delicti.* Uti dè & Tertullianuſ de Venere & Baccho ſcribent; ait: *Duo iſta demonia conſurata & conſpirata inter ſe ſunt ebrietatiſ & libidinib;.* Clemenſ Alexandrinuſ quoque in ordinationeſ conſiderat, quæ à gula, cui ingluvioluſ inferni coſuber præſidet, derivantur, dum ait: *Hec qui ad luxum menſarum pro-*

penſi ſunt, præſt. demon helluſ maximuſ, quem ego non vereor appellare ventriſ demonem. Ideo etiam Apoſtoluſ Epheliuſ monet: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Ubi S. Cypriuſ Alexandrinuſ ait: *Ut oſtenderet ex ebrietate veluti progenitam filiam generari luxuriam.* Quod ſi vero ſimul & in unum gulam, choreas, & carnalem concupiſcentiam conſunjeris, non erit quod mireris, ſi inde prorumpat omniſ inceſſuſ horrendoruſ ſceleruſ; ſiquidem quodlibet horuſ vitioruſ, & inordinatorū appetituū eum, qui iſi eſt obnoxioſ, diſcurſuſ & ratione deſtituere prævalet. Janſeniuſ hodiernuſ exponent; Evangelium inquit: *Currebant enim ſimul remulentiā, libido, & jaſtantiā ad promittendū, tum ſuperbuſ, & temerariū, inſanūq; præmiū uniuſ ſaltatiuncula.* Daniel Prophe: a ſcribit: *Balthaſar fecit grande conviviuſ optimatib; ſiſe*

Eph. 5. 18.

Cap. 6.

2. Pet. 2. 14

Lib. 1. de
ſpeſſac.
6. 10.

Lib. 2. de
Padag.

Suis mille, & unusquisque secundum suam bibebat aetatem. Verum enim vero num forte in hoc grandi convivio luxuriam abuisse creditis? minime; neque enim solum hæc, sed & quivis alius excelsus sacrilegus præsto fuit: *Præcepit jam temulentus, ut afferentur vasa aurea & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quod fuerat in Jerusalem.* At verò quoniam sine sacra hanc suppellectilem veri Dei cultui olim consecratam, necnon sacrificiis cunctisque aliis sacrosanctis ritibus destinatam adfert præcepit, ut biberent ex eis Rex & optimates ejus; neque hoc sat s erat, sed & uxores ejus & concubina; qui tandem à veri Dei cultu in idololatriam degenerabant, quia laudabant Deos suos, & bibebant vinum. Ecce tibi veram quandam hujus sacrilegi Balbafaris in Herode depictam effigiem, ut potè qui in longè detestabiliorem prorupit vitiorum excessum, quando ipse pariter & adultera ejus innocentis Præcuratoris inebriari voluerunt sanguine; ecce tibi hujus sacrilegæ impietatis impulsus:

Serm. 178. Natalis sui cœnam fecit. Sic indicat, inquit Chrysologus, mens oppressa crapulis, soluta vino, & toto quodammodo ebrietatis demersa naufragio. Ad hæc videas in hac cœna in campum prodeuntes lasciviam & choreas; Cùmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; discumbentibus; Rex ait puella: *Pete à me quod vis, & dabo tibi;* quæ caput S. Joannis à busto ejus amputari protinus postulavit, quod & executioni indilatè mandatum fuit: *Missio spiculate præcepit afferri caput ejus in disco.* Ubi Ambrosius in lectionibus Matutinalibus ait: *Postremò (quod etiam omnes barbari horrere consueverunt) inter epulas & convivia consummanda crudelitas profertur edictum, & à convivio ad carcerem, de carcere ad convivium feralis flagitii circumfertur obsequium,* inquit Sanctus. Et paulò post subdit: *Quis cùm audisset natalem esse Herodis, sole mne convivium; puella optionem eligendi quod vellet datam, missum ad Ioannem ob solutionem non arbitraretur? quid crudelitatis cum delictis? quid cum funeribus voluptati? Comminabatur quondam Iaias: Va, qui consurgitis manè ad ebrietatem festandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino astuetis; cythara, & lyra, & tympanum, tibia & vinum in con-*

Lib. 3. de virg.

1. 2. 3. 12.

vivis vestris. Quis verò crapulæ & gaudiorum istorum tandem est finis? nimirum totalis & omnimoda à Deo aversio: *Et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Author quidam modernus in sermone, quem in hanc solemnitatem conscripsit, optimè id quod *Dier.* S. Marcus de Herode scribit considerat: *Fecit cœnam principibus, tribunis, primis Galilææ.* Hoc est ingenium divitum atque potentium hujus sæculi, divitias suas cum divitibus, qui eis non indigent, consumere; adeoque similes sunt fluminibus, quæ aquas suas ad mare derivant, tametsi hoc iidem affatim abundet; ripas vero, circa quas alluunt, siccas proflus & aridas relinquunt: *Non utique hi consilium observant Spiritus sancti dicentis Eccles. 4. Fili elemosynam pauperis ne defraudes.* Homo lascivus sensualitati fovendæ & nutriendæ totaliter deditus oportuna similitudine comparatur jumento: *Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Jumentum enim tunc vel maximè recalcitrat, dum præsepi alligatum pabulum sumit, vel dum carnali commixtioni se accingens ab eadem impeditur. Herodes verè erat sicut equus & mulus, quibus non est intellectus; cœnæ etenim accumbens, suisque cum Herodiade voluptatibus incestuosus vacare parans, quia ne per improprium & reprehensionem S. Joannis ab iidem impeditur, pertimescebat (prouti & re ipsa accidit, quando Joannes ei protestabatur dicens: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui;* ecce tibi, in quem excessum usque sese præcipitari permisit, *Cœnam fecit;* ecce tibi Herodem veluti jumentum ad præsepium alligatum; cùmq; placuisset Herodi: videte in eo carnalem concupiscentiam & sensualitatem: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui;* videte iterum qualiter in brutalibus ipsis appetitibus ei op. ponatur obstaculum; ac proinde *missio spiculate, præcepit afferri caput ejus in disco.* Porro S. Gregorius optimum nobis convivium licitè celebrandi modum insinuat dicens: *Convivia, quæ ex intentione impendenda charitatis sunt rectè, vestra fraternitas in epistolis suis laudat; sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cùm in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes negotiorum secularium fabula; sed verba sacra lectionis audiuntur, cùm non plus quam*

D. 44.

quam necesse est, servitur corpori, sed sola ejus infirmitas reficitur.

2. Cum saltasset & placuisset, Calarius in Homilia de Decollatione S. Joannis Baptistæ ait: Saltat autem, qui hoc quod facit malum, non considerat, & de vitio in vitium se precipitat; unde scriptum est in libro Regum quod plures erant quos devoravit saltus, quam quos occiderat gladius. Miserabilis saltus est iste; attamen Herodi placet & Principibus ejus; examinemus fodes quondam sacri expositores circa hæc tripudia observaverint: Serpens tunc latebat in femina (inquit S. Chrylogus) qua reptans genibus flexuosis toto corpore virus effudit, ut discumbentium mentes furor, venenum corpora sauciaret, homines verterentur in bestias, nec vino jam tales, sed sanguine potarentur. Quidnam obsecro S. Augustinus dicere voluit, quando scripsit: Melius est in diebus festis arare, quam choreas ducere? num forte dicere voluit, laborare minus malum esse, quam choreas agere; tamen enim labor veritus sit, in cor tamen & animam Christiani alicujus minorem culpam inducere videtur, quàm peccatum sensuale seu carnale, quod per lascivas choreas in anima ut plurimum accenditur. S. Hieronymus ad filiam S. Paulæ Eustochium nomine scribens refert, quod tamen in Syria defecit à sole exultus, & jejuniis extenuatus, scorpionumque & aliarum ferarum focus factus humi cubaret, vixque duro pane fami subveniens aquam biberet, & pectus duro silice fortiter percuteret; attamen post multa annorum curricula spiritus fornicationis visa incaute in juventute sua adolescentularum tripudia in memoriam reducendo vehementia in semetipso senserit excitari libidinis incentiva; ut proinde saluberrimè moneat Ecclesiasticus: Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Andreas quoque Cretenensis in hac Herodianæ dissolutionis occasione non sine energia singulari exclamat dicens: O amentiam! saltatio adolescentulæ Regis cepit prudentiam: fracti manus motus & pedum celeritas, & membrorum tractus firmum & validum Regis sensum enervârunt,

Veruntamen ut Chrysostomus ait: *Hic tripudius diabolus saltat*; id quod Author quidam antiquus in quodam sermone de hodierno festo, exemplo quodam terrifico ex libro de septem Spiritus sancti donis desumpto in tripudiorum & chorearum detestatione haud parum confirmat; scribit enim quod dum juvenis quidam, qui à patre suo à teneris unguiculis divino servitio dedicatus fuerat, in oratione constitutus serio cogitaret, quodnam esset quod præ cæteris divinam offensam in homines vehementius provocaret, & per quod Deus vel maximè inhonoraretur, contigerit quod coram ipso ante Crucifixi imaginem orationi operam dante, pulcher quidam adolescentulus choreas ducens in medium prodierit; qui dum primâ vice ante prædictam Crucem tripudians transiret, omnes quotquot dictam choream sectabantur, ictum quandam fatis validum in Crucifixi clavos infigebant; secundum vero gyrum in eadem chorea facientes spineam coronam à Christi capite sublatam, pedibus suis substernebant, mirisque gestulationibus proculcabant; in tertio verò ejusdem choreæ gyro Christum amarè in Cruce lachrymantem deridebant; in quarto in benedictam Christi faciem sacrilegè exspuebant; in quinto latus ejus sacratissimum perforabant; ac demum in sexto eundem horrendum in modum blasphemabant; mox verò juvenis ille, qui choreæ illius duce agebat, ad servum Dei conversus, ut visionis illius mysterium eidem declararet, dixerit: *Ego, qui sum Princeps inferni, & chorizationis procurator, ex præcepto veni huc cum ministris meis, ut tibi exponam quod rogasti. Primò igitur extensio brachiorum fit in vituperationem extensionis brachiorum Christi. Secundò, per sertum, concussio corona capitis Christi. Tertio, per cantum, vituperatio planctus Christi. Quarto, saltus fit in derisionem. Quintò per ornamentum conspicitur Christus. Sextò, per lætitiâ cordis, aperitur latus Christi. Vide miser saltator, & ignobilis saltatrix, quâ peiores estis Iudæis, qui Christum crucifixerunt, & deriserunt in terris transeuntem; vos autem in dextera Patris in cælo regnantem.*

Serm. 174.

Lib. de vita honesta

Eocl. 44.

Apud Sutorium.

Ostenditur detestandam esse Herodis in appetitibus suis sensualibus cæcitatem; e contra verò describitur S. Joannis Baptistæ circumspectio, qua usus est in Herodis & adulteræ consortis ejus reprehensione.

DISCURSUS QUINTVS.

Pete à me quod vis, & dabo tibi, licet dimidium regni mei; & attulit caput ejus in disco, & dedit illud puella.

Marci 6.

Quilibet presenti animo ad eam, quam ambitio dominandi, in corda humana exercet crudelem tyrannidem, sese reflectit, capere vix sufficit; qua ratione fieri potuerit, quòd Rex aliquis cæteroquin ambitiosus & superbus valdè, p. o. uno saltu sive pro una chorea juxta artis regulas concinnè facta regni sui medietate non offerret; quotidianà enim videmus experientià, quòd ad hoc ut Reges regni sui confinia vel unicum duntaxat palmum dilatare possint, ingentes obarment exercitus, perque varias strages & cædes innumeros amittant vasallos, & tam in numeris quàm in subditis diminiti depauperentur & deficiant; & tamen hoc non obstante evangelica veritas est, quòd superbus hic Rex dimidium regni sui pro unico tripudio offerat: *Licet dimidium regni mei petieris.* Ubi S. Ambrosius ait: *Vide quemadmodum secularis ipsi de secularibus suis judice ut potest: atibus, ut pro saltatione etiam regna donentur.* Lucas Burgentis prodigæ huius promissionis causam cœnæ illius luxu & indè natæ ebrietati attribuit: *Pudendum Regis remulenti exempli, nullum est æuentis prodigalitatis suæ modum, nò plurià facientis dimidià regni sui partem, quàm premium saltatiuncula.* Ingeniosus profectò est conceptus ille Chrysofomi, quem sibi super hujus oblationis prodigalitate hisce verbis formavit: *Vides quonam regnū abierit? (Herodem alloquitur) miser & infelix, itane tibi mentis oculi cæcitiunt? tanti regnum facis? semel puella saltavit, & regni dimidium tradidit quid si se-*

cundo saltaverit? votis exopta, ne denuò saltet, vel si saltaverit, ne denuò placeat. Salmeton ex hac Herodis promissione utilissimam quandam elicit moralitatem: *Vilem, inquit, saltationem puella. & tam breve oculorum solatium, tanto premio dignum existimavit, nempè dimidio regni sui; & tales Herodes multes est hodie invenire, qui pro vilissima delectatione & voluptate audent montes aureos etiam cum juramento polliceri, & sanctius servant hujusmodi promissionem, quàm baptisimi, vel aliud sanctum votum.* Etenim quando momentanea voluptas æternæ anteponitur salutis, non jam datur dimidium regni cuiusdam terreni, sed pro unius libidinis satisfactione regnum cœlorum æternum amittitur. *O quàm usitatum est, inquit ille servus Dei, prophanos homines in eos se liberales ostendere, qui in suorum turpium appetituum executione sibi placent; quot enim ad explendam animi libidinem liberales sunt, imitantur Herodem: Hoc est signum, ex quo prescius esse, ut Herodes, colligeris.* Quot hodie sunt qui in convivia, ludos, lubricas societates facultates suas copiosè dispensant, cum tamen erga pauperes adeo se parcos & tenaces exhibeant, ut eos fame perire nihili faciant! adulatores, parasiti, circumcelliones; equi item, canes, & alia animalia panem habebunt in abundantia; pro pauperibus autem, in quorum perfona agnosci vult ipse Deus, nihil reliquum erit. *Adè voluptate captus erat (inquit Chrysofomus) ut tripudiis regna concederet; miraris forsitan, si tunc hæc fiebant, cum etiam nunc post tantam religionis nostræ philosophiam, multi juvenes adè molles*

Tom 4.
tract. 18.

Lib. 3. de
Virg.

In cap. 6
Marci.

Serm de
virt. &
vit.

ener ves-

et nervos quoque sint, ut nulla jurisjurandi necessitate urgente vel animas suas tripudij gratia largiantur, quot sunt hodie qui pro uno obtutu vel desiderio lascivo, pro una voluptate momentanea aeternum quoddam regnum prostituunt? verum enimvero id quod admirationem vel maxime augeat est, quod idem Evangelista subjungit, nimirum ingens illa aestimatio & conceptus, quem Herodes de Joanne habebat: Nam Herodes metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat, & tamen in tam profundum se precipitium labi nihil curavit. In Catena D. Thomae dicitur: Vide autem quantum operatur concupiscentia rabies, quia cum Herodes tantam circa Joannem haberet reverentiam & timorem, horum fit immemor, ut sua fornicationi provideret. Mirum etenim habebat Herodes de Joannis sanctitate conceptum, adeo ut miraculorum a Salvatore patratum famam audiens, sanctum Joannem à mortuis suscitatum esse crederet: probe item sciebat, ipse sine scribis, Phariseos & sacerdotes vehementer suspicatos fuisse ipsum verum Deifilium, & promissum in lege Messiam existere; & tamen horum fit immemor, ut sua fornicationi provideret. Ecce quo precipitatur caro (inquit Chrysologus) cum ad luxuriam facinus voluptatis inflammatur incendijs. Tacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiva, qua sicillante luxuria, & non tam ludente quam illudense lascivia promitteret, quicquid turpitudine peteret se daturam.

2. Et ait Rex puella: Pete à me quod vis, & dabo tibi, & juravit illi, quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium Regni mei. Ecquis est rerum adeo ignarus, cui non sit manifesta animi hujus sexus indomabilis elatio, quae in prima matre nostra adversus ipsum Deum adeo turpiter rebellavit, ut ipsi par & aequalis aut similis evaderet? habet quoque sexus iste hoc sibi proprium, quod vel solum sanguinis humani, vulnerum, aut caedis humanae aspectum exhorrescat, & tamen ut optime notat S. Fulgentius, elegit contemnere honorem, ut lucrificaret sanguinem; cumque ei potentissimi cujusdam regni nobile sceptrum promissum fuisset, per quod in sortem Regni subintrare potuisset, id nihili curat: Non cogitat de imperio, cui charior est turpitudine, culmine regni contempto; caput Joannis petiit in Mansj Sanctuarj Tom. III.

disco, plus odians eum, qui interdixit incestum quam diligens eum, qui promiserat regnum. Porro Rex Assuerus Esther Regina splendidam hanc praestitit promissionem: Etiam si dimidium partem regni mei petieris, impetrabis; liquida regnabat super centum & viginti sex provincias; ipsa autem hac oblatione prudenter usa est ad utilitatem & prosperitatem populi sui, ut sollicit eundem ab Amanis furore liberaret, in oppositum ejus quod inverecundia haec saltatrix fecit. Unde colligitur, quod mali concessam sibi auctoritatem ut plurimum in alienum damnum, & perniciem usurpent, & precipue ad deprimentam hominum sanctorum innocentiam, timorati autem eandem ad bonorum erectionem, & ad eorundem depressionem sublevandam impendunt. Bene quidem malitia (inquit S. Hieronymus) non habet tantas vires, quantos conatus; perierat innocentia, si semper nequitia juncta esset potentia, & totum quod cupit iniquitas obtineret. Chrysologo mirum nequam videtur, quod saltatrix caput poposcit sancti Baptistae; nam quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitiae necem, mortem sibi semper contrariae sanctitatis. Nulli sacrorum interpretum dubium est, quin tota haec funesta circa S. Joannem exercita & consummata tragedia eo potissimum fine coepta fuerit, ut quiete & sine turbatione suis uterque adulter potiretur impuris amoribus. Albertus Magnus Herodis oblationem, nec non postulationis ab Herodiadis filia concessio-nem considerans, ait: Ex hoc accipitur, quantum ille possessus fuit amore libidinis, qui talia obtulit thura libidinis aris, ut dimidium offerret regni sui. Rabanus ad temporis tanta impietatis demonstrationi adeo inopportuni & improprii, carnalis vero appetitus sui satisfactioni oportunitissimi circumstantiam sese refecit, dum ait: Qui mundi voluptate excaecati tenentur, de futuris non cogitant, & ob hoc nec praesentia bene ordinant, quod bene in luxuria convivorum suorum Herodes demonstravit.

3. Verum enimvero dicere hic nonnemo posset, si verum est, quod tanti causa mali foemina sola fuit, cur S. Joannes non est Herodiadem aggressus, cur ipsam non reprehendit, cur ei suum incestum non exprobat, sed solum reprehendit Herodem? Salmeron dicit S. Joannem dixisse Regi; non licet etiam

Esther. 7 2

Lib. 2. A.
pol. con.
Russin.

Ser. 174.

Ser. 7.

Kk

tibi,

tibi, quia Rexes, & omnium oculi in te conver-
si sunt, quod tu feceris, & alij id sibi licere pu-
tabunt, atque ita tuo malo exemplo alios ad
impietatem provocas: at verò sincerior causa
hæc fuit. Sanctus Joannes à primis infantia suæ
annis in desertum se subduxit, ut omne lugeret
humanum confortium, na levis saltē maculare
vitam fame possit, maximè autem ut debi-
liorem semper sexum declinaret, suam quoque
sanctissimam matrem sanctam inquam & decre-
pitam Elisabetham declinavit, ne in domo pa-
rentum, inquit sanctus Hieronymus ad Rulli-
cum, cum periculo viveret castitatis, ac proin-
de cum tantus esset sui candoris virginalis ze-
lotes, lubricam illam scæminam aggredi noluit,
ne quidem ut illam reprehenderet, ut non do-
ceret, quod quantumcumque quis sanctus aut
perfectus existat, attamen cum de honestate
agitur, nequaquam se periculo exponere de-
beat, etiam sub defendendæ ejusdem virtutis
pudicitia pretextu; nam ut Chrysologus ait:
*Esse Joannes tantus, Joannes talis tanto eremo
separatus à scæminis, scæminarum pericula
non evasit* (intellige quoad pœnam, non ve-
rò quoad culpam, siquidem sexus ille ei
machinatus est mortem) *quis est, qui inter
scæminas vivens, evasurum se sine labore ma-
ximo, maxima sine cautione confidat, nisi is,
qui sancto alicui Spiritu?* Sanctus Joannes
non solum vivus, sed etiam mortuus, scæminam
in vultu intueri maximè cavit, tametsi secu-
rus esset, quod non jam dico scintillam ali-
quam, sed ne umbram quidem fûmi ignis illius
contrahere posset, eo quod fuerit in gratia con-
firmatus. Sanctus Ambrosius enim de capite in-
fûs in mensam Convivii illius illato scribens
ita ait: *Clausit lumina, non tam mortis necessi-
tate, quam horrore luxuria.*

4. Verum inquit quando rumor sen-
tentia de amputando hujus Prophetae capite
lata apud omnes percrebuit, Propheta in-
quam illius, qui in universa Iudæa apud om-
nes in tanta erat veneratione, quem promil-
sum in lege Messiam esse credebant, qui adeo
de omnibus & singulis meritis erat, cur tunc
populus eum à tali sententia executione non

eripuit, cur sese apud Regem non interpo-
suit, ut à tam probrosa eum morte eximeret?
*Nolite considerare in principibus, in filiis hominum
in quibus non est salus;* Christo Salvatore no-
stro populus idem paulò ante festiva voce
acclamarat: *Benedictus qui venit in nomine
Domini Rex Israel,* & tamen paulò post in ea-
dem septimana incondita voce est vocifera-
tus: *Tolle, tolle, crucifige eum; Non habemus Re-
gem, nisi Casarem.* Lucas Burgenis rem hanc
aliter considerat dicens: *Ita impii de peccato
in peccatum ruunt, & seipos in profundum
mergunt.* Ab incestu enim ad scandalum pro-
ruperunt publicum, ab hoc ad Joannis in-
carcerationem, & ad sanctissimarum correctio-
num ejus contemptum, imò in illud se præci-
pites egerunt impiorum barathrum, qui glori-
antur cum male fecerint, & exultant in re-
bus pessimis; Joanne innocente sub vinculis
compedum ingemiscente ipsi epulantur, & cho-
ræas agunt, Rex interposito jurejurando sit
prodigus; dimidium Regni in Saltatiunculae
præmium promittendo, datque in ejusdem tri-
pudii mercedem caput sancti Joannis, quod ma-
joris est pretii, quam sine cuncta Regna terrar
hujus, illudque in disco positum in medio sum-
ptuosi cujusdam convivii, velut cibum delica-
tissimum ostentat, & exhibet, adeoque abyssus
abyssum invocavit.

5. Hugo Cardinalis ad mysticos quosdam
sensus descendens ait: *Herodes cupidus, frau-
dulentus, superbus ex temporalibus, Herodias
carnis concupiscentia, filia ejus est petulantia,
qua auferret caput Joannis, id est, gratiam, nihil
enim est, quod hominem divinx gratia ha-
bendæ magis incapacem efficiat, quam vi-
tium istud: Non permanebit spiritus meus in
homine, quia caro est.* S. Hieronymus à Glos-
sa citatus ait: *Caput Joannis est caput legis,
quod est Christus: abscinditur à corpore proprio,
id est, populo Iudaico, & datur puella de genti-
bus, id est, Ecclesia Romana, & puella dat
matri suæ adulteræ, id est, Synagoga
in sine creditura.*

In cap. 14.
Matth.

Consideratur sollicitudo, qua saltatrix Caput S. Præcursoris obtinere procuravit ; unde quam sint impii in appetituum suorum prosecutione solliciti, perspicuè ostenditur.

DISCURSUS SEXTVS.

Cumque introisset statim cum festinatione ad Regem, petiuit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptista. Marci Cap. 6.

Postquam incestuosus Rex filia Herodiadis interposito iuramento promississet daturum se in saltationis ejus præmium, quicquid postulatura esset, licet etiam dimidium Regni sui peteret, mox abiit ut Matrem de re à Rege postcenda consulendo interrogaret; *Qua dum exisset, dixit matri suæ, quid petam? at illa dixit: Caput Ioannis Baptista;* quo accepto responso ipsa ne momento quidem substitit morando, sed abiens statim cum festinatione dixit: *Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptista. Cum festinatione,* inquit Cornelius Jaalenius, significatur summum puella studium, ne forte astu Regis refrigerante promissum retractaret; nam hac etiam de causa petiuit, *volo ut protinus des mihi, id est, iam statim, sine dilatione.* Syriaca legit: *Tunc exiit, & illa egressa statim dixit matri suæ;* adeoque tam ipsa, quam mater, & Rex, & alii sententiæ feralis executores in executione inordinatorum suorum appetituum supra modum fuere veloces & solliciti, *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Salutare est illud sapientis monitum: *Sine lacta verint peccatores, ne acquiescas eis; si dixerint, veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas contra insentem frustra, diglutiamus eum si-*

Prov. 1.10.

cut infernus viventem, & paulò post dicit: Ne ambules cum eis, pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, ut effundant sanguinem. Jeremias Propheta equi similitudine utitur, qui ingenti cum imperu in inimicum se exercitum properanter adigit: *Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælum.* Et quidem si id ipsum de cunctis impiis verificatur; qui tam sunt ad malum veloces, quam tardi & morosi ad bonum, longè magis procedit quoad carnales, qui ad profequendum appetitus quibus agitantur minimè tardant. In Matthæo de spiritibus illis rebellibus Energumenum corpora possidentibus scribitur: *Occurrerunt ei duo habentes Damoniam de monumento exeuntes savi nimis; qui typus quidam erat homicidarum spirantium; hi hanc à Salvatore nostro poposcerunt gratiam: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, & ait illis, ite.* Facile utique erit cuius credere, quod per hæc adeo turpia & sordida animalia lascivi & carnales homines represententur. Vultis autem videre qualiter id quod jam audistis de hac impia Herodiadis filia verificatur? de hac dicitur: *Cum introisset statim cum festinatione, de illis verè animalibus, quæ lascivos representant, dicit Evangelista: Ecce impetu abiit totus grex per præceptum in mare quo in facto perspicuè denotatur, quam sint homines carnales præcipi-*

Jerem. 3. 6.

Matth. 8.

32.

res, ut in sordium suarum lutum sese immergant. Hugo Cardinalis super illa verba: *Volo ut protinus*, ait: *Per hoc significatur quod que dam mala cum impetu fiunt, ut supra cap. 5. S. Marcii: grex cum magno impetu precipitatus est in mare*. Legatur oblecto id, quod juveni Principi Siehemitarum accidit, quando captus est lascivo amore Dnæ filæ Jacob, dicit enim facer textus: *Adamarit eam & rapuit, & dormivit cum illa, & opprimens virginem*; Inter hoc quod erat videre illam, illam delectare, rapere, violare nulla penitus temporis mora interposita fuit, cumque ei propositum fuisset consilium adeo asperum, ut se non tantum ipse, sed & omnes subditi ejus circumcidi permitterent, religionemque futuram mutarent, dicit scriptura: *Nec distulit adolescens, quin statim, quod petebatur, expleret*. Quidam autem ipsum ad conditiones adeo difficiles & arduas subeundum induxit? *amabat enim puellam valde, ubi enim hæc carnalis concupiscentiæ inordinata Passio aditum habet, quocumque hic ignis ingreditur, ibi consumit & devorat in anima omne bonum, omnem legem naturalem, divinam, & humanam homo carnalis pedibus suis subternit & conculcat*. Unde auctor Catenæ ait: *Abuti malebat fidei sacramento, quam carere sua libidine*. Merito igitur concupiscentia carnalis igni comparatur, eo quod hoc elementum summam habeat activitatem & velocissimè operetur.

2. *Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis* Siriaca legit: *Et statim ingressa est eum cupiditate ad Regem, & dixit ei, Volo ego, ut hac hora des mihi caput Joannis*. Euthymius legit: *Des mihi confestim*; Basilus Seleucus: *Proferatur ocius dum fervet compositio, dum convivium pendet*. Spiritus enim fornicationis ad exequendum appetitus lasciviam nullam dilationem admittit, ne sit tempus reflectendi ad præcipitum, in quod ultro citroque corruimus, & ne bonis amicorum monitis & consiliis, omnibusque aliis quæ divertere nos possint, aures præbere possimus. Jezabel pessima illa scemina, quæ obiecti cuiuslibet lascivi & impudici figura fuit, hanc nobis Herodiadem ad vitium repræsentat, hæc enim Eliam persecuta fuit, cuius spiritus & zelo, ipsemet Christo teste Baptista præditus erat; iudite qualiter eidem minata fuerit:

3. Reg. 19.

Hec mihi faciant Dii, & hæc addant, si non credas, hæc ipsa hora ponam animam tuam tanquam vicius ex illis, adeo ut Elias ne vitam suam per adeo indignam & crudelem manum amitte-

ret, magna cum celeritate per quadraginta dies, & quadraginta noctes, abique eo quod manducaret, aut biberit, nisi paululum aquæ & panem subteritum, ad montem Oreb fugerit. Ubi Chryostomus ait: *Post viam quadraginta dierum invenit Elias; Heu mihi, propheta Elias tenuit mulierem, qui plusquam orbis terra gestabat in lingua? audite foder, in quem sensum Lucas Bרגensis hujus filæ Herodiadis propositam petitionem interpretetur: Da mihi protinus. Hic, hoc jam loco hac hora, coram convivis his, interea enim dum fer veret regius animus, abuti eo voluit, ne forte decocto vino, & digressis testibus refrigesceret, atque à promissione resileret.*

3. *Volo*. Verbum hoc imperativum considerationem meretur. Ex quo namque loquendi modo, Dominium, seu potius tyrannis, quam persona amata in amantem exercet, facile deducitur, siquidem inseparabilis illius proprietas est, quod amantem servum & mancipium suum efficiat, prouti juvenis ille à scemina quadam impudica se ductus, per sapientis sententiam denominatur: *Quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lascivians, & ignorans, quod ad vincula stultus trahatur*. Quamprimum quis in prædam cessit obiecti amati, ab eoque reti carnalis amoris est irretitus, illud sit Dominus illius, ac proinde eidem pro arbitrio quidvis potest præcipere, potestque dicere *volo*, cujus exemplum in Samsone habemus, de quo Dalila pro libitu suo cuncta disposuit, in manus Philistæorum eum tradendo. Dici etiam potest hoc verbum *volo* verè esse omnis mali originem. Unde Ecclesiast. monet *Post concupiscentias tuas ne eas, & à voluntate tua avertere; si præstes anima tua concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis*. Quidam fuit causa mortis illius, qui fuit innocentia, & solidissimæ constantissimæque sanctitatis ipsissimum prototypum? hoc verbum *volo*, Mors pariter Redemptoris per hoc verbum *Volo* in opus redacta fuit; unde de Præside Judææ Evangelista ait: *Iesum tradidit voluntati eorum*. Propria voluntas in nobis omnis vitii & cuiusvis culpæ semen extirpat. Chryostomus ait, *Vide impudentiam puella, vides à Diabolo penitus ipsam decineri, nec causam petitionis ullam offert, quippe nulla exco-gitari poterat, sed absque ratione aliarum calumitatis honorari contendit*. Salvatori quidem nostro multas Judæi machinati sunt calumnias & imposturas, non tamen id Baptista facere præsumperunt, imo ipsemet

Prov. 27.

Eccl. 18. 30.

Luca 23.

Hom. 49. in Matth.

met Herodes, qui ipsum decollari iussit, eum hominem iustum, sanctum, & inculpabilem esse confitetur; Nulla causa excogitari poterat, ac proinde tam iniquæ in Baptistam ferenda condemnationis, nullam aliam edidit rationem, quam verbum hoc *Volo*, id quod etiam in mulorum impiorum malè consultis resolutionibus accidit, quibus contra Deum armanitur, de quibus aliam dici nequit, quam quod

Daniel. 5.
19.

stet pro ratione voluntas. De superbo illo & elato Babyloniae Rege, Nabu-hodonosore inquam, scribit Daniel: Quos volebat, interficiebat, & quos volebat, percutiebat, & quos volebat, exaltabat, & quos volebat humiliabat. Hoc *Volo* sicut Christo machinatum est mortem, ita quoque populo illi extremam intulit ruinam & exterminium. Unde Salvator eidem dixit: Vos ex Patre Diavolo estis, & desideria Patris vestri vultis perficere; Ipsi vero ad ipsum conversi audacter dixerunt: Volumus à te signum videre;

Ioã. 4. 4.

Ho ser 4.
post Dono
1. Qua-
drag.

Quod Eusebius Emisenus considerans ait: Non rogant, nec postulant, sed inflato stomacho, & erecta eorum vice dicunt, volumus.

In cap. 14.
Matth.

4. *Volo, ut des mihi in disco.* In Hebræo est idem, quod *in patina*, quo nomine paropli-dem amplam indicat, in qua epulæ ad mensam deferuntur, quasi dicere vellet: Optimus bolus, quem huic lautissimæ cœnæ accumbentes convivæ gustare possent, erit caput Baptistæ ab ejus cervice præcissum. Unde Lucas Burgensis ait: *In disco, in patina, in qua tibi mensa apponuntur, quasi diceret: In patinis mensa tua non sunt cibi, qui me sive exsaturare, sive oblectare queant, sed erit hic missus unus.* Chrysostomus quo-

que quasi per hujus pessimæ mulieris os loquens ait: *Magna enim inflammata cupiditate sum videndi illam linguam silentem, non enim effulgere solum illius redargutiones cupiebat, sed insultare quoque atque illudere jacenti.* Janlenius super S. Mattheum ita scribit: Porro Herodias illi sancto capiti, & sicut olim Fulvia linguam Ciceronis, ita hac linguam Ioannis discriminati acui confodit, ut testatur Hieronymus contra Rufinum Idemmet Chrysostomus ad quaestionem quandam, quæ ipsi proponi potuisset, nimirum, cur ad crudelitatem suam exsatiandam filia Herodiadis non petierit, ut sanctus Præcursor in conspectum ipsius adductus sub oculis ejus decollaretur, ad hanc inquam quaestionem respondet, causam illius hanc fuisse, quod neque ad mortem euntis libertatem ferre potuisset, sed exhorruisset etiam, cum necaretur, vocem illius. Obsecro vos, imaginemini vobis, quam funestum fuerit spectaculum, in sine seu potius in medio choræatum, cantuuncularum, epularum, & gaudiorum, tandem refectum videre sanguine madens caput illius, quem veluti Deum quandam venerabantur, quemque Herodes summo in pretio & estimatione habebat, adeo quod libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. *Anima advertite autem (inquit idem Lucas Burgensis) quam abominanda pompa intuitu foedare oculos convivæ cogantur, (si tamen erant quibus facinus displiceret) ut discas qui magnatum mensis assident, saepe multis sceleribus implicari.*

Hem. cit.



Agitur de Herodis tristitia, an scilicet illa vera an ficta fuerit, nec non de suppliciis, quibus idē Herodes deinceps à Deo penitus fuit.

DISCURSVS SEPTIMVS.

Et contristatus est Rex, propter iuramentum noluit eam contristare, sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius. Marci cap. 6.

1. **F** Amosuna valdè est dubium, quo tacti Expositores inter se disquirunt, an tristitia quam post latam mortis sancti Joannis sententiam incestuosus Rex præ se tulit, simulata fuerit, an vera. Et quidem ex fidei magisterio satis constat, quod metuebat Ioannem sciens eum virum justum & sanctum, & audito eo multa faciebat. & libenter eum audiebat. Ubi Lucas Burgensis ait: Multa, non omnia. Non est cur sibi placeant, qui multis sanis consilijs obediunt, donec se in solidum Deo addicere, & subijcere didicerint. Salmeron docet, multos quidem ob præcitata sacre Scripturæ verba existimare, Herodem ex sæpè auscultatâ Baptistæ prædicatione, egregios sibi fructus comparasse, eò quod multas puellas inopes honestè dotarit, variorum quoque incarcerationum debita pecunia sua diluerit, alios quoque è carceribus sub spe emendationis securitæ dimiserit, aliaque pietatis opera in diversis occasionibus exercuerit: Verum quia non omnia, qua illi suggererat fecit, ad eadem viri sancti processit qui enim deficit in uno, factus est omnium reus, quia enim vel in uno hoc de abijcienda adultera fratris viventis uxore non paruit, meritum ac fructum bonorum operum amisit. Idem Lucas Burgensis in Cap. 14. S. Matthæi scribit: Colebat, reverebatur, metuebat, non formidine invita, sed voluntaria observantia. Imò à prima hora qua innocentem Baptistam in carcerem conjecit, morte illum è medio tollere quidem decreverat, nisi populi seditionem timuisset, unde Scriptura dicit,

quod Volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant. Albertus Magnus quoque sic scribit: Timor iste mundanus, non correxit culpam conceptam, sed potius machinatus est causam, que videretur opportuna ad scelus perpetrandum, timor autem Dei corripit culpam. Cæterum ut idem Lucas Burgensis scribit, quia carcer cui sanctus Præcursor inclusus erat, aulæ Herodiane vicinus erat; ideo ejus prædicationem hac occasione frequentius audivit, & quia à familiarioribus servis suis, quibus incarcerationi custodia commissa erat, de rigoribus & austeritate vitæ S. Joannis sæpius audiverat, ideo Evangelista ait: Sciens eum virum justum, & sanctum, ipsam experientia, quod prius fama publica intellexerat, custodiebas eum conservabat, tuebatur ab insidijs Herodiadis; Et ideo licet mortem ejus non adeo ferid voluerit, attamen non dimittebat liberum, ut hoc modo uxoris iram paulatim leniret, aut saltem facinus impediret. Quod si verò quæras, cur tandem in adeo execrabilem sententiæ feralis excessum proruperit? Respondet Cæsarius verba illa: Audito eo multa faciebat, accuratius ponderans, ait: Sape malis libonibus obtemperant, & hoc quamdiu eis placita prædicant, quorum vitia si per correptionem durius tetigerint, qui quid ibi amicitia prius fuit, eorum dissolvitur, & amor in odium vertitur. Ex alia vero parte tristitiam ejus fictam fuisse ex eo argumento hæud obscure colligitur, quod Christus qui sciebat quid esset in homine, eum vulpæ cognominavit, dum ait: Dicit vulpi illi per quod eum denumero fuisse illorum satis insinuat, qui veniunt ad

Tom. 4.
tract. 18.

Hom de
decoll.

vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Dionysius Carthufianus hac de re hunc in modum discurnt: *Simula vit se Rex contristari, ut populus haberet eum excusatum de morte Ioannis, cum tamen gauderet in corae, id quod adductis in medium aliquot rationibus probat.* Primo quidem, quia Spiritus sanctus, qui spiritus est veritas in sancto Matthæo dicit, impium hunc Regem jam antea quidem Ioanni necem inferre decrevisse, id tamen ob timorem populi hæcenus fuisse dilatum. Secundo, quia certum est, quod iurandum à se factum, ut potè summè iniquum observare minimè tenebatur, quia *Iuramentum non est vinculum iniquitatis.* Tertio, quia non est verisimile quod in unius saltatiunculae præmium dimidio regni sui, quod majori cum ambitione, quam vir aliquis dominandi avidissimus possidebat, ex vi facti iuramenti fuisset privandus, multo igitur minus, inquit Carthufianus, obligatus erat viro adeo innocenti & sancto caput amputare. Verùm enim verò aliorum quoque interpretatum hac de re testimonia audiamus. Glossa igitur in primis ait: *Ad hoc forte iuravit, ut occasionem pareret, quâ videretur facere invitus, quod faciebat spontaneus.* Sanctus Hieronymus ita scribit: *Disimulat enim artis sua malitiam artifex homicida, cum tristitiam in facie, & lætitiã haberet in corde, idè vulpis est à Domino appellatus.* Sanctus Ambrosius quoque scribit: *Quod dicit, contristatus est, non pœnitentia Regis, sed consuetudo sententia, ut qui gesserant impia, ipsi propria confessione se damnent.* Sanctus Hieronymus à sancto Thoma Aquinate in Catena citatus, objectioni quæ adduci poterat, nimirum quod sacra Scriptura perspicuè nimis dicat: *Contristatus est Rex,* ita respondet: *Consuetudinis Scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret Historicus, quomodo eo tempore ab hominibus credebatur, sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellatur Pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant.* Cajetanus itidem huic opinioni subscribit, dum opinatur quod Herodes quoque se prædicationem Ioannis cum devotione auscultare, exterius finxit: *Hi actus virtutum, qui narrantur de Herode, intelligendi sunt ficti, juxta verbum Domini appellantis eum vulpem. & juxta testimonium Matthæi*

14 quod Herodes volens occidere Ioannem, timebat populum. Veruntamen Janfenius mediam ingrediens viam dicit eum auditâ petitione saltatricis de amputando Ioannis capite, in resolutione sua ancipitem habisse & ambiguum, sciebat enim ipsum Prophetam innocentem, & in vitæ sanctitate & perfectione eminentissimum esse; sciebat etiam quod si in pessimæ illius scemine postulationem condescenderet, magnam sibi apud omnes & singulos conciliaturus esset invidiam, quamvis in interiori cordis sinu mors Baptistæ ei grata & accepta extiterit, eò quod per illam spem quam iphus aspectu in oculis semper gerebat, sibi penitus eximeret. Sanctus tamen Ioannes Chyloftomus scribit: *Cur igitur contristatur? quia videlicet talis res virtus est, ut nequam etiam homines non & admirentur ipsam, & laudent.*

Hom. 49^o
in Matth.

2. *Propter iurandum noluit eam contristare.* Quod si quis curiosè inquirat, cur Herodes promissionem suam à principio iuramento ratificare & corroborare voluerit, & iuravit illi? Respondetur id eum fecisse, ne haberetur suspectus quali fidem datam more suo paulò post irritaturus esse, cuius enim simulationes, fictiones, & dol omnibus nimis manifesti erant, ac pròinde iuravit; iuramentum enim apud Judæos inviolabile & in summa veneratione erat; quamvis ex alia parte Rex adeo ignorans non erat, ut se tali iuramento in hac materia jurata minimè adstringi non agnosceret, nam ut omnibus constat, ad hoc ut iuramentum vim habeat obligandi, hæc tres conditiones habeat oportet, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam. Hoc autem iuramentum in primis prima conditione, id est, veritate carebat; Neque enim Rex adeo stultus erat, ut pro una saltatiuncula dimidio regni sui se private voluisse credendus sit, sed quicquid dixit, exaggerationis causa dictum fuit, absque eo quod seria ejus id faciendi concurreret intentio. Unde Andreas Cretensis ait: *Si petisset, ut à regno excederet, quomodo esset executus, quod ei iuraverat? Si etiam imperasset, ut matri effoderentur oculi, vel ut omninò recederet ab ejus consuetudine, implevissetne quod petivisset? Cui Hugo Cardinalis consentit dicens: Non enim hoc implevit de aliquo amato filio vel consanguineo.* Ex quo haud obsecro colligi potuit, quod iuramentum illud mendax

In Matth.
24. in Hel-
vid.

Lib. 3. de
Vir.

in de
coll.

mendax esset, eò quod lingua cordi non consentiret. Desiit etiam secunda conditio, id est, iudicium; siquidem quanam excogitari posset major stultitia, quam pro unius leuicæ mulieris saltatiuncula promittere quicquid petularis ejusmodi foemina posset petere, tamesi etiam sceptrum & diadema regium postulasset. Multò minus juramentum hoc in se tertiam conditionem continebat, scilicet Justitiam, siquidem non tantum promissio, sed & executio illius omni legi naturali, Divinæ & humanæ adversabatur. S. Thomas de Aquino in Catena super Cap. 14. S. Matthæi S. Isidorus citat, qui ad Herodem conversus, hunc in modum illum inclamat: *In malis ergo promissis rescinde fidem, impia est promissio, que scelere adimpletur*, Basilus Seleucus quoque eisdem Regi juramentum non obligare insinuat, veluti ex Herodis ore ita loquens: *Ego puella saltandi artem in te miratus, rapta à me voluntatis premium dimidiatum regnum pollicebar: tu verò Baptista caput exquiris, toto meo regno longè pretiosius, quodque sceptris meis clarius emicet; nam aut alterum mihi Baptistam monstra, & Joannem alterum in regno superesse, aut quod obscurum non est, toto regno meo me spoliare aves.*

3. Misso speculatore precepit amputari caput ejus. Dionysius Carthusianus ait: *Reges & Principes, & superbi volunt promissa & juramenta sua implere, quamvis illicita quia nolunt videri errasse.* Lucas Burgenfis ita scribit: *Non ergo interior religio constrinxit Herodem, sed mera ambitio precipitem egit, quia sibi minimè honestum duceret, fidem coram tot tamque celebribus testibus datam non prestare.* Arias Montanus idem punctum tangit, scilicet quod Magnates nolint videri errasse, dum ita scribit: *Nulla re magis suam dignitatem stabiliri principes putant, quam dictorum conventorumque constantia & veritate, ea autem sententia omnino tyrannica est, nisi modus & distinctio adhibeatur, dum scilicet per sanguinem innoxium, per strages & sæpè per exterminium subditorum tuorum, perque Provinciarum ruinas suos nituntur sustinere & defendere errores.*

4. Et contristatus est Rex, Enimverò non

solum contristatus est tunc, sed longè major tristitia anxius est postea, quando irreparabiles in eum ceciderunt divinæ justitiæ supplicia; neque enim, ut futurum credebatur, post mortem Joannis inceltois voluptatibus suis cum quicquid perfruebatur, sed caput Baptistæ ense detruncando, clavum quendam cordi suo infixit, qui æternaliter ipsum est transfixurus, id est, scelus adeò abominandi remorsum & lynderefis inquietudinem, unde haud secus ac Cain primus ille reprobis ubique timebat & tremebat, adeò ut S. Marcus dicat, quod dum Salvatoris miracula recensentem aliquando audiret, subito intra se dixerit: *Ioannes Baptista resurrexit à mortuis* Marc. 6. & *propterea virtutes operantur in eo.* Honorius Augustodunensis in quodam sermone de hoc festo scribit, Herodiadem caput S. Joannis in turri quadam profundè sub terra separatim à corpore sepeliri iussisse, ne huic unquam reuniri posset, hac enim ratione se id impedire posse sperabat, & credebatur hæc sacrilega. Basilus Seleucus ait: *Abscissum est caput, nec tamen vox* Lib. 18. *ioannis tacet, æternum loquetur post funera,* cap. 6. *accusatorem in te mulier armasti, neque enim cum capite vocem quoque praescidisti.* Josephus Hebræus dicit Herodem in bello quod Aretas Rex ei movit ob repudiatam ejus filiam, quam sibi in uxorem copulaverat, & ductam ejus loco impiam Herodiadem, victum & dispersum remansisse: *Apud Iudæos fuit opinio, justa ultione numinis deletum Herodis exercitum, propter loannem, qui Baptista cognominatus est: Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia.* Idem alibi, id est, in cap. 9. ejusdem libri dicit, quod Herodes apud Cajum Cæsarem tanquam traditor accusatus fuerit, quodque ab eo in exilium missus in eodem milite in civitate Viennensi Galliarum, vel Lugdunensi mortuus fuerit. Saltatrix autem super glacie quadam transiens, subsidente glacie submersa fuit, capite & collo super glacie relicto, quod postea exagitatione reliqui corporis à busto reseratum fuerit. Simili quoque misera & infelici morte Mater vitam suam finivit.

DE NATIVITATE
BEATÆ VIRGINIS
MARIÆ
DISCURSVS VNDECIM.

- DISCURSUS I.** Agitur de Nativitate B.V. Mariæ sub symbolo auroræ.
- DISCURSUS II.** Tempus, quod Nativitatem Virginis præcessit, ad instar cujusdam tenebroræ noctis describitur, quæ postea ab ejus natalibus velut ab aurora illuminata fuit.
- DISCURSUS III.** Mundus pro eo tempore, quo lux Mariæ nondum comparuerat, ad instar confusi chaos describitur.
- DISCURSUS IV.** De variis motivis in Natalibus beatæ Virginis jubilandi.
- DISCURSUS V.** De stupore quo cælum & terra adimpleta fuere, quando hoc sanctitatis prodigium primitus apparuit.
- DISCURSUS VI.** Ostenditur quòd salutem nostram B. Virgini in acceptis referre debeamus, eò quòd per ipsam gratiam & quodvis aliud bonum receperimus.
- DISCURSUS VII.** De fortunatis Nativitatis B. Virginis auspiciis, maximè quia in hoc mense Septembri accidit.
- DISCURSUS VIII.** Nobilitas aliaque encomia Nativitatis B. Virginis considerantur.
- DISCURSUS IX.** De variis motivis lætitiæ totius universi in Nativitate Virginis Mariæ.
- DISCURSUS X.** Explicantur mysteria aliquot, ob quæ sancta mater Ecclesia B. Virginem, mox ut nata est, nobis videndum præbeat ut matrem.
- DISCURSUS XI.** Cur in sacra Scriptura Nativitatis, virtutum, miraculorum, aliorumque heroicorum operum B.V. Mariæ nulla fiat mentio.

Nativitas B. Virginis Mariæ sub symbolo auroræ consideratur.

DISCURSUS PRIMVS.

Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens ?

Cant. cap. 6. v. 9.

I. **N**on est necessum ut factorum interpretum pervolvamus commentarios, ad hoc ut cognoscamus quamnam sit hæc aurora, quæ sese hodie per universum horizontem nostrum diffundit; siquidem omnes beatæ Virginis devoti clientes in hac purpurascente auroræ luce ejusdem gloriose Virginis festivam Nativitatem concorditer agnoscunt & venerantur. Unde S. Bonaventura ait: *O beata Virgo, tu es aurora de sole procedens, & ortum Solis præveniens, & in lumine solis diem nuntians.* Imò ne etiamnum in obscuro hæreamus, subjungit: *Revera aurora mundi Maria, sole aeterno mirabiliter præventa progreditur, ejusdemque solis ortum mirabiliter irradiata præveniens.* Rupertus Abbas Tuitiensis super hæc propositi thematis verba scribens, adhuc clariùs ita loquitur: *Quando nata es ô Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit; quia sicut aurora est finis præteritæ noctis, & initium diei sequentis, sic Nativitas tua finis dolorum, & consolationis fuit initium.* Verùm enimvero dubium quoddam hîc mihi subnascitur, cur scilicet Spiritus sanctus Mariæ sponsus ejus Nativitatem digniori quodam symbolo non extollat, majorum luminarium claritatem ei attribuendo; cur solum auroræ nomen ei attribuit? *Quasi aurora consurgens?* Advertendum est igitur, quod immediate post pergat dicere: *Pulchra ut luna, electa ut sol.* S. Bernardus in sermone quodam de hoc festo ita scribit: *An non etiam Virgo*

dies? & præclara, rutilans planè dies, quæ procedit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol. Hæc relucens aurora in claritate lucis suæ semper proficit, adeo ut tandem in luminosum & splendidissimum solem transmute-
tur. Quamdiu in utero S. Annæ delitescit, instar auroræ resulget; at vero quando Nativitate suâ mediante super hujus mortalis vitæ horizonte elucescit, mox tam in cælo quàm in terra ad instar Solis elucet & rutilat, *electa ut sol.* De ipsa enim illa verba Psalmi intelliguntur: *Thronus ejus sicut sol in conspectu meo.* Merito igitur gloriarî potuit dicendo: *Ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens.* Quæ verba Hugo Cardinalis in honorem Mariæ hoc modo interpretatur: *Multi enim sunt in cælo intercessione ejus, qui nunquam ibi fuissent, nisi per eam, quorum corpora fulgent ut sol.* Postumus quoque hunc textum interpretari de Angelicarum rumarum restauratione factæ per salutem tot animarum, quæ ejus intercessione mediante salvatæ fuerint; hæc enim suam perfectionem empyreo cælo intulerunt, partimque destructos & desolatos cælestis Hierosolymæ muros restaurarunt. Verùm enimvero quis est qui non videat, quàm appositè beata Virgo hoc auroræ titulo honoretur, ut potè cui proprium est, quod dum elucescit, solem quasi è sinu parit: & Unde eademmet aurora potest uno eodemque tempore Mater appellari & filia Solis; Mater quidem, quia aurora Solis lucem parturit, quæ tamen vicissim auroræ genitrix existit: siquidem hæc nunquam rutilans prodiret in publicum, nisi quando Solis ortus vicinîus appropinquavit, ut potè talis causæ effe-
Aug.

Spec. Virg.
cap. 9.

Pf. 86. 37.

Eccl. 24. 6.

ftus. De Maria quoque Seraphicus Doctor ita ait : *De Sole procedens, & ortum Solis praeveniens*; & ideo B. Virgo siq. filia & mater extitit; & quidem prius filia & partus Dei, & postea Dei Genitrix fuit. Prius illuxit ad instar aurorae, quae verum nobis Solem peperit: *Ex te enim ortus est Sol iustitia Christus Deus*. Porro valde considerabilia sunt verba illa: *Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus Sanctorum, ex utero ante luciferum genui te*. Quae verba S. Basilus, S. Gregorius Nyllenus, S. Cyrillus Alexandrinus & Hierosolymitanus, S. Irenaeus, & alii de generatione Verbi ab aeterno facta interpretantur: at vero S. Iustinus Martyr, Tertullianus, Eusebius, Hefichius, S. Augustinus, & alii à Lorino citati de generatione ejusdem Verbi, quae ex utero virginali prodit, explicant. Lyranus ex lingua Hebraea legit: *De matrice aurora tibi ros adolescentiae tuae*. Alii legunt: *Infantiae tuae*. Alii: *ab aurora, pra aurora, ante auroram*; quasi dicerent quod ex oriente hac mysticâ aurorâ Mariæ, simul quoque exorta fuerit Christi infantia, vel in lucem quoque prodire cœperit Sol ille aeternus. Sol enim per necessariam consequentiam auroram comitatur; & hinc est quod non sine mysterio Ecclesia hoc die in Introitu Missæ beatam Virginem tanquam matrem Dei revereat & adoret, quia vix nata, facta est Mater Dei; & tamen illum nondum conceperit, eam tamen sibi veluti genitum ex se filium in brachio suo bajulantem representat, dum ait: *Salve sancta Parens enixa puerpera Regem*. Et ratio eadem esse potest, quam paulo antè tetigimus, nimirum quia natiuitatem auroræ Solis natiuitas necessario consequatur. Et hinc est, quod nunquam, vel raro saltem Mariâ à filio suo divisa & separata invenitur, sicut Sol indivisibilis est ab aurora. Observandum proinde, quod Archangelus Gabriel in legatione illa, qua beatæ Virgini Verbi incarnationem annuntiavit, eidem per verbum præsens temporis dixerit: *Dominus tecum*. Cur non dixit: *Erīs*? Audite S. Bonaventuram ad id respondentem: *O Maria, Dominus tecum fuit, tecum est, tecum eris, tecum utique*. & protinus proposito nostro congruam subiungit similitudinem, sicut *Solcum aurora*; ut insinuaret ipsam, ut ita dicam, à principio aeternitatis (si tamen aeternitas dici potest habere principium) ip-

familio suo adstrictam, eumque amplexatam fuisse: *Dominus possedit me in initio viarum suarum*. Et sicut de Sole iustitia scribitur: *In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te*, id est, priusquam visibilis hæc lux illucesceret, priusquam stella matutina exurgeret, Verbum aeternum genitum fuit; ita quoque de hac cœlesti aurora hodie in Epistola legimus: *Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret*. Undè quando Verbum hoc in terram descendere decrevit, in solam descendit Mariam, dum se humanâ carne vestire voluit, eadem se mediantibus purissimis & immaculatis Virginis sanguinibus accinxit: dum in hanc mundi lucem editur, mediante Mariâ id accidit, dum instar aliorum infantum nutrimento indiguit, sola ipsum Virgo aluisse & nutrimento præbuisse noscitur: *Sola Virgo lactabat ubere de caelo pleno*; dum à tribus Regibus, qui ipsum totius gentilitatis nomine pro vero Deo agnoscebant, adoratur, in sinu Mariæ ab illis inveniebatur, dum se per fugam in Ægyptum salvare nititur, in Matris brachiis suavitè per totum iter quiescebat & portabatur; dum legis adimplendæ causâ in templo præsentatur, eo ipsum Maria in sinu suo jacentem reverenter deservit; dum Verbum incarnatum prædicat, Maria auscultat; dum miracula operatur, primum ex omnibus ad ejus sit requisitionem; dum moritur, ipsa ei morienti sub cruce proximè adstat; dum à cruce deponitur, & sepulchro includitur, Maria proximè præsens semper assistit; dum refurgit à mortuis, ipsa prima est quæ resurrectionis filii sui gaudio gloriosè perfruitur; dum cœlos ascendit, ipsa in monte Oliveti cum ipso est: *Tecum utique sicut solcum aurora*.

2. *Quasi aurora*. Experientia quotidiana testatur, quod ros frigidus & saluberrimus ad auroræ ortum præcipuè decedens esse, simulque cum eo suaves spirare zephyri soleant. Undè nonnulli auroram suam ab aura rotulenta ethymologiam trahere existimant, ut dicatur *Aurora quasi aura rorans*. Ita S. Isidorus in libro Ethymologiarum scribit. Placidi quoque ventus, qui in hoc felicissimo die spirant, à S. Joanne Damasceno hæc verbis describuntur: *Ho-*

Orat. 1 de dierno die perslarunt aura laticia totius prænati. Manna. Scitilne ejusnam læticia? nimirum de-ria.

suspiratum, qui ignis infernalis magna ex parte
 extinxit ardorem, illum, inquam, rorem, de quo
 Exod. 16. 23
*canit sancta mater Ecclesia: Sicut pluvia in
 vultus descendisti, ut salvum faceres genus hu-
 manum.* Ehem quantoperè ros ille è paradiso
 desideratus fuit? *Rorate cœli desuper;* quæ An-
 tiphona in tempore Adventûs sapius replicatur
 ad exprimenda ardentissima omnium Prophe-
 tarum & Patriarcharum antiquorum desideria ad-
 venientis promissi in lege Messie. In Exodo
 scribitur: *Manè quoque ros jacuit per circui-
 tum castrorum; cumque operuisset superficiem
 terra, apparuit minutum in similitudinem
 pruina, id quod manna erat.* At verò quodnam
 in eo latet mysterium, quòd priùs stillaverit ros
 de cœlo, & post hunc manna descenderit? *O-
 minia in figura contingebant.* Per hoc namque
 denotabatur, quòd tunc pridem panis ille divi-
 nus, qui dicit: *Ego sum panis vivus qui de cœlo
 descendi;* super electum Dei populum mitti de-
 buerit, quando aurora sacratissima Mariæ Vir-
 ginis per suam Nativitatem, virginalis sanguinis
 sui rorem in Verbum æternum depluisset; tunc-
 que flos ille, de quo scribit Spiritus sanctus: *Ego
 sum flos campi,* progerminandus esset; postquam
 ros paradisiacus in Nazareth, quod florem signi-
 ficat, descendisset. S. Joannes Damascenus de
 hujus cœlestis Infantis progenitoribus scri-
 bit: *Ioachim & Anna tanquam spirituales
 montes dulcedinem stillarunt.* Guilielmus Du-
 randus in rationali divinarum officiorum super
 præfens festum acutè observat, Virginem præci-
 sè in ortu auroræ natam fuisse in hunc mundum,
 juxta quod cuipam Dei servo revelatum fuerat,
 ad denotandum ipsam esse veram illam auroram,
 quæ præcellura, ac demum paritura esset ipsam
 verum justitiæ solem, Aurora Italicè alba dicitur
 ab albedine, ob lucis, quam producit, candorem,
 Ecce tibi igitur Maria, quæ veluti aurora
 seu Alba mystica eum concepit & peperit, de
 quo dicitur: *Candor lucis æterna;* qui que de se-
 ipso dicit: *Ego sum lux mundi.* Adhæc ei sine

Orat. 7. de
 Nat. Deip.

ullo aliorum exemplo concessa fuit excellens il-
 la prerogativa & privilegium, ut scilicet esset in-
 ter omnes creaturas omninò immaculata, etià ab
 originali macula. Porro cum ros utpotè cœlo-
 rum partus, & abindè descendens, qui proindè
 nihil habet negotii commune cum terra, insigne
 quoddam sit divinæ gratiæ symbolum, de qua
 dicitur: *Omne datum optimum, & omne do-
 num perfectum desursum est à Patre luminum;*
 quis non videt quanto cum jure ros ille à divina
 gratia stillaverit, siquidem filius ejus omnes pa-
 radisi gratias in ea deposuit? ac proindè B. Pe-
 trus Damianus serm. 1. de hoc festo ad ipsam
 conversus ait: *Virgo Dei Genitrix benedicta, &
 superbenedicta, naturam nostram habes, non
 aliam; & justum est ut de rore tanta pietatis
 diffusus diffundatur, jure merito benignum &
 liberale ejus patrocinium invocamus, ut det no-
 bis de rore cœli abundantiam.* Experimentiâ
 quoque compertum est quòd ros, quem aurora
 deorsum depluit, sole magis ardente, herbas, flo-
 res, omnesque alias plantas à radiis solaribus ex-
 ustas & languentes reficiat & recreet; undè qui-
 dam Mariæ devotus cliens in hac sua Nativitate
 scribit: *Manè occidit ros, quo herba & flores,
 qui præ nimio solis astu emarcuerant, rore &
 pulchritudine suâ conservantur.* Porro ignis
 concupiscentiæ, quem dæmon infernalis super
 univèrsam genus humanum disperferat, adeo
 obscurus & caliginosus erat, ut veri Solis aspe-
 ctum aliquatenus impediret: *Supercecidit ignis,
 & non viderunt solem.* Omnes sere plantæ, id
 est, animæ, ab hoc igne exultæ erant; verùm Deo
 sint laudes, hic ros Auroræ Mariæ flammam
 hanc majori ex parte temperavit extinxitque.
 Undè S. Germanus Patriarcha Constantinopo-
 litanus Mariam hoc insigni epitheto appellavit,
 quo dicitur *Ardoris, qui est in nobis, ros
 divinus, & exsiccatis nostri cordis
 divinis irrorans aspersio.*

Gen. 270
 280.

Conc. 3. de
 Nat. Virg.
 Diet.

Pf 57. 6.

Tempus, quod Nativitatem Virginis præcessit, ad instar cuiusdam tenebrosæ noctis describitur, quæ postea ab ejus Natalibus velut ab aurora illuminata fuit.

DISCURSUS SECVNDVS.

Qua est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?

Cant. 6. v. 9.

Tertium illud tempus, quod à primorum parentum nostrorum lapsu usque ad diem Mariæ natalitium effluxit, caliginosa quædam nox fuit; ut proinde Apostolus jure merito dixerit:

Rom. 13. 2.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit; nox, inquam, fuit, in qua semper magis magisque multiplicatæ sunt tenebræ peccatorum & iniquitatum, quæ hominibus impedimento erant, quo minus oculos in illam lucem defigere possent, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hac est illa nox (inquit Petrus Dimianus) solitaria, nec laude digna, de qua scriptum est: *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransierunt omnes bestia sylva, quia erudiles & indomiti spiritus humanum genus totis viribus obtriverunt;* adeo ut dæmonia sub variis figuris serpentum, draconum, leonum, omniumque aliarum ferarum in falsis numinibus divinum cultum à cæcis mortalibus sibi curarent exhiberi. Pergit ulterius Damianus dicens: *Natà Virgine surrexit aurora, quia Maria verè prævia luminis nativitate suà mane clarissimum serenavit.* Enimverò Isaias præ quovis alio Propheta legis gratiæ futuros eventus vivacissimè prædixit; hic igitur Prophetas, Patriarchas, cunctosque alios veteris Testamenti Patres introducit, veluti à Deo dolenter petentes, *custos*

Ser. de Assumpt.

Cap. 27.

quid de nocte? quia hi olim continuo interrogabant, quantum temporis à prima hora caliginosæ illius noctis effluxisset, & quantum illius eternum reliquum esset; valde enim ortum auroræ illius suspirabant, quia jam antè præviderant orituram esse auroram, quæ verum justitiæ solem paritura esset: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel.* Per hunc autem custodem Christus ipse intelligitur, quem Job Propheta idèo vocat custodem hominum, *Custos hominum*, ut etiam S. Augustinus interpretatur, qui dicit quòd Deus, qui industrius est humanæ naturæ cultos, ab humano genere, quod in lethargo peccatorum suorum sepultum jacebat, eratque in tenebrosa illa nocte culpæ profundissime immersum, anxie interrogatus custos quid de nocte? id est, num tortè brevi noctis istius finis aderit, tandem responderit: *Venit mane*, jamjam orietur aurora; nam quoad adventum desiderati Messie observandù est illud Osee vaticinium dicentis: *Quasi diluculum præparatus est egressus ejus.* Donec verò diluculum illud illucesceret, audite quæto quæ & qualia suspiria & gemitus cuncti mortales in obscura illa & tenebrosa nocte dolenter ediderint: *Vsquequo Domine avertis in finem? exarsit sicut ignis ira tua? quare in perpetuū oblivisceris nostris? aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram; veni, educ vincitum de domo carceris sedentem in tenebris & umbra mortis.* Quoniam verò tempore ad-

In cap. 3. Ioan.

Ose. 6. 2.

Pf. 78.

dentia illa desideria & supplicationes à Deo clementer exauditas esse existimatis! Dicat id ipsum David, utpote qui id ipsum in semetipso expertus fuit. Hic igitur dicit: *Et ego ad te Domine clamaui; & mane oratio mea praeveniet te*, id est, preces & orationes, quæ in longa illa & tenebrosa nocte à mortalibus cum suspiriis ad eam dentibus replicatæ fuerunt, mane illucescente exaudite sunt, id est, quando orta fuit aurora Mariæ, in hoc nimirum natalium ejus fortunatissimo die; unde

Psal. 89. 14.

& alibi idem Psalter regius dicit: *Repleti sumus mane misericordiâ tuâ*. Vis autem audire quoniam inde consecutus sit cordis jubilus & gaudium audite quod sequitur: *Exultavimus & delectati sumus omnibus diebus nostris. Latati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala*. Siquidem unâ cum hac cœlesti aurora omnes quoque benedictiones sub horizonte hujus vitæ mortales exortæ fuere. Unde Hugo de S. Victore ait: *B. Virgo Maria aurora fuit, quia & precedentis temporis, quod quasi nox fuerat finis exitit; & vera lucis gratia Solisque justitia, qui ex ipsa progenitus est, praevenit & antelucanum sydus fuit; de matrem vero considerando totum tempus, quod ab Adam usque ad Nativitatem Mariæ, quod obscurissimum noctis tempus fuit, subjungit: Totus pendens mundus silentio somnoque premebatur, sicut in Sapientia libro scriptum est: Dum medium, id est, summum silentium teneret omnia, & nox in suo cursu iter ageret, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit*.

2. *Quasi aurora consurgens*. Ad ortum auroræ fugantur tenebræ, & in sua se latibula feræ subducunt; ita quoque in Nativitate Mariæ humanæ malitiæ tenebræ majori ex parte dissipatæ fuerunt: *Abjiciamus opera te nebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & emulatione*. Valdè considerabile est tempus illud, quo Pharaó fuit submersus, & unâ cum ipso universus exercitus illius, qui erat populi Dei juratus inimicus, qui que jam dicitur, nam in ipsum tyrannidem exercuerat, jamque advenerat vigilia matutina. In illo igitur momento præcisè, quo oriebatur aurora, superbi illius hostis potentia & fastus protinus dissipatus fuit, omniumque sequacium suo-

rum, ad denotandum quod mox oriturus esset mystica B. Virginis aurora in eodem quoque momento desolandum esset Luciferi regnum. Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras; liberandus esset è duræ servitutis compedibus populus Dei electus, & ad veram promissionis terram, id est cœlum dirigendus. Nam ut S. Bonaventura ait: *Non sic timens hostes visibiles castrorum aciem copiosam, sicut aerea potestates Maria vocabulum, patrocinium & exemplum; fluunt & pereunt sicut cera à facie ignis, ubicunque inveniunt crebram hujus nominis recordationem, de votam invocationem, sollicitam imitationem*, Et quid aliud Job dicere voluit, quando tartareum illud monstrum maledicendo ait: *Non videat ortum surgentis aurora; siquidem hæc fortunata Nativitas omnia bonorum genera è cœlo in terram depluit, cumulatque doloribus sempiternis infernum; prædâ ipsum spoliando innumerabilium animarum, quæ in obscura ignorantia suæ nocte immensæ in falsis fictisque simulachris dæmonia adorabant*. Enimvero de nocte habuit, cunctis est notissima; observandum est autem eandem proposito nostro accuratissimè convenire; per Jacob enim, qui in nocturna illa obscuritate usque ad auroram lucatus fuit, genus humanum figuratur, quod toto eo tempore, quod ab Adam usque ad hunc diem luctatum fuit cum magni consilii Angelo, qui ad illud castigandum severæ justitiæ suæ fulmina illi immiserat; cum quot igitur gemitibus & suspiriis se ei recommendavit & rogavit pro antiqua maledictione abolenda; cum verò eum tandem placasset, simul etiam obtinuit, quod *benedixit ei*. Veruntamen multæ hujus historiæ mysticæ circumstantiæ nobis singulariter notandæ sunt. Et primò quidem *lucubatur cum eo usque mane*; quia prælum istud seu lucta duravit donec lux Mariæ in ortu suo illucesceret. Deinde *dixit ad eum: Dimitte me, jam enim ascendit aurora*; quo dicto Deus Jacobo victoriam cessit, victas ei dans manus, quando enim nata est Virgo Maria, protinus iræ suæ fulmina deposuit; siquidem *per viscera misericordia Dei nostri visistavit nos*. Denique Jacob ait: *Non dimittam te nisi benedixeris mihi*; per hoc etenim Mariæ felicissimos natales omnibus bonis cumulatus est mundus: *Nativitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium*

In spec. 2

Job. 3. 9.

Serm. 34. in princ.

Rom. 13.

Gen. 32. 25

Exod. 14.

gaudium annuntiavit universo mundo; ex te enim ortus est sol iustitiae Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem.

Orat. 2. de
dormit.
Deip.

Per hanc inquit de hac nata nobis infantula sanctus Joannes Damascenus, diuturnum illud bellum, quod nobis cum Creatore erat, sublatum & extinctum est, per hanc nobis cum eo reconciliatio sancita, paxq; & gratia donata est. Apostolus quoque ad hanc benedictionem alludens, ad Ephesios ita scribit: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus.*

Ephes. 1. 3.

3. *Aurora confurgens.* Rupertus Abbas ait: *Aurora praeannuntia diei sempiterni; quia sicut aurora quotidiana finis praeterita noctis est, & initium diei sequentis, sic Nativitas tua facta est promissio benedictionis, finis dolorum, consolationis fuit initium, finis tristitia, & latitia nobis extitit principium.* Haec aurora erumpere fecit fructum illum aeternae benedictionis, de quo Angelus nuntiavit, dum ait: *Benedictus fructus ventris tui.*

4. *Quasi aurora.* Eo tempore, quo aurora est nostro horizonte exsurgit, prout multi auctores asserunt, ipsa quoque testari videtur experientia, infirmi semper ferè aliquod in suis morbis sublevamen sentire solent (quod non ita accidit sole occidente) ardor quoque febris mitigatur, & nonnunquam tametsi alias totam noctem infomnis traduxerit, illa tamen hora aliquis ejusmodi aegris somnus conciliatur: eodem quoque modo dicere possumus, quod humanum genus ad mortem usque infirmum, ad hujus fortunae aurorae ortum atque praesentiam, notabilem sentit refocillationem & sublevamen: *Magnus de caelo venit medicus, quia magnus in terris jacebat aegrotus,* inquit S. Augustinus; imo humanum genus ita denuo erectum est ab infirmitate sua, ut verè à morte redierit ad vitam, quia una cum Maria natus est ille, qui languores nostros tulit; & cum animae prius irreparabiliter in mortis usque barathrum descendere, aurora haec, & qui ex ea nasciturus erat sol iustitiae, confundens mortem donavit vitam sempiternam.

5. *Quasi aurora confurgens.* Radii lucis sub auroram nascentis somnolentos è plumis excitant, operarios destinant ad labores, ad itinera viatores, avesque incitant ad cantum; ita quoque in Natalibus beatissimae Virginis fugatur à mortalibus pigris, & in Dei agnitione altum dormientibus omnis negligentia & delidia. Undè Apostolus dicebat: *Hora est jam nos de somno surgere; nunc enim propior est nostra salus, quam cum credimus.* Lux etenim ita homines Angelosque ad gratias, laudes, & benedictionem Creatori & Redemptori, necnon felicissimis hujus caelestis infantulae natalibus referendam excitat: *Gloriosa Virginis Maria ortum dignissimum recolamus;* tardiores quoque ad expeditius in divinorum praecceptorum semita currendum excitat: *Viam mandatorum tuorum cucurri.*

Rom. 13. 11.

6. *Quasi aurora confurgens.* Ad ortum aurorae lux lunae & stellarum, omniumque planetarum minorum notabiliter minuitur: ita post Virginis ortum sanctitas quoque quantumvis emittens omnium aliorum Sanctorum obfuscat, unde Hugo de S. Victore scribit: *Quaedam astra suis radiis tempus illud irradiabant, quia sancti Patriarchae & Prophetae suis virtutibus ignorantiam populi illius illustrabant, quorum radii aurorae apparente quodammodo obfucati sunt, quia in comparatione B. Mariae praecedentes sancti parvam claritatem habuerunt.* Neque enim ullam cum virtutibus & immentis, infinitis & heroicis Mariae meritis proportionem habitura esset innocentia Abel, perfectio Noë, fides Abraham, Isaaci longanimitas, labores Jacobi, Samuelis charitas, humilitas Davidis, Eliae igneus zelus, abstinencia Davidis, aut sanctitas Baptistae. Atque ita optimè Hugo concludit dicens: *Beata igitur Virgo Maria verè aurora clarissima fuit, quae suo magnifico jubare praecedentium Patrum claritatem minoravit.*

Serm. 34.

Mundus pro eo tempore, quo lux Mariæ in eo nondum comparuit, ad instar confusi chaos fuisse describitur.

DISCURSUS TERTIVS.

Nova lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium, apud omnes mira exultatio.

Esther. c. 8. v. 18.

PRimum, elegantissimum, maximumque præcipuum opus, quod unquam manibus Verbi, de quo S. Joannes ait; *Omnia per ipsum facta sunt*, egressum est, hinc ulla controversia lux fuit: *Dirigitque Deus, fiat lux, & facta est lux.* Et quidem in S. Augustinus per hanc lucem naturam intellexit angelicam, cur non potiori jure per eandem intelligere poterimus magnam Verbi incarnati Matrem, maxime cum de ipsa cælestis ejus sponsus Spiritus sanctus dicat: *Nova lux oriri visa est.* Ipsa, prout sanctè gloriatur, prima fuit inter omnes creaturas, quæ filii sui partus extitit: *Primogenita ante omnem creaturam.* Ego feci ut oriretur in cælis lumen indeficiens. Consideremus in præsentî Discursu qualis fuerit informis illius massæ omnium creaturarum confusio, quando tenebra erant super faciem abyssi, & quantum e contra sibi acquisierint decoris, æstimationis & pulchritudinis per supervenientes splendoris lucis. Quam confusum chaos erat universum, priusquam Maria Genitrix Redemptoris nostri nasceretur. *Nova lux oriri visa est.* Ecce tibi totius humani generis jubilationem atque lætitiarum, innumerabilium, quæ lux ista attulit, bonorum evidens argumentum. *Gaudium, honor, & tripudium, apud omnes mira exultatio;* cum enim abyssi prius apertam retineret tenebrosam suam voraginem ad tot deglutiendas animas, quæ in illud æternæ perditionis barathrum precipitabantur, Mariâ hodie nascente aperitur nobis paradisi porta, *Paradisus*

porta per te nobis aperta sunt; B. Petrus Damianus pie considerat, quod primus parens noster, cum ad Creatoris sui imaginem in terrestri paradiso creatus esset, honorem adeo eminentem nihil æstimans, apostata spiritus falsâ promissione delinitus inhasit, & se cum posteritate sua perpetua morti destinavit & tenebris. At verò tandem quid factum est? Non obstante quod facta Scriptura dicat: *Et facta est lux,* attamen inquit Damianus: *Ab illa hora tenebra facta sunt super universam terram usque ad Virginem; nec inventus est aliquis, qui vel exiret de tenebris, vel tenebras dissiparet; sed mundo crescente concrevit & tenebrosa vorago, donec in densissimam conglobata nigredinem, humanum genus nocte terribili sepelivit:* at verò benedictus sit Deus, quod primâ luce per humanæ malitiæ tenebras eclipsata, hodie ab oriente Nazareth lux hæc novella oriatur: *Nova lux oriri visa est,* & in virtute illius abjiciamus opera tenebrarum, & induamus armam lucis. Antiquum est illud Balaami vaticinium: *Orietur stella ex Jacob.* Ubi expositor quidam ait: *mira res, humanum genus ex limo factum est etiam ante culpam;* quoniam igitur modo poterat ex hac massa luti vel cretæ, id est, ex progenie Jacob stella quædam generari? *quomodo ex terreno germine sydereâ proles?* ac tandem mysterium istud hunc in modum nobis declarat: *Quæ est stella orta ex Jacob, nisi ea quæ nata est nobis Virgo Maria ex progenie Abrahæ, clara ex stirpe David? effectus quoque stellæ hujus declarat, dicendo:*

Serm. de Assumpt.

Eccl. 24. 6.

Num. 24. Galfrid.

Stella

Stella prorsus magis re quam nomine, cuius vita gloriosa lumen dedit saeculo. Porro inter gloriosiora epitheta, quibus Ecclesia laudes ejus celebratum est illud quo eam stellam maris appellat: *Ave maris stella*. Eusebius Emissemus per mare mundum intelligit: *Dicitur Maria stella maris, hujus usque maris, de quo scriptum est: Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus, plures stellas habet caelum, mare unam, quae pra illis omnibus clarior & melior est, atque ad DEI matrem alludens pergit dicere: De hac enim una ortus est Sol iustitia, cuius fulgore omnia illustrantur, quem qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita.* Quidam Itaiam Prophetam aliud indicare voluisse putas, praeterquam novae hujus lucis Nativitatem, quando dixit, seu ut melius dicam, quando tot ante saecula praedixit: *Habitantibus in regione umbra mortis. Lux orta est eis.* Stella polaris in mari, ut Beda asserit, est altissima in caelo stellato, atque ideo aspectui nostro mediocri magnitudinis esse videtur, nautisque in mari in densissimis tenebris noctis ducatum praestat, & quando navigantes de nocte ad ipsam se non dirigunt, manifestum se perdedi periculum incurrunt, nescientes in quam partem iter suum maritimum dirigant; at vero quando ipsam vident & aspiciunt, omnes intumescunt, quia pro via securissimo duce illis deservit. *Quis autem nostrum dicere poterit, quales inter procellas universum genus humanum ob miserum primorum parentum nostrorum naufragium jactatum fuerit? Quis est, qui nesciat, in quam miserabili statu terra fuerit, super cuius facie horrenda sacrilegia, idololatriae, impietates, Apostasiae, atque millena abominationes omni ex parte inundabant? Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum & adulterium inunda verunt, & sanguis sanguinem tetigit; David Rex, qui alias vir secundum cor Dei erat, in hacce tamen tempestates oculos suos deflebens timebat & tremebat, unde ad caelum conversus Deo se recommendabat dicens, *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam.* Verum enim vero ecce tibi hodie stellam polarem exorientem: *Novae lux oriri visa est, habitantibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis,* cuius luce emicante fugatae sunt tenebrae, tempestates dissipatae sunt, & fluctuans Ecclesiae navicula ad portum se-*

Manfij Sanctuarij Tom. III.

licissime appulsa est. Pronuntiata de facto erat sententia, non jam ad superbi Aman instigationem ab Assuero adversus universum populum Hebraeorum, sed adversus totum humanum genus ab ipso omnipotente Coelorum Rege, idque superbissimo Lucifero mediante: at vero specialissima Hesther caeli terraeque Regina, Maria inquam coram adoranda Triadis tremenda tribunali comparet, ut infaustum illud decretum abolet: *Solvit maledictionem, & dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam; prostravitque non jam Amanis, sed Sathanae stolidam superbiam, ipsa contrivit caput suum.* De hujus igitur jucundissima lucis fortunatissimo ortu merito dici poterit: *Novae lux oriri visa est, gaudium, &c.* Adhaec mysticum Mardochei somnum hoc loco non nihil ponderemus: *Parvus fons, qui crevit in fluvium, & in lucem Solemque conversus est, & in aquas plurimas redundavit, Esther est, quam Rex accepit uxorem, & Reginam esse voluit.* Quis autem Reginam Esther, serenissimae Angelorum Reginae typum fuisse ignorat? Haec parvus fons fuit, ob profundissimam ejus humilitatem, scimus etenim, quod quando in matrem Altissimi electa fuit, ipsa se infimam ancillam Domini appellaverit: *Eadem vero crevit in fluvium, quia ex quo DEUS respexit humilitatem ancilla sua, ecce ex hoc beatam eam dixerunt omnes generationes; Denique parvus iste fons in lucem & Solem conversus est; quia sicut ex luce Sol fuit fabricatus, ad eundem quoque modum ab hac luce, quae super Palaestinae horzontem hodie scintillare cepit, verus Sol genitus fuit; ex te enim ortus est Sol iustitia Christus; ac proinde, gaudium annuntiavit universo mundo: in aquas quoque plurimas redundavit, quia cum aquae symbolum quoddam sint gratiae, omnes gratiae universim in Maria depositae fuerunt, ut de plenitudine ejus omnes acciperent, & ipso enim quo in matrem DEI electa fuit, simul etiam Mater gratiae declarari meruit. Mysticam hanc Esther Spiritus sanctus in sponsam suam elegit, in eaque verbi Incarnationem operando eam voluit esse Reginam, ut sic adimpleretur ad unguem, quod sequitur: *Quis novit utrum idcirco ad Regnum veneris, ut in tali tempore parareris,* ipsa namque ad humani generis salutem, Angelicarumque ruinatum restaurationem Regina & Imperatrix Coelorum nata fuit.*

M m

2. Nova

Hom super missus est.

Isai. 9.

Esther. 10.

5.

Ose. 4. 2.

Ps. 63. 2.

2. *Novæ lux oriri visa est*: Quod si in omnibus hisce rebus creatis lux omnis planè deficeret, adeò ut omnes intra obscuram caliginem palpitemus, quantà foret miseria in ejuscemodi tenebris vivere? ac proinde meritò nos monet Sapiens, dum ait: *Oportet ad ortum lucis te adorare*, id est, Deo lucis omnis authori, qui illam Soli cunctisque aliis cœli planetis pie concessit, gratias agere; Et quidem cum id ita se habeat, quantò erit æquius nos gratos exhibere, affectuosiſſimasque gratias exhibere, eo quod novellam illam lucem, quæ à sempiternis Inferni tenebris nos eripuit, nobis clementer indulſit? unde Richardus de S. Laurentio ait: *Oportet ad ortum lucis adorare te, id est, gratias agere de ortu Mariæ, per quam illuminatus est mundus*. Inter cunctas res creatas nullum est objectum, quod nos magis lætificet, quàm lux. Unde senior Tobias moëtus omninò & dolens ait: *Quale gaudium mihi esse potest, qui in tenebris sideo. & lumen cœli non video?* Et nos: quantum in nobis solatii & lætitiæ experimur, quando post diurnam caliginosam & obscuram quandam noctem luminosum & serenum diem illucelcere videmus? Notandum est in super B. Virginem, prouti in discursibus præcedentibus superius vidimus, prius auroram, postea verò lucem appellari, imò stellæ, lunæ, & Solis titulum eidem attribui, ut per hoc nobis innueret, quantam ipsa mundo, dum adhuc obscurum & caliginosum quoddam Chaos esset, lucem attuleri. Etenim quot sunt, quæ universum hoc à Sole consequitur beneficia? Stellæ, planetæ, luna, cœli elementa, plantæ, mineralia, imò homines ipsimet esse suum magna ex parte lucis radiis gratanter attribuunt; unde profecta est trita illa propositio: *Sol & homo generant hominem*. Scribit certus quidam author verba sequentia: *Lux est contrariorum pacativa; Dicunt Philosophi naturales, quod per contrarietatem elementorum, elementa in mixta*

non permanerent, sed statim in suam regionem evolarent, nisi virtus lucis ea in simul pacaret, & unires. Universum humanum genus propter appetituum suorum contrarietatem, & diversionem, quæ inter carnem & Spiritum, inter voluntates nostras & Dei voluntatem in sanctissima ejus lege clarè non is expressam versatur, periturum utique esse, nisi divina hæc lux, id est, beatissima Virgo se per efficaciam & virtutem gratiæ, quam nobis subministrat, interposuisset. *Ecclesiæ. 49. 6. dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra.* Unde Richardus à S. Laurentio paulò ante citatus ait: *Sicut Sol natus est, ut illuminet totum mundum, sic Mariæ ad hoc nata est à Deo, ut misericordiam, veniam, gratiam & gloriam quasi lucem à Deo impetret toti mundo*. Nos quoque hodie in ejus laudem canimus: *Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesiæ*. Quod si verò aliqui sint, qui ejus patrocinium & protectionem non participant, id certè propria ipsorum culpa accidit, siquidem hæc est Solis & lucis naturalis proprietates, quod radios suos super unumquemque indifferenter emittat: *Solem suum oriri facit super bonos & malos*. Est quoque peccatorum singulare refugium, & tamen si cordis vestri fenestras obstinatè obstruaveritis clausatque tenueritis, culpa & defectus vester est, si lux ista ingredi non possit. In tempestuoso igitur hujus vitæ mari, oculos nostros in hanc stellam habeamus directos, juxta id quod suadet S. Bernardus: *O quisquis es tempestatibus fluctuantibus agitat, ne avertas oculos tuos à fulgoribus hujus syderis, si non vis obrui procellis, si insurgunt venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam, ipsam rogans non desperes, ipsam cogitans non errabis.*

Hom. 1. super missus est.

De variis motivis in Natali beatæ Virginis jubilandi.

DISCURSUS QVARTVS.

Cum iucunditate Natiuitatem B. Mariæ celebremus.

1. **O**Mnes quotquot sumus ad celebrandos cœlestis huius infantis natale: inuitamur, siquidem ipsa est, quæ gaudium annuntiauit uniuerso mundo, nam postquam in Nazareth edita fuit, opulentissimis qui in ætatis æternis reperiri possunt, thesauris genus humanum locupletauit. Ante omnia tamen festiuitas multorum devotorum ejus in hac solemnitate editas voces audiamus. S. Joannes Damascenus ait: *Latentur cœli desuper, & exultet terra, commoueat mundum mare, in ipso enim concha gignitur, quæ cœlius ex diuinitatis fulgetra in utero concipiet, & Christum ingentis pretii unionem pariet.* B. Petrus Damianus ita scribit: *Gaudeamus & exultemus in Natiuitate beatissima Dei Genitricis Mariæ, quæ novum mundo nuntiavit gaudium, & totius exitit humana salutis exordium.* S. Augustinus dicit: *Cum summa exultatione gaudeat terra nostra tanta virginis illustrata natali.* Quilibet etiam aliorum in ponderandis & enumerandis imensis quæ ex ejuſ Natiuitate in nos redundant beneficiis certatim fatagiri: Abtolon Abbas ait: *Et quæ potest esse major spiritualium gaudiorum materia quam nostra Redemptionis artham suscepisse, quæ paterna præuocationis delictum ablueret, repararet innocentiam, placaret iram districti iudicis, aperiret portas cœli, captiuis conferret libertatem.* Communis quoque cœli & terræ lætitia est: Unde S. Ildephonus ait: *O felix puorperium, delectabile Angelis, & expectabile sanctis, necessarium perditis, congruum profugatis.* S. Bernardus quoque licet in ordine ad aliud propositum de ea scribit: *In te Angeli lætitiā, iusti gratiam, peccatores veniam inueniunt in æternum, merito in te*

Orat. de Nat.
Hom. 47. de Nativ.
Serm. de Nat.
Serm. de Nat.
Ser. 2.
Serm. 3. de pent.

respiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis, quicquid creauerat recreauit. S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus illum Psalmi locum: *Audi filia &c.* adducens, ita scribit: *In lucem hodie produisti Cœlum & sedes DEI, omnisque puritatis receptaculum, gaudium mundo uniuerso annuntians, uita largitrix, maledictionis interemptrix, benedictionis conciliatrix.* Sergius Hieropolita, Author Græcus, à Canisio citatus ita scribit: *In hac festa celebri quoque buccina spirituali clangamus, multaque ei deinceps attribuens epipheta ait: Vita mater tenbrarum expultrix, Ada reparatrix, immortalitatis fons*

2. *Cum iucunditate Natiuitatem beatæ Mariæ celebremus,* nam ut ex S. Bernardo in quodam sermone suorum defesto Assumptionis, ubi illa Apocalypseos uerba explicat: *Signum magnum apparuit in cœlo, deducitur, magnam habemus festiuitatem de illa diem agendi occasione,* ob ingentia bona, quæ liberalissima hæc thesauraria dispensat, siquidem omnibus misericordia sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant uniuersi, captiuis redemptionem, aeger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiā, denique tota Trinitas gloriam, filii persona carnis humana substantiam, ut non sit qui se abscondat à calore ejus. Etenim Deus nobis ob ingentia scelera nostra jure meritisimo indignabatur: *Iratuſ est furore Dominus in populum suum,* ideoque se in reconditis cœli penetralibus à nobis subduxerat, deque ejus ad nos in terram descensione ad humanam redemptionem perficiendam nihil penitus tractabatur, ut proinde mirum sit quantum Prophetæ, Patriarchæ & omnes alii ueteris testamenti sancti adhibuerint conatum, ut eum ad id per-

M m 2 move.

Baruch 3. 38. moverent, & invitarent, ut scilicet è sinu patris ad nos descenderet, unde oræ sunt illæ eorundem sanctorum Patrum voces: *Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinoræ plebi tuæ; obsecro Domine, mitte quem missurus es, vide afflictionem populi tui; donec tandem per Mariæ innocentiam, sanctitatem, & merita allelus & provocatus ad nos protinus descendere permotus fuit; Multæ quidem virtutibus & vitæ sanctitate præditæ mulieres ad sublimem Matris Messie dignitatem aspirarunt, sed votis irritis atque inanibus; non verò idem Mariæ accidit, vix enim hæc nata fuit, cum ecce sancta mater Ecclesia nobis ob oculos ponit, qualiter eodem Christi quoque in terram descensus determinatus fuerit; siquidem in introitu Messie hunc in modum cecimus: *Salve sancta parens, enixa puerperæ Regem, qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum; post hæc in terris visus est. & cum hominibus conversatus est David in Spiritu prophætaico de beata Virgine, veluti cælestis Paradisi serenissima Regina loquens ita ait: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, postea verò eam in tenera ætate desertis parentibus divinis ministeris in templo dedicandam esse prævidens ait: Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & oblitiscere populum tuum: & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum; Deus etenim virginis pulchritudine captus, eidem Archangelum, qui Incarnationis mysterium annuntiaret, clementer submisit. *Averte oculos tuos, quia ipsi mox avolare fecerunt; Alii legunt, quia abstulerunt mihi robur. Pagninus vertit: Quia ipsi fortiores me fecerunt. Nyssenus autem: Quia ipsi alas addiderunt mihi. Enimverò mythicum prout est illud epithetum, quo sanctus Joannes Damascenus utitur, dum Mariam honoratur: ipsam scalam vivam appellat: *Vivam scalam sibi ipsi condidit, quasi Filius Dei è Paradiso descensusus mytica hac scala usus fuisset; cuius ima pars in terra firmata est, summa autem ad cælum usque porrigitur, in qua Deus requiescit; unde videtur Filius Dei mox ut hanc scalam ad cælum usque se protendere vidit, cupidus fuisse descendendi de cælo ad terram. Porro occasione verborum illorum, in qua DEVS requiescit in mentem mihi venit Historia illa Noë Patriarchæ, hic enim exploraturus utrum aquæ deficerent super terram, & an facies terræ quaquam verum aquis etiamnum inundaretur, ex arca Colum-****

bam emisit, quæ cum non invenisset locum; ubi pedem suum figere posset, revera est ad eum in arcam; paulò post autem eandem columbam iterato circa vesperam emisit, & tunc reversa est ramum virentis olivæ in ore suo deferens; Etenim æternus Pater, qui in Noë representabatur, filium suum pro mundi Redemptione in terram ad nos mittere desiderabat, at vero Columba, id est, Spiritus sanctus, locum, in quo requiesceret, nullum invenit, quia omnes declinaverunt; at vero quando in hoc fortunatissimo sæculo inter tot iniquitatum procellosas aquas, quæ universum inundaverant, speciosa hæc Oliva sese prodere cœpit, id est, quando nata est virgo hæc immaculata, tunc Spiritus sanctus super eam requievit, gratumque illud nuntium Cælo intulit, quod scilicet aquæ diluvii cessassent, Deusque placatus, & divina justitia humano generi prorsus reconciliata esset. Nam ut S. Epiphanius ait: *Ipsa est cæli & terra mediatrix, qua unionem peregit.*

Ser. de
laud.

3. *Cum jucunditate, &c.* Quia beata Virgo hodie nata è purissimis sanguinibus suis Christo humanitatem illam & sacrosanctum corpus præparat, unde expromendum erat ingens illud pretium, quod ad nos omnes peccati & inferni servos à servitute peccati liberandos & redimendos necessarium erat. Unde Eusebius Emisenus de Nativitate Christi scribens ad matrem convertus ait: *Initiator omnium rerum à te initiatur, & profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo accepit, ac de te sumpsit, quod etiam pro te solvat.*

4. *Cum jucunditate;* Quia hodie æternus Pater iræ suæ fulmina, quæ per tot sæcula adversus rebellem & ingratum mundum evibraverat, revocavit. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de terra, Sanctus Joannes Episcopus Hierosolymitanus in ea fuit opinione, quod Deus in illa visione Eliæ Prophætæ suo, veluti in figura præostenderit, quod quædam infantula nasceretur, scilicet beata Virgo Maria; ascendebat de mari, quia Ethymologia nominis Maria à mari desumitur. Porro nubes salsas & amaras maris aquas sibi attrahens easdem in dulces transmutat, easque nobis paulatim stillatim depluit. Ita quoque Maria Deum illum recipiens, qui in scriptura appellatur Deus ultionum, Deus exercituum, qui proinde tantum patientissimo Job timorem incutiebatur, ut dicat: *Semper enim quasi**

3. Reg. 18.

De instit.
Monach.

Job. 31. 23.

summa.

tumentes super me fluctus, timui Deum, eundem nobis continuo & totaliter mitem, suavem, pium & misericordem effecit; Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus v'sta v'it nos Oriens ex alto, Valde confiderabile est principium Evangelii hodie in Ecclesia lecti: Liber generationis Iesu Christi filij David filij Abrahæ. Memorandum est enim ille Apostoli textus in quo dicit:

Heb. 2. 17. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, ut misericors fieret; Cui textui nonnemo haud immeritò opponere posset, dicendo; Quodnam erat illud impedimentum, quod obstabat, quo minus in casu quo naturam assumpsisset Angelicam, pius & misericors factus fuisset? Ergone Angeli adeò severi & vigorosi erant, maximè erga nos, erga quos tantopere se hætenus exhibere beneficos? Cui dubio ut respondeatur, notandum est, eum qui vult esse misericors, duo præcipuè requirere; Primo enim ab illa miseria alienus esse debet, cui est allaturus in aliis remedium, quia si alicui in necessitate constitutò subvenire cupit, necessum est, ut habeat facultates, unde id facere possit. Deus autem ex hoc capite procul quidem est ab omni miseria. Altera demum conditio est, ut is qui misericordiam erga miseriam patientem proximum exercere vult, similes quoque miseras & angustias fuerit expertus, sic enim alteri faciliùs compatietur, & providebit, atque ideo Filius Dei, ut majori erga nos compassione tangeretur, nostris se passionibus subjicere voluit, quem in finem opus erat, ut hæc nostra mortali trabea sese vestiret; siquidem Homo natus de muliere repletur multis miseriis; Hanc autem beatissima Virgo ei subministravit; adeoque ipsa etiam fuit illa, quæ eum in hac carne passibilem, & pium ac compassivum erga nos reddidit, atque ideo

Apostolus ait: Debit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Incognitus super illum locum Psalmi: *Ædificavit sicut unicornis sanctificium in terra, ita scribit: Mysticè per unicornem intellige gentiles, & superbos per partum virginis ad Christi fidem convertos; Natura enim unicornis est, ait Gregorius lib. 31. Moralium c. 13. quod isto modo capiuntur; nam puella Virgo proponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposita caput deponit, sicque ab eis à quibus capi quaritur, repente velut ener vis invenitur & capitur. Hanc autem unicornis naturalem proprietatem gentilissimo adaptat, hic enim in fronte superbiæ & elevationis cornu ferebat, fuitque ab Apostolis conversus. Virginem beatissimam Deiparam coram oculis ejus statuendo. Quæ eis sinum sua gratia aperuit, & statim omni ferocitate dimissa per fidem Christi captus est. Verùm enim verò hunc effectum nos quoque in natali beatissimæ Virginis experiri possumus, postquam enim ipsa hodie in lucem est edita, DEUS antea in indignatione sua exardescens, mox ut sinum virginalem conspexit, depositis iræ suæ fulminibus ad utilitatem & salutem nostram nobis inservire desideravit. Bene igitur S. Johannes Damascenus ait: *Choreas agit virginittas, quoniam ut ait Isaias, procreata est ea Virgo, quæ concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel, hoc est, nobiscum DEVS;* at verò insuper addendum est: *Adducentur Virgines post eam, quia deinceps post ejus Nativitatem viridaria Paradisi candida quoque Lilia progerminare cœperunt, B. Petrus Damianus ait: Hodie prodiit ex utero matris, quæ templum fieri meruit Divinitatis.**

Pf. 77. 69.

Orat. 2. de Nat.

Hom. 47.



De stupore quo cœlum & terra adimpleta fuere, quando hoc sanctitatis prodigium primitus apparuit.

DISCVRSVS QVINTVS.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum? Cant. Cap. 8. v. 5.

Obstupefactum cœlum, & terra præ nimio stupore attonita, sollicitè hodiernâ die quærunt, quænam sit magna illa mulier, quæ adeo deliciarum dives in hunc mundum progreditur? *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens?* Etenim nullum hæcenus visum vel auditum fuerat prodigium, quod hinc in sanctitate assimilari posset. Et ideo S. Bonaventura scribit: *Antonomaſticè opus Domini mirabile est Maria, vas admirabile, opus excelsi, vere opus mirabile, quia nunquam invenitur simile, nec est factum tale opus in universis Regnis.* Certatim igitur & merito de ejus Nativitate & homines obstupescunt & Angeli.

*In opusc.
Virg. c. 17.*

2. Opus Domini mirabile est Maria; Admirabilis quidem fuit etiam aliorum sanctorum Nativitas, utpotè qui modo quoddam insolito in lucem editi fuere, veruntamen omnes in conceptione sua antiquæ maledictionis spinas & tribulos contraxerunt, editique sunt in hanc lucem filii iræ, adeo ut de illis verificari non possit, quod in sua Nativitate ascenderint, quin potius descendiſſe dici debent, siquidem à lapsu & macula peccati Originalis nequaquam fuerunt exempti, solum igitur de Maria in veritate dici potest: *Ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum*, quia tamen ipsa in hujus nostræ corruptæ & fragilis naturæ deserto nata fuerit, à cœlesti-

bus tamen gratiis præventa. Paradisique thesauris locupletata verè dicenda est in eodem Conceptionis & Nativitatis instanti sancta & immaculata. Unde sanctus Bernardinus ait: *Hoc mirificum fuit, quod deserto hoc est humano genere à gratia derelicto & deserto virgo ascendere possit; Imò idem sanctus Doctor in ea est opinione, quod eidem beatissimæ Virgini pro eo tempore, quo etiamnum in utero materno reclusa erat, rationis liberique arbitrii usus acceleratus fuerit, quodque lumen quoddam notitiamque perfectissimam in suo habuerit intellectu, adeoque in uteri maternalis carcere etiamnum constituta DEUM summa cum perfectione contemplari non desierit, Ad causam contemplationem sublimata est, ut etiam in utero matris perfectius in ea processerit, quam unquam fuit contemplatus aliquis in perfecta ætate.* Dionysius Carthusianus refert beatam Virginem sanctæ Brigittæ revelasse sequentia: *Cum anima sanctificabatur, & corpori suo jungebatur, tanta anima mea advenit lætitia, ut impossibile sit effatu.* Nec mirum, quodsi enim exultatio præcursoris (quia *exultavit infans in utero ejus*) à cœlestium gratiarum, quæ ei ex Deiparæ præsentia communicatæ fuere, influentia derivata fuit, quanto magis credendum nobis est, quod anima ipsiusmet Virginis gratiis incomparabiliter majoribus præventa & locupletata in utero sanctæ Annæ exultarit? Inviolabile est illud DEI decretum, ut omnes originali macule contrahendæ subiecti simus, in quo omnes pecca-

T. 3 Ser. 12.

*T. 1. Ser. 61,
art. 3. c. 7.
T. 2. Ser. 5.
c. 2.*

*T. 1. lib. de
laud. Virg.
art. 6.*

*Rom. 5. 12.
verius,*

*Ser.
laud.
virg.*

verius, nimirum in primo parente; advertendum est autem beatam Virginem exceptam semper fuisse; ecce enim quoniam modo Spiritus sanctus sponfus illius eam descriperit: *Qua est ista, qua ascendit de deserto delictijs affluens?* & ne fortasse quippiam credat, ipsam quoque instar aliarum lapsam fuisse, subjungit: *Innixa super dilectum suum; liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmavi columnas ejus.*

3. *Opus Domini mirabile.* Prodigi-um merum est, quod Creator in ea factus sit creatura, quod DEUS in ea factus sit homo, quod mulier quaedam verbum concipiat æternum, quod facta sit sponsa Spiritus sancti, quod Mater pariter & Virgo existat, quod Virgo sit, & tamen fecunda simul remanens Virgo, quod sit instar stellæ cujusdam, & tamen genitrix facta sit Solis: Etenim Ecclesia hæc eam verbis salutat: *Ave Maris stella,* & tamen etiam hodie de ea canimus: *Ex te ortus est Sol;* quod filia sit & partus DEI, quemadmodum omnes aliæ Creaturæ, & tamen ipsemet DEUS sit partus illius: *In qua genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem;* quod recludat in se illum, quem cæli capere non possunt, quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Nunquid igitur vobis sanctus Bonaventura jure merito dixisse videtur: *Opus Domini mirabile? In principio creavit DEVS cælum & terram,* inquit Scriptura; ubi nonnulli per principium, verbum intelligendum esse volunt: *Omnia per ipsum facta sunt,* imo ipsemet Dei Filius hoc te nominæ appellavit, dum ait: *Principium, qui & loquor vobis.* Cum igitur cuncta creata esse suam ab iplo sortita fuerint, stupendum utique prodigium est ipsummet à Maria Virgine fuisse genitum. Sanctus Bruno Carthusiano-rum Patriarcha verba illa: *Gloriosa dicta sunt de te considerans,* eademque Deiparæ applicans, de eadem insuper dicit Davidem dixisse: *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus.* Enimverò certum est juxta discursum humanum impossibile esse, quod fundator sit civitatis ejusdem in qua nascitur, quia antequam sit natus, non potest fundare civitatem, sed

Christus qui est altissimus per hoc, quod est, Deus ante omnia tempora fundavit Civitatem hanc, id est, matrem creavit, & tamen ut homo in fine temporum natus est in ea, sumendo carnem ex ea; mirabile est ergo & gloriosum in hac civitate, quod ille qui fundavit eam natus est in ea. Summè quoque admirabilis est beata Virgo, si consideremus, quod omnes homines in prima sua origine à DEO descenderunt; *Ipsius enim & genus sumus.* Et quidem si ingens nobis dignitas esse videtur, quod quis aliqua saltem ex parte divi- nam participet progeniem, quanto magis asti- manda est beatissimæ Virginis prærogativa, utpote è qua non solum præ cunctis aliis excel- lentius dicere potest: *Ipsius genus sum,* verum insuper ipsimet DEO verè dicere potuit, quod *est genitus ex ea.* In Symbolo sancti Atha- nasi dicitur: *Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, homo est ex substantia matris, in sæculo natus;* atque ideo beata Virgo certo quodam modo cum æterno Christi Patre decer- tare potest, dicendo ipsum esse Patrem & genitorem ejus in cælo; se verò in terra matrem & genitricem ejus esse, unde sicut Christus nezoi- nem alium Patrem à quo genitus sit, agnoscit præter patrem æternum, ita pariter nullam aliam potest agnoscere matrem, quæ ipsum conceperit, gestarit, pepererit & nutrierit, præterquam ipsam, de qua natus est Iesus. Merito igitur sanctus Anselmus ait: *Intendat Lib. de ex- mens humana, & contempletur, videat & cell. Virg. admiretur, unum filium sibi consubstantialem c. 2. Deus Pater genuit, hunc sibi tam unicum, & in omnibus omnino aequalem, non passus est re- manere solummodo suum, sed eundem ipsum voluit in rei veritate esse beata Maria unicum & naturalem filium.*

4. *Opus mirabile.* Admirabilis quo- que fuit ejus Nativitas, siquidem de ven- tre sanctæ Annæ non velut infantula, sed tanquam Genitrix egressa est. Et ratio est, quia Ecclesia nobis ipsam etiam in cun- nis Filii sui in brachijs gerulam exhibet, & ostendit: *Qua est ista, qua ascendit de deserto delictijs affluens, innixa super dile- ctum suum,* & ut supra advertimus in in- troitu Mistæ de ipsa canimus: *Salve sanctæ*

Ser. 12.

Ser. 61.

3. c. 71.

Ser. 5.

Lib. de

d. Virg.

6.

Ser. de
laud. Ma-
ria.

1795. 126

Serm. 142. sancta parens. Unde sanctus Joannes Damascenus Sermone primo de hoc festo ita eam alloquitur : *DEI gerulis ulnis Creatorem gestasti ; Chrylogus pariter obitupescit ex clamat, dicens : Virgo ex te concipitur author tuus, tu ex te oritur origo ; in tuo germine est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, & ipse lucem mundi per te cepit, qui lucem mundo dedit.*

Num. 24. 37. 5. *Opus mirabile.* Tametsi enim in hac lachrymarum valle nata fuerit, non tamen in ea satis distinguitur a natura, an vero gratia partus existat, an de cœlo descenderit, an vero ascenderit de hujus mortalis vitæ deserto : *Oritur stella ex Jacob, & consurgit virga de Israel.* Stella suos in cœlo natales habet, virga autem in terra efflorescit ; Quis igitur est hic loquendi modus, quod una eademque Virgo simul stella quaedam sit & virga ? Verè ita est, mirus omninò est ille loquendi modus, eo tamen scriptura utitur, quia alludendo ad beatam Virginem ambiguos nos relinquere voluit, an ejus Nativitas è cœlo potius quam de terra suam trahat originem : Licet enim ex utero sanctæ Annæ nata fuerit, de hoc enim fas non est dubitare, attamen Spiritus sanctus qui universæ sacræ scripturæ author, & pariter Sponsus illius exitit, nullam sive Patris, sive matris ejus mentionem in scriptura fieri voluit, ut vel inde constet, quod tametsi dicti Parentes carnales illam genuerint, in ea tamen ipsi minimam partem habeant, utpote quæ cœli potius quam terræ creatura existit. Audite igitur quantum cum jure Angeli obstupescerent interrogarint, dicens : *quæ est ista, quæ ascendit de deserto.* Ecclesia quidem de ipsa hodie canit : *Hodie nata est beata Virgo Maria ex progenie David ;* ex alia verò parte sanctus Joannes, qui à Christo Filius ejus adoptivus declaratus fuit, quem post filii Ascensionem usque ad diem Assumptionis suæ individuum habuit vitæ & conversationis commitem, dicit sibi eandem in visione ostensam fuisse quasi descendentem de cœlo : *Vidi Civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de cœlo à DEO paratam sicut sponsam ornatum viro suo ;* Quam visionem Augustinus de beata Virgine intelligit, cui con-

sentit sanctus Antoninus dicens : *Hac est beatissima Virgo Maria Civitas sancta ;* Idem quoque sanctus Joannes de ipsa dicit : *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole.*

6. *Opus mirabile.* In ipsa namque prius gratia principium habuit, & postea natura, cujus contrarium cunctis aliis hominibus accidit. Unde Damascenus de ea scribit : *Natura gratis factum antevertere minimè ausa est, verum tantisper exspectavit, dum gratia factum suum produxisset.* Omnibus patris, si notus est gloriosissimus ille & transcendens titulus, qui à multis sacris Doctoribus ei attribuitur, quo vocatur *Complementum Trinitatis.* Longè tamen excellentius quidpiam de ipsa dixisse videtur sanctus Martyr Methodius, quando de illa ipsummet Deum Mariæ indigum fuisse dixit : *Ave cujus Deus factus est indigus, adeoque licet David dixerit : Dixi Domino DEVS meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges, hoc tamen in Maria pati videtur exceptionem, siquidem ipse DEVS indigus fuerit. Quis enim ei sanguinem ministrasset, ut nostra mortalitate indueretur, quis illum concepisset, genuisset, lactasset, nutritisset, nisi hæc obsequia accepisset ab hac Virgine immaculata ?* Sanctus Cyrillus ait : *Per te Trinitas sanctificatur, per te Crux pretiosa dicitur & adoratur in toto orbe.* Enumerantur à sacris Theologis tria opera ad extra sanctissimæ illius Triadis, nimirum creatio, incarnatio, & justificatio, & de omnibus illis certo quodam modo dici potuit, hæc opera suum à Maria complementum & perfectionem sortita fuisse. Sicut enim sanctissima Trinitas creavit beatissimam Virginem, ita quoque hæc genuit Verbum æternum, quod etiam in virtute consensus sui, & ope corporis ei à Deipara ministrati incarnatum fuit ; Denique DEVS peccatorem quidem justificat, id tamen concurrentibus continuis ejus intercessionibus præstat.

7. *Opus mirabile.* Adeo admirabilis fuit ejus sanctitas, ut Spiritus sanctus ne ullam daret Hæreticos occasionem, per quam existimari potuisset in cœlo, non

P. 4. tit. 15.
c. 5 § 2.

Orat. 1 de Nat. Ma-
ria.

Orat. in Hyp. Do

Hom. 6.
contra Nestor.

verò

vero in terra ipsam natam, ac proinde non puram creaturam fuisse operæ pretium esse duxerit, contrarium de ipsa perspicuis verbis ediceret: *Dixit mihi creator omnium, & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Optime igitur S. Joannes Damascenus ait: *O miraculum omnium miraculorum maxime novum! mulier Seraphinis sublimior effecta est, Deus visus est paulo minus ab Angelis minoratus: sileat sapientissimus Salomon, nec jam nihil novum sub caelo esse affirmet, creavit Dominus novum super terram, femina circumdabit virum.* Ecce duo miracula, videlicet puellam ho-

die natam filium in brachio suo ferentem, & utrumque in illa infantili ætate perfectissimæ rationis usu præditam. Veruntamen observandum est verbum illud Damasceni: *Sileat*; siquidem laudes ejus nulla lingua explicare prævalet. Unde sanctus Bernardinus ait: *Tanta fuit perfectio Virginis, ut soli Deo cognoscenda reservetur, juxta illud Ecclesiastici: Ipse creavit illam in Spiritu sancto, vidit, dinumeravit, & mensus est.*

Tom 2.
conc. 52.
a. 3. c. 1.

Ostenditur quòd salutem nostram beatæ Virgini in acceptis referre debeamus, eò quòd per ipsam gratiam, & quodvis aliud bonum receperimus.

DISCURSUS SEXTVS.

Hodie nata est beata Virgo Maria, per quam salus mundi credentibus apparuit.

UNum ex motivis principalioribus, ob quæ sancta mater Ecclesia festivitatem Nativitatis B. Virginis tanta cum solemnitate concelebrat, illud fuit, quòd videlicet dator omnium bonorum Deus, omnes ecclesiarum gratiarum thesauros in ipsam effuderit, atque ideo quævis ad gloriam aspirans fidelis anima eandem sine magnæ hujus Matris auxilio sibi nunquam comparabit, eò quòd ipsa habeat divinæ gratiæ dominium, utpotè quæ thesauraria facta est cœ-

Mansit Sanctuarii Tom. III.

li. Unde Angelicus Doctor ait: *Rationabiliter creditur quòd illa, quæ genuit unigenitum à Patre plenum gratia & veritatis, præ omnibus aliis majora gratia acceperit privilegia.* Unde Angelus ei dixit: *Ave gratiâ plena*; hinc Ecclesia celebrat *Mariæ Nativitatem.* Post tot deplorabilia transacta sæcula, primitus fortuntissimum illud auscultatur nuntium, quòd scilicet *salus mundi credentibus apparuit*; quia nascente Virgine illâ, de qua Angelus dixit: *Gratiâ plena*, suum lex gratiæ accipit exordium, eaque mediante æternæ gloriæ pignus recipit & artham. *Prædica reverendam Angelis* (inquit S. Ber-

3. p. q. 27
all.

N n

S. Ber-

Epist. 174. S. Bernardus) desideratam gentibus, Patriarchis. Prophetisque progenitam, electam ex omnibus, pralatum omnibus; ac demum ad propositum nostrum pergit dicere: Magnifica gratia in ventricem, mediatricem salutis, & restauratricem seculorum. Idemmet Sanctus de hac solemnitate tractans celebrem quandam nobis in ejuldem Virginis subministrat propositionem, quæ gloriosissimi illius epitheti fundamenta stabilit, quod sancta eidem attribuit Ecclesia, scilicet *Maria mater gratia*; dicit namque de ejus filio: *Redempturus humanum genus, pretium universum contulit in Mariam*; id quod alibi multò apertius declarat, dum ait: *Vniuersum thesaurum contulit in Mariam, ut de plenitudine ejus omnes accipiant; nihil enim nos Deus habere voluit, quod per manus Maria non transiret.* Idem in sermone de Nativitate ejus, aquæ ductus cujusdam similitudine utitur, in hunc modum discurrens: *Virgo Maria data est mundo quasi aquaductus, per quam gratia à Deo descendant, juxta illud Eccles. 24. Sicut aquaductus exiit à paradiiso. Et propterea tanto tempore fluente gratia defuerunt, quia nondum intercesserat aquaductus.* Utitur etiam similitudine colli, per quod spiritus vitales à capite transmittuntur ad alia membra: *Ipsa est collum caput Ecclesia Christum corpori ejus conjungens.* Guerricus Abbas dignus tanto Doctore discipulus ad Virginis filium conversus ait: *Tu posuisti in Maria sacrarium gratia.* Nescio an aliquando textum illum Davidis consideraveritis, in quo ait: *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & universi qui habitant in ea, quia ipse super maria fundavit eum.* Porro quòd Deus universæ terræ, omnium incolarum ejus Dominus, haud est ad credendum difficile; at verò quòd ad hoc ut ipsam in sua firmitate stabiliat, fundamenta ejus statuerit super liquidum, instabile, & fluctuans elementum, quale est mare, quis hoc intelligat? sitque illam intelligendi difficultas major ex eo, quòd ex quo fundamentum ultima fit pars ædificii, omnino conveniat dicere, fundamentum totius universi terram esse, utpotè quæ centrum illius est, locumque in eo ultimum obtinet. Veruntamen scitisne quidnam Prophetæ hisce verbis ad nostrum propositum dicere voluerit? nimirum insinuare nobis voluit,

quòd loco basis & fundamenti totius universi, omniumque viventium elegerit sibi Mariam, utpotè quæ suam à mari denominationem habet; quamvis alia ad huc præsto sit ratio, cur basis & fundamentum sit mundi, nimirum quia congregationes aquarum vocavit maria; cum enim aquæ gratiarum symbolum quoddam sint, ideo omnes illas in utilitatem & beneficium nostrum in Mariam exonerari, & in ea congregari voluit. Undè S. Bernardus ait: *Nulla gratia venit de cælo ad terram, nisi transierit per manus Maria; omnia flumina intrant in mare.* Sanctus Hieronymus in sermone de Assumptione ait: *Omnis plenitudo gratia, quæ est in Christo, est in Maria; in Christa sicut in fonte, in Maria sicut in collo corpori Ecclesia transfundente.* Sanctus Bernardinus in ea est opinione, quòd beata Virgo Maria tanquam Mater Verbi incarnati, ab illo momento, quo Filius Dei incarnatus fuit, plenissimam acceperit in thesaurum divinæ gratiæ jurisdictionem: *In omni gratiarum influxu Maria Virgo quandam jurisdictionem habuit, de cujus virgineo utero, quasi de quodam divinitatis arcano rivi & flumina omnium gratiarum emanabant, quia de ejus utero natus est Deus, qui vocatur Christus.* Cum enim Filius Dei in supremo illo consistorio humanum genus redimere, nostramque operari salutem disposuisset, opus omnino erat, ut prius gratiæ suæ imbrem de cælo depleret; atque ideo priusquam descenderet, eundem summam cum affluentia in magnæ Matris suæ sinum effudit; undè Angelus ei dixit: *Gratiâ plena. Inclina vit cælos, & descendit,* inquit David, de cujus progenie, ut hodie sæpè canimus, nata est beatissima Virgo. Hugo Cardinalis ait: *Inclina vit cælos, sicut vas, ut totum effunderet.* Guerricus Abbas ait: *Natalem beatissima Virginis Matris celebramus, de qua vita omnium accepit natalem;* id quod non de corpori, sed animæ vita intelligitur, quæ in gratia consistit, quæ vitam nobis communicat æternam & immortalem: *Nata est hodie Virgo, de qua salus omnium voluit nasci, ut natis ad mortem daret ad vitam posse renasci.* Sanctus Joannes Damascenus in prima oratione, quam in hoc festo de Virginis Natalibus habuit, ita scribit: *Vitam natura præstantio-*

Serm. 3 de
vigil. Na

Ps. 17. 10.

Serm. de
Nat.

Hom. su-
per Missus
96.

Ser. 12. de
Assumpt.

stantiorem habebis, non tibi ipse; quibus verbis eum dicere voluisse existimo, quod gratiæ & dona, quæ filius ejus in eam largâ manu infusus esset, non tam ipsi quàm nobis donarentur; adeoque de illa dici potest quod Ecclesia de communi Redemptore nostro cauit: *Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine, id est, nobis data, nobis nata; neque enim cuiusvis causâ*, inquit idem Damascenus, progenita es, quocirca Deum habebis, *Job quem in vitam produisti, ut orbis universi salutem administram te praberet.*

2. *Per quam salus mundi.* Quis est qui ignoret enellulam hanc infantulam fasciis involutam instar validi & fortis Athlantis vacillantem & cadentem sustinere mundum? Sanctus Joannes Damascenus ait: *Hodie mundi salus inchoavit; jubilate Deo omnis terra, cantate, exultate, & psallite.* Sanctus Augustinus in præteritorum sæculorum miserias, quibus mundus involvebatur, priusquam faustissima hæc aurora illucesceret, oculum suum dirigens, in ejus laudem linguam suam hunc in modum laxavit: *Quis dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconia respondere, qua singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? Nos dicere possumus; Tuâ natiuitate mundo succurristi perditio; siquidem hodie salus mundi apparuit; undè etiam in oratione hodierna legimus: Quibus beata Virginis partus salutis exitit exordium.* Quantum obsecro urbs aliqua diuturnâ obsidione constricta, fameque & penurâ pressa lætificatur, dum navem aliquam copiosâ vitæ annonâ instructam, aut verò exercitum quendam copiosissimum in sui defensionem appellere conspiciat? quis autem est qui nesciat, quod genus humanum in miseris illis sæculis famem patiebatur ut canes? totus quasi mundus ab inimico infernali obsidione cingebatur; siquidem ferè omnes eorum idolis genua sua flecebant, tanquam leo rugiens circumibat; at verò hodie Maria, quæ velut inexpugnabilis quidam exercitus fuit, in defensionem nostram in mundum prodiit: *Terribilis ut castrorum acies ordinata; nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras; in portu nostro navis institoris de longè portans panem suum, illo frumento valdè onu-*

sta, quod dicitur *Frumentum electorum*, annonâ videlicet in vitam æternam: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum*, pane, inquam, ad profligandum inimicum longè potentiori, quàm fuerit olim panis ille subcineritius à Gedeone visus; ideoque genus humanum hac obsidione cinctum dicere potuit: *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.*

3. *Per quam salus mundi.* Superiùs in Discursibus præcedentibus diximus, de beata Virgine visionem illam Joannis interpretari posse, quam hisce verbis refert: *Vidi Ierusalem novam descendentem de cælo à Deo; ac proindè memorandum est quod Isaias prædixit: dum ait: Respice Sion civitatem solemnisationis nostræ, oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam; id est, beatam Virginem: siquidem illa filium suum in utero portavit, in quo sunt omnes thesauri.* Sergius Hierapolitanus à Canisio relatus ait: *Hac jam nascitur, & unâ cum ipso mundus renascitur ac renovatur, nascitur & Ecclesia; idque adeo verum est, quod in hodierni officii Antiphona quadam cantamus dicentes: Natiuitas est hodie sancta Maria Virginis, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.* Hodie omnium Ecclesiarum prima jacta sunt fundamenta; siquidem illa hodie in mundum prodiit, de qua dicitur: *Templum Domini, sacrarium Spiritus sancti.* Hodie prosternitur omnis idololatria, dum videlicet adimpletur illud Isaiæ oraculum: *De-*

di te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra; siquidem ejus auxilio & patrocinio fideles in omni parte mundi idola demoliuntur, cunctæque hæreses evanescunt; Gande Maria Virgo cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

4. *Salus mundi.* Regium quondam Davidis oraculum de hujus mundi universo paulò antè afflictio & desolato prædixit, venturum aliquando tempus, quo universum istud innumeris bonis cumulandum, decrepitaque mundi hujus senectus in floridam transmūtanda esset juventutem: *Qui redimis de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus; qui replet in bonis desiderium tuum, reno vabitur ut aquila juvenit tua.* Alii legunt, *senectus tua.* Andreas Episcopus Hierosoly-

Orat. 1. de
Nati.Ser. 2. de
Annun. de
Sanctis 18.Prov. 31.
14.

Isa. 33. 20.

De-
Isa. 49. 6.

Ps. 102. 4.

Serm. de
Nat.

mitanus ait: *Senio quasi confectus mundus per Mariam peccatorum senectam exiit. Unde perspicue deducitur, quanto cum jure magnus ille Parisiensis Academiae Cancellarius in die hoc Mariæ adeo sacro supplicavit dicens: Fac nos, obsecramus in hac sacratissima Nativitate tua mori peccatis, mori mundo, & vivere & renasci Deo; fac renascatur in nobis per gratiam lefus, qui vocatur Christus.*

5. *Salus mundi apparuit.* Genus namque humanum antea neminem habebat, cujus operâ ad hoc ureretur, utin ejus beneficium apud iratum Deum sese efficaciter interponeret, eumque permoveret ad revocanda indignationis & iracundiæ suæ fulmina. At vero nascente hodiernâ die Mariâ Matre Filii ejus, patrocinio & interventione ipsius roboramur, adeo ut magna cum fiducia ad ipsam recurrere valeamus, dicentes: *Sancta Maria succurre miseris, juva, &c. Non est bonum hominem esse solum,* inquit

Deus, *faciamus ei adjutorium simile sibi.* Richardus à S. Laurentio pulchre notat primum advocatum apud Patrem esse Spiritum sanctum, secundum vero Filium, tertium denique beatam Virginem: *Tertius advocatus est beata Virgo, præcipue coram filio suo, & nobis generaliter impetrat omne bonum; siquidem deerat nobis advocatus apud Filium antequam Maria nasceretur; dixit autem Pater: Non est bonum hominem esse solum, id est, non sufficit unus advocatus, aut mediator, aut intercessor humani generis in cælo, cum tot & tam periculosas habeat causas coram me; faciamus ei adjutorium, id est, beatam Virginem, qua alleget pro genere humano coram Filio, sicut*

Filius coram me; propter hoc dicitur de ipsa Psalm 88. Testis in cælo fidelis

Lib. 2. de
laud. Maria,

De fortu-

De fortunatis Nativitatis B. Virginis auspiciis, maximè quia in hoc mense Septembri accidit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Gloriosa Virginis Mariae ortum dignissimum recolamus.

1. **S**ingularis sancti Joannis Baptistæ, multoque magis magnæ Dei Matris prærogativa fuit, quod utriusque Nativitas tanto cum applausu & júbilo ab Ecclesia celebraretur; nam, ut in libro Job scribitur, illorum duntaxat die natalitio excepto, de omnium aliorum nativitate in veritate dici potest: Pereat dies in qua natus sum; omnis namque homo, qui conceptus & natus est filius iræ, potius diem suum natalem deplorandi, quam deo gaudendi occasionem habet. *Homo nascitur ad laborem; jugum grave super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum.* Ubi observandum est quòd in illis verbis nullus prorsus hominis fiat exceptio, quantumvis ille dives sit & potens: *A residente super sedem gloriosam usque ad humiliatum in terra & cinere, ab eo qui utitur hyacintho & portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo.* Veruntamen regula isthæc in hac regia infantula penitus fallit, quæ hodie in Oriente Nazareth nascitur: *Regali ex progenie Maria exorta resfulget;* ac proindè cælum & terra certatim lætantur: *Nativitas tua gaudium annuntiavit universo mundo;* neque enim risum duntaxat & júbilum, verùm etiam, si tamen id dicere liceat, paradisum ipsam secum attulit: *Emissiones tua paradisus.* Valerius Maximus scribit, in Thracia in solemni fuisse more positum, natalitium diem in continuo planctu & tristitia, mortis verò diem anniversarium in gaudio & risu transigendi; ejus consuetudinis hæc ra-

tio erat, quia nascens lachrymarum vallem ingrediebatur, morienti verò omnium laborum decernebatur meta ultima & terminus. *Nemo vitam acciperes,* inquit Seneca, *si daretur scientibus, stratagemata natura est, dare rationis expertibus.* Melius est dies mortis die nativitatis, ait etiam Ecclesiasticus, *in illa enim finis cunctorum admonetur hominum;* non verò sic in Nativitate Mariæ: ibi namque in comparatione ad alios penitus invenimus contrarium; siquidem per ejus Nativitatem cuncti ad vitam nascimur immortalem & æternam: *Consumens mortem donavit nobis vitam sempiternam.* Omnes alii quotquot nascuntur, infelicissima, valdeque deploranda habent nativitatis suæ auspicia; siquidem *Omnes nascimur filii iræ,* & quilibet nostrum dicere potest: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Beata Virgo autem specialem hanc habuit prærogativam, quod ab omni macula, etiam originali, libera fuerit, ejusque nativitas ad insinuandum dæmoni bellum, ad destruendum peccatum, & consequenter ad iram Dei mitigandam ordinata fuit. Astrologi tempus, quo homo in hunc mundum nascitur, solenter observare consueverunt, atque à planetarum aspectibus, omnibusque aliis superiorum corporum influxibus, aliqualem quoad ejus, qui in lucem edendus est, futuris fastis vel calamitosis eventibus notitiam deducunt. Enimvero in beatissimæ Virginis Nativitate cæli felicissimos vitæ ejus successus certatim prognoscere fatagunt:

Nn 3

gunt:

Eccl. 6, 2.

Job. 3, 3.

Eccl. 40, 32.

gunt: Signum magnum apparuit in celo. Potuitne hoc fortunator desiderari cœli aspectus? Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, in capite ejus corona duodecim; undè cœli, stellæ, omnesque alii planetæ ambitiosè æmulari videntur in exhibendo ei obsequio: *Qua est ista qua progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? qua est ista qua ascendit de deserto delitiis affluens?* Ac proindè quamcumque in partem oculos vestros reflectatis, benignissima invenietis nativitatis ejus auspicia. Porro dum homo aliquis nascitur, tempus ortûs illius præciso & accuratissimo calculo annotatur; ac proindè in præsenti die non caret mysterio, quòd beata Virgo hodiernâ die, id est octavo Septembris, sub ortum auroræ nascatur; etenim in duobus primis Discursibus nonnullas ponderavimus rationes, cur ad instar auroræ in sua nativitate illucescere debuerit; ac proindè huic circumstantiæ ultrà non immorabimur, sed progrediamur ulteriùs. Nascitur Deipara sole jam è signo leonis egresso, virginique signum ingrediente; quia Deus noster ad instar furibundi leonis humano generi junctus fuerat: *Leo rugiet, quis non timebit? hodie verò uterum Virginis ingressus, placidus, mitis atque benignus effectus est;* undè S. Antonius ait: *Sol materialis per zodiacum discurrens, ex signo leonis, quando est ferventissimus calor ejus super terram, intrat signum Virginis, ad innuendum, quòd sol iustitia Deus noster, ex tempore veteris testamenti, quando Deus, ut leo rugiens, erat Deus ultionum, puniens terribiliter peccatores, ferventissimo amoris calore intrans in uterum Virginis, totus factus est benignus, & suavis, & humanus.* Psalmista scribit: *Ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Et hoc quidem verum est, si superiora sæcula diem hunc antecedentia respiciamus, non vero sic deinceps, postquam apparuit benignitas & humanitas Salvatoris nostri Dei. Verùm enim vero quòd si ad mentem, in quo sanctissima Deipara nata fuerit, nos reflexerimus, certum esse inveniemus, mentem hunc non sine mysterio nativitati ejus destinatum fuisse; ab hoc namque mense Autumnus suum ducit exordium, Synagoga autem & Hebraismus tam à Prophetis antiquis, quam à Redemptore nostro sub vineæ cujusdam symbolo præfiguratus fuit,

prouti ex multis sacris textibus perspicuè deducitur; & quidem ab hac vinea progerminari debebat vitis illa, quæ dixit: *Ego sum vitis vera, à qua vinum derivatur, quod germinat virgines;* ac proindè nunquid æquum esse videbatur, ut hoc tempore maturefceret fructus ille, de quo dicitur: *Benedictus fructus ventris tui;* hunc autem simul cum sua genitrice conjunctum inveniemus, dicente Ecclesiâ: *Salve sancta Parens, enixa puerpera Regem, qui cœlum terramque regit.* Undè S. Petrus Damianus ait: *Vinea autem Domini Sabaoth domus Israel est, vinea de Ægypto transtulisti; sicut autem vinea, cum fructus toto anno expectatur, in solo Autumno colligitur, sic nimirum, sic Redemptor noster, quem lex præsignaverat, quem Propheta prædixerant, quem Sancti omnes ab Adam usque ad transactam quintam aetatem summo desiderio expectaverant, in solo Maria tempore venit.* Beata Virgo de semetipsa dicit: *Ego quasi vitis fructificavi;* fructus autem vitis hujus fuit botrus ille, de quo in sacris Canticis dicitur: *Botrus Cypri dilectus.* In Isaia quoque legimus, *Filium Virginis in cœlo empyreo in conspectu omnium hierarchiarum Angelicarum in specie vinitoris cujusdam apparuisse;* undè supremi illi spiritus eum interrogarunt: *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari?* quibus ille respondit: *Torcular calcavi solus.* In hac synagogæ vinea, & in eadem plantata Virginis vite botrus ille maturuit. Undè idem Petrus Damianus ait: *Indumentum tuum, quippè Christi, nihil est aliud, nisi corpus, quod sumpsit ex Virgine Maria; rubrum apparuit, quia pro redemptione nostra sanguinem suum fudit.* Nisi fortasse dicere velimus, B. Virginem terram illam promissionis, quæ lacte manavit & melle, id est, partum illum concepit, qui butyrum & mel comedit; è qua etiam botrus ille in ligno suspensus allatus fuit, qui filium ejus in Crucis patibulo pendentem figurabat: *Ex quo Redemptor noster velut singularis botrus voluit humanitus germinari.* Sciendum quoque est, mensem hunc populo Judæorum specialiter fuisse celebrem atque festivum. In eius namq; primo die festum celebrabatur Neomeniæ in memoriam creationis mundi. Item festum tubarum, in memoriam Isaaci ab immolatione sacrificii liberati, & arjetis in ejus locum sub-

Amos 3. 8.

4. p. tit. 15. c. 22. in fin.

Ps. 7. 9.

substituti. Decimo verò die festum celebrabatur propitiationis, in quo ad vesperam usque illius diei jejunabant, in memoriam remissionis peccati mediatore Moysè in monte obtentæ, quando populus ob peccatum adorationis vituli in manifesto erat exterminii periculo. In eodem mente pariter celebrabatur festum expiationis, in quo populus sanguine vitulæ rufæ cinere mixto aspergebatur. Denique in die decimoquinto festum agebatur tabernaculorum, quod septem diebus continuis durabat. Ac proinde meritò & summo cum mysterio beata Virgo hoc mense nascitur, quia non solum dicere potuit: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*; verum etiam quia præter figuras omnium celebritatum antiquarum in ejus hoc mundo comparitione adimpletas, festum felicissimæ Nativitatis suæ omnes alias absorbet, ad eum ferè modum, quo sol oriens omnium aliorum luminarium inferiorum lucem disparere facit. Undè meritò B. Petrus Damianus ait: *Exultemus in hac die, in qua dum beatissima veneramus Virginis ortum, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus initium, exultemus, inquam, in hac die præcipua, & totis visceribus in Domino delectemur, in qua dum Redemptoris nostri recolimus Matrem, reliquarum festivitatum celebramus originem.*

2. Aliam quoque circa hunc mensem reflectionem facere possumus, videlicet quod sicut Autumnus, qui ab hoc mense incipit, inter alia quatuor anni tempora fertilior est atque sæcundior, adeoque agricolæ hoc mense labores suos ad propositum finem vident esse reductos, id quæ per abundantem vindemiam, copiosam quæ aliorum fructuum messem: ita quoque considerare possumus quod omnia suspiria, gemitus, & spes ac desideria cunctorum mortalium abhinc quinque millium & plurium annorum in fortunatissimo hoc Nativitatis Mariæ autumno adimpleta sint, desideratum quæ suum sortita sint finem. Meritò autumnali tempore nascitur (inquit idem Damascenus) ut jam veluti in autumno, totius sæculi fructus spiritualium arborum comeda-

tur. Undè beatissima Virgo filio suo dicere potuit: *Omnia poma nova & vetera dilexerunt, servavi tibi*; liquidem per ejus natalitia omnes figuræ, allegoriæ, prædictiones & mysteria veteris & novi Testamenti adimpleta fuere, omnesque gratiæ & dona, quæ inter alios tam sub lege gratiæ, quàm scripta, vel etiam Evangelia prodeuntes Sanctos fuere dispersa, Mariæ celsere in unum indivisum cumulum congestæ. Dicit etiam potest ideo illam hoc mense natam esse, quia juxta gravissimorum Authorum opinionem hoc quoque mense creatus est mundus, & consequenter prima mater nostra Eva, quæ universo humano generi irreparabiles intulit ruinas atque ærumnas: at vero magna Dei Mater, quod *Eva tristis abstulit, reddidit almo germine*. Undè S. Hieronymus ait: *Quicquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Maria; id quod B. Petrus Damianus confirmat dicens: Per mulierem infusa est maledictio terra, per cujus manum potus amara mortis porrigitur, per eam quoque dulcis vita poculum exhibetur, largissimum benedictionis nova fluentum detersit maledictionis antiqua contagium.* Similem quoque considerationem S. Epiphanius hisce verbis expressit dicens: *Eva mortis causa facta est hominibus; per ipsam enim mors ingressa est in mundum, Maria verò causa vita, per quam genita est nova vita.* Ratio autem, qua præfati Authores moventur, ut mundum hoc mense creatum fuisse existiment, hæc est: quia in ipso mundi exordio arbores fructibus erant onustæ, omnesque plantæ suo erant instructæ semine; adeoque sicut mundus ab hoc mense duxit exordium per creationem, ita quoque conveniens erat, ut in eodem mense redimeretur & restauraretur per Nativitatem Mariæ, quæ est eum enixa filium, quem totus non capis orbis, veniret quæ ad nos totius generis humani Redemptor,

Cant. 7. 13

Serm. de Assumpt.

Lib. 3. cap. 78.

Hom. 48. de Nat.

Hom. 47.

Nobilitas

Nobilitatis encomium in Nativitate beatæ Virginis relucens
consideratur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Regali ex progenie Maria exorta resulget.

Illustre illud nobilissimæ progeniei
magnæ Matris Dei encomium à san-
cta matre Ecclesia permagni temper
æstimatum fuit ; siquidem Spiritus
sanctus , qui Ecclesiæ est director,
hanc ejus prærogativam sæpè sæpius
in hac solemnitate celebrari insti-
tuit , undè non solum in prædicta loco thematis
assumpta Antiphona , scilicet : *Regali ex progenie
Maria exorta resulget* ; sed & in pluribus aliis
locis honorificentissima sit ejus commemoratio :
*Nativitas gloriosa Virginis Maria ex semine
Abrahæ , orta de tribu Iudæ , clara ex stirpe Da-
vid.* Verùm , inquit fortasse , quodnam in eo la-
tet , quòd Deus ille , qui habitum quandam servi-
lem sibi elegit *formam servi accipiens* ; qui etiam
vitam quandam neglectam & ignotam om-
nibus ducere voluit ; undè ait : *Ego autem
sum vermis & non homo , opprobrium homi-
num & abjectio plebis* ; qui denique eo potis-
simum sine in hanc terram descenderat , ut nos
humilitatem , nostrique ipsius contemptum suo
exemplo perfecte doceret ; ideoque dixit : *Disci-
te à me , quia mitis sum & humilis corde* , quòd ,
inquam , ille Deus noster Matrem suam sibi ele-
gerit Matrem talem , quæ profapâ esset regiâ
oriunda , *Regali ex progenie ? Quid nobilior
Dei Matre ?* querit S. Ambrosius ; quasi diceret :
Nullus unquam homo fuit , nec ullus deinceps
futurus erit , qui Virginis nobilitatem fuerit af-
fecutus : *Regali ex progenie Maria.*

Serm. 2. de
Virg.

Orat. 23.

2. Nobilitas , uti ex textu quodam S. Gregorii
Nazianzeni deducitur , à tribus præcipue dici
potest suam trahere originem , videlicet à Deo , à
sanguine , & à virtute : à Deo quidem , eo quod a-
nima nostra ad imaginem & similitudinem ejus
fuerit creata , & hæc nobilitas & excellentia om-

nibus quidem est communis hominibus , verun-
tamen in B. Virgine incomparabiliter excellen-
tius emittet , quàm in aliis , etiam Angelis ; siqui-
dem ipsa Deum enixa est ad imaginem & simili-
tudinem nostram , adeoque sicut ipsa creata fuit
ad imaginem & similitudinem Dei , ita quoque
ipsa vicissim gloriari potest se certo quodam mo-
do Deum genuisse ad hominis imaginem & simi-
litudinem : *Ecce Deus quasi unus ex nobis factus
est.* Secunda prærogativa nobilitatis est à san-
guine , inquit Sanctus , *cujus ratione haud equidè
scio , an quisquam nobilis dici possit , cum corrup-
tione constet.* Beatissima Virgo autem adeo
pulum & immaculatum sanguinem habuit , ut
postquam illum in filium transfudit , mox æter-
na Veritas de eodem sanguine allerat : *Non*
dabis Sanctum tuum videre corruptionem Est
porro multorum gravium Authorum opinio ,
quòd illam ipsam carnis substantiam , quam
Salvator noster à sua Genitrice assumpsit ,
nunquam perdidit , nec illa unquam per
caloris naturalis operationem resoluta fue-
rit ; sed quòd illa ad majorem magnæ Ma-
tris suæ honorem semper eadem & invari-
ta remanserit , adeo ut ipsa filio dicere pos-
sit : *Substantia mea apud te est.* Undè Euse-
bius Emislenus ait : *Sanguinem , quem etiam
pro Matre obtulit , de sanguine Matris acce-
pit ;* adeoque non video qua ratione nobili-
tas aliqua non solum dari , sed etiam imagina-
tione apprehendi possit , quæ sit ratione sangui-
nis istâ præclarior ; imo secundum ipsas quo-
que mundi leges certum est , nobilitatem ali-
quam tantò majoris æstimandam esse , quantò
progenies ipsius fuerit antiquior : jam vero
sola Virgo hanc sibi gloriam vendicat , quod
quoad hanc excellentiam sit omnibus crea-
turis

Pf. 15. 10.
Suarez. 1. 2
in 3. p. q. 27
art. 1.

d. 1. art. 5.

Hom. 1. de
Nat.

Tom. 1. ser.
60. ar. 1.
§. 1. 2.

Cap. 7.

uris etiam Angelicis longè anterior & præclarior, siquidem ipsa summa cum veritate dicit: *Ab initio & ante secula creata sum, primogenita ante omnem creaturam; Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio.* Et Bernardinus ait: *Fuit ergo E. Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, quæ in humana natura fuerint: aut possint, aut potuerint generari, idque probat ex Evangelio S. Matthæi hodie lecto, ubi Evangelista recenset ter quaternas generationes ab Abraham usque ad Christum inclusive, & describit eam fuisse natam de quatuordecim Patriarchis, de quatuordecim Regibus, de quatuordecim Ducibus; unde patet etiam quod Dominus Iesus Christus, qui sine matre fuit in cælis & absque Patre in terris, totam à Virgine humanitatem recepit atque dignitatem.* Ad quod verba illa alludere existimo, quibus Spiritus sanctus gressus Mariæ ingenti cum stupore celebrat & exultat, dum ait: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis?* Sciendum est enim quod Romani in sincera nobilitatis signum, Lunam in pedibus suis deferre soliti fuerint, ac proinde ob hoc fortasse mysterium S. Joannes ipsam Luna calceatam fuisse vidit: *Et Luna sub pedibus ejus. Persæ in nobilitatis infallibile indicium Solem sibi vendicabant; Mulier amicta Sole: Græci in eundem finem stellis utebantur; Et idem in capite ejus corona stellarum duodecim.*

3. Denique tertia Nobilitatis excellentia, quæque vel maximè æstimanda est, ut Nazianzenus scribit, à virtute agnoscitur. Unde S. Hieronymus ad Demetriadem scribit: *Ille clarus, ille sublimis, ille fit nobilis, ille tunc integrè nobilitatem suam se servare putet, si dedignetur servire vitiis, ab eisque separari.* Ad Celantiam quoque sic scribit: *Apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus. Quid autem apud Deum in viris nobilitas Petro, qui piscator & pauper fuit? Quid in foeminis beata Virgine illustrius qua sponso fabri desponsatur? Paulò post verò nobilitatem Mariæ cum Petri nobilitate comparans protinus subiungit: *Sed illi piscatori & pauperi cælestis regni à Christo creduntur claves: Hac sponsa Fabri meruit esse mater illius, à quo ipsi claves datae sunt.* Ennodius in vita S. Antonii ita de ea scribit: *Quamvis de splendore natalium Mansi Santhuaris, Tom. III.**

Cap. 2.

conscientia jubar hauserit, tamen fulgorem stirpis præcipuè morum radijs obumbravit. Id ipsum nos quoque de beata Virgine dicere possumus, quæ non solum propter stirpem & progeniem suam, & propter Matris Dei sublimissimam dignitatem, sed multo magis propter heroicarum virtutum suarum excellentiam nobilissimæ profapiæ suæ prærogativas quantumvis rarissimas & præclarissimas longè superavit & vicit: Unde B. Petrus Damiani in hoc festum ita scribit: *In humano genere ille nobilis dicitur, qui claris majorum titulis insignitur, Beata Virgo Maria, licet de generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissima nobilitatis genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus, & per clarissimam sobolem omnem humani stemmatis excedit nobilitatem, clara proavorum tituli, sed clarior generositate proliis, filia siquidem Regum sed mater Regis regum: Veruntamen, ut verum fatear, Nobilitas & dignitas matris Dei maximè æstimanda est propter eminentissimæ virtutis & sanctitatis suæ merita; ac proinde Guericus Abbas ait: *Regali siquidem ex progenie Virgo electa est, generositatis quidem regis nobilis proles, sed virtutis regis nobilior indoles.* S. Justinus Martyr quoque hac de re ita scribit: *Beata Virgo beatior prædicanda est ob virtutem quam habuit, propter quam meruit esse mater Dei, quam ob ipsam matris dignitatem.* Et quidem si ad hujus animati templi Dei, quod vertice suo cælum tangit Empyreum, (siquidem de Filio Altissimi dicitur: *Et erat subditus illi: sapientia edificavit sibi domum, id est genitricem suam*) fundamentum oculis nostros dirigamus, fundamentum ejus humilitas fuit. Unde Petrus Blefensis ait: *Epist. 3. Dei filius in beata Virgine, licet ipsa de sacerdotali & regali stemmate duxisset originem, non nobilitatem sed humilitatem elegit, respexit, inquit, humilitatem ancilla sua.* S. Hieronymus in Epitaphio sanctæ Marcellæ ait: *Ad Principiam. Nihil in illa laudabo, nisi quod proprium est, & eo nobilitus, quod opibus & nobilitate contempta, facta est paupertate & humilitate nobilior.* Porrò ipsam in Dei matrem fuisse electam, opus quoddam est Divinæ magnificentiae, at verò quòd se humillimam appellavit ancillam, idque eo tempore præcipuè, quo mater Dei futura declarabatur,*

Hom. 47.

Ser. 1. de
Annunt.

De Fide
Orthodo-
xa q. 136.

Ad Prin-
cipiam.

Specialissima fuit virtutis suæ prerogativa, sicut etiam quod se Maternitate Dei per innocentiam & sanctitatem suam dignam reddiderit. Quis autem de hac ejus à virtute derivata nobilitate pro dignitate effari quid poterit? Certissimum est, quod sicut illa cuius humano imò & Angelico intellectui est imperceptibilis, ita quoque consequens sit, quod prerogativa hæc simul sit indicibilis & inexplicabilis. Gerson de ejus Conceptione scribens, ait: Virtutes fecerunt atque formarunt corpus & animam personæ sanctæ, id est, Virginis, quia cum ipsius parentes senes fuerint atque steriles, ideo ipsa non tam naturæ, quam gratiæ partus quidam fuit, unde id quod Guericus Abbas de Anna illa Prophetissa scribit, nos quoque illi attribuire possumus, dicendo: Vivum in emortuo corpore simulachrum totius virtutis; Ex fructibus eorum cognoscetis eos, inquit Christus. Et quidem virtus Mariæ aded congenita & connaturalis extitit, ut Thumaturgus de illa scribat, quod ab ipsa virtutes virgines denominantur; ab utero etenim matris suæ virtutes & gratiam secum attulit, id quod de nulla alia creatura verificari potest. Siquidem prius ipsa sancta, quam nata dici potuit. S. Antoninus verba illa Sapientis: Flores mei fructus honoris & honestatis, benè considerans, quærit, quod si fuere flores, quæ igitur ratione fructus denomi-

nari poterant? Et responderet: Flores sunt inchoationes fructuum, ubi ergo in aliis Sanctis virtutes sunt, quasi flores imperfectæ & incompletæ respectu virtutum patriæ, in ea & fuerunt isti flores fructus, quia virtutes habuit quasi ad modum patriæ aliquo modo; Et exponens illa verba: Emissiones tuæ Paradisus, dicit: Emissiones dicuntur operationes ex ventre mentis procedentes, ista fuerunt Paradisus, quasi similes operationibus eorum, qui sunt in Paradiso, ad id perfectæ fuerunt. Tertia prorsus sunt illa S. Ambrosii verba: Sit nobis tanquam in imagine descripta vita Maria, de qua velut ex speculo refulget species castitatis & forma virtutis. S. Eucherius dicit, quod Angelus Verbi futuram ex ipsa incarnationem annuntians, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circumscripta Alius quoque Author nobilitatis ejus excellentiam ex eo populo, unde sitam habuit progeniem, egregiè deducit, dicens: Radicavit in populo honorificato, apud enim solum illum populum, in quo magnopere honorificato radicata est, unius Dei cultus observabatur, omnibus aliis populis ad idolorum spurcissimam prolapsis; ibi veræ virtutis suos habet numeros, veræ religio suos habet ritus, ceremonias, & sacrificia.

Hæc Super
Missus est.

In hoc
Clic. ser. 4.
de Nativ.

Ser. 2. de
Purif.

Orat. 2.

p. 4. tit. 15.
1. 6. § 16.



De variis motivis lætitiæ totius universi in Nativitate Virginis
Mariæ.

DISCURSUS NONVS.

*Nativitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntia-
vit universo mundo.*

I. **B**. Petrus Damianus nos in hoc fortunatissimo die invitatur, ut propter diem Nativitatem beatissimæ Virginis impensè gaudeamus, idque adhibito hoc valdè considerabili motivo, quia scilicet hæc solemnitas hodierna causa est & origo omnium aliorum festorum quæ celebrantur per annum in sancta DEI Ecclesia: Exultemus igitur in hac die, in qua dum beatissima veneramus Virginis ortum, cunctarum etiam novi Testamenti festivitatum celebramus in tuum Ratio autem illius esse potest, quia per ejus Nativitatem omnes renascimur ad vitam immortalem: Hodie nata est illa, per quam omnes renascimur; Natales Sanctorum qui per totius anni decursum in Ecclesia celebrantur, omnes suam ab hisce natalibus trahunt originem, siquidem Virgo Deipara viva fuit sanctitatis in cunctis aliis scaturigo, eò quod sine ipsa nulla penitus participetur gratia, cum illa sola aperuerit Paradisum; Agedum igitur, inquit Sanctus: Quæ cunctis Solemnitatibus est antiquior tempore, nequaquam esse debet inferior dignitate. Legatur obsecro, inquit idem Sanctus, & mente recolatur exultatio illa & gaudium, quocum olim à Salomone templum dedicatum fuit, indeque qualibet fidelis anima efficax colligat jubili motivum, cum enim hodie templum quoddam consecratur non ex lapidibus lignisque erectum, sed vivum quoddam Sanctuarium, in quod Majestas Altissimi visibiliter & corporaliter descendit: Quale quantumque gaudium B. Maria Nativitas populo Christiano debet asferre, in cunctis usque, & ubi revera sacratissimum

templum, Deus ipse descendens, & humanam naturam ex ea suscipere, & cum hominibus dignatus est visibiliter habitare Deus ille qui in superna cælorum sede clausus, & à facie terræ absconditus latebat, ideoque vix à parvulo quodam Judææ angulo agnoscebatur: Notus in Iudæa Deus, ille idem hodie per Mariæ Nativitatem toti mundo se cognoscendum præbet; & quia antea humanis oculis invisibilis erat: Non videbit me homo: Baruc. 3. Regi seculorum immortalis, invisibilis, soli Deo, 38. de eo hodie postquam Virgo nascitur, illud invenimus adimpletum esse oraculum: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est Sanctæ Brigittæ à Deo revelationum fuit, quod tamen ardentissimus DEI nostri amor & charitas in cunctis cælis egregiè scintillarit, indeque indicibilis gaudii jubilus ipsis quoque Angelis causatus fuerit, (siquidem per illam charitatem non solum de negotio redemptionis humanæ, verum etiam de restauratione Angelica agebatur) ex hoc tamen humano generi redemptio secundum æternam Dei providentiam venire non poterat, antequam Maria esset genita, in qua tam fervens charitatis ignis accendi debebat, ac proinde Sancti omnes Nativitati ejus jure meritissimo applaudunt, videlicet videntes divinarum promissionum adimpletionem, nostramque tot sæculis desideratam, totque suspiriis & votis expectatam redemptionem ad eò nobis esse vicinam; unde S. Joannes Damascenus ait: Voluptatem ferre Orat. I. nequeo, vincor miraculis lymphatum me reddidit de Nat. affectus; vincat cupiditas, cedat metus, cancet in cithara spiritus; latentur cæli & exultat terra, hodierno die steriles porta aperuntur, & virginea ac divina janua prodit, ex qua, & per quam

quam DEVS in orbem terrarum corporaliter introiit. Profectò excessivi jubili motivum est, non solum natales videre beatæ Virginis verum etiam filii DEI in hanc terram adventum; vix enim sancta hodie nata infantula in cunis apparet, cum tamen proinus tenellam hanc puellulam fasciis etiamnum involutam, tanquam Altissimi Genitricem hunc in modum veneramus: *Nativitas tua DEI genitrix Virgo salve sancta parens enixa puerpera Regem, qui cælum terra-que regit, ita enim hodie in Missæ introitu pariter cecinimus,*

2. *Gaudium annuntiavit universo mundo* Mundus tempore natæ Virginis aded densis immerfus erat tenebris, ut Ægyptiis similes esse videntur, & quæ fuerunt illæ Pharaonis, qui dicebat: *Nescio Dominum; quod si enim oculos vestros per sæcula anteriora & præterita in terram deflexeritis, invenietis utique omnes falsa adorasse idolorum simulachra, solo excepto Israëlítico populo, sed & hic se adversus DEUM rebellem exhibuit, eamque agnoscere noluit ut Dominum; unde dicit saias: Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognovit. Veruntamen, benedictus Deus, hodie Nativitas tua gaudium annuntiavit universo mundo, siquidem nova lux oriri visa est, quando nobis lux Mariæ illuxit. Mulier amicta Sole, dissipatæ sunt omnes tenebræ idololatriæ, aperti sunt mortalium oculi, & in illam lucem directi, quæ erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. David in Psalm. 37. in spiritu prophetico de cœlestis hujus infantulæ Nativitate sub symbolo Civitatis DEI tractat, dicens: *Fundatur exultatione universa terra, DEVS in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam. tunc enim DEUS se tanquam verum Deum agnosci, recipi, & adorari fecit, quando uteri illius virginalis est ingressus hospitium, cujus hodie dici potest, accepisse possessionem. Dum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet. Prò quantum quamque diuturnum fuit illud ab omnibus & singulis mortalibus per quinque annorum millia maximè à laudibus & benedictionibus Dei servatum silentium! S. Bernardus ait: Angelus non loque-**

batur amplius homini, Patriarcha defecerat, deerat Propheta, sacerdos avaritia studebat, Dux non inveniebatur, quando venit Dominus, erat enim Dominus non solum parvulus, sed fere nullus in conspectu hominum, quia defecerat laus ejus quasi totaliter, laudabantur idola, non verus DEVS, Virgo beatissima autem ipsa sola fuit, quæ post tam diuturnum à Divinis laudibus decantandis servatum silentium, suam in Divinas laudes pronuntiandas linguam laxavit, dum ait: Magnificat anima mea Dominum, Et exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo; quas easdem laudes demum profecuti sunt S. Elisabeth, S. Joannes Baptista, & S. Zacharias, omnesque alii deinceps, aded ut hodie adimpleatur, quod à Solis ortu usque ad occasum laudabile sit nomen Domini.

3. *Gaudium annuntiavit universo mundo.* Porro genus humanum à crudeli Pharaonis infernalis tyrannide aded opprimebatur, ut ipsos quoque filios suos eidem in sacrificium & holocaustum offerre cogentur: *Immolaverunt filios suos & filias suas Damonis dijs, quos ignorabant; Beatissima Virgo autem caput hujus serpentis, & draconis pestilentialis potenter contrivit: Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilavi se amica mea, inquit Spiritus sanctus per os Salomonis in Canticis. At verò dic fodes, qualesnam erant hæc turmæ militares equestris, quas populus Dei ex Ægypto recedens in sui adiutorium paratas habebat Neque enim verisimile est, quod se in regno illo, ubi adeo oppressus debebat, sese armare potuerit, maximè armatura tam exquisita qualis est equestris? Rupertus Abbas Tuitiensis per armaturam hanc virgam Moysis intelligit, qua mediante equites pariter & pedites prostravit, vicitque Pharaonem: *Currus Pharaonis valde multi fuerunt ferro armati, equitatus autem meus virga una fuit; magnum spectaculum respicienti ex una parte currus Pharaonis, & ex altera parte equitatus meum in unica virga, & quot non putavit hæc virga alia prodigiosissima miracula? Dubium autem nemini esse potest, quin virga hæc expressa Virginis figura fuerit: Egredietur virga de radice Jesse; hæc etenim Pharaonem infernalem**

Cant. 1. 3.

prostra-

Isa. 1.

Ps. 47. 4.

Sap. 18. 14.

Ser. de Advent.

Ser. de Af-
sumpt.

Hom. 47.

Heb. 1.6.

Spec. Hi-
storial lib.
6. 65. lib 7.
c. 13.

prostravit ac debellavit, & vicit Infernum. Unde beatus Petrus Damianus ait: *Hæc est virga illa, qua retunduntur impetus adversantium Demoniorum, virga per quam fiunt signa & mirabilia.*

4. Gaudium annuntiavit universo mundo. Gaudium istud ad ipsos quoque Angelorum in cælis commorantes exercitus transfusum fuit. Unde idem Damianus ait: *Per hanc beatissimam Virginem non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelica sublimitatis augetur, quia dum homo ad superna reducitur, illorum numerus, qui diminutus fuerat, reparatur.* Nonnulli quo ad hanc felicissimam Virginis Nativitatem devotè meditantur, quod sicut Angeli ad venerandam verbi Nativitatem sese reverenter & venerabundè prostrarunt, juxta illud Apostoli hæc de re editum testimonium: *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adoret eum omnes Angeli Dei.* Pari quoque reverentia Nativitatem beatæ Virginis Mariæ matris Dei & Reginæ ipsorum, postquam hæc iis revelata est, fuerunt prosecuti. Refert Vincentius Bellovicensis de quodam solitario magnæ sanctitatis viro, eum quovis anno in hæc nocte quandam audivisse suavissimam musicam, unde obstupefactus, DEUM ut sibi musicæ illius mysterium aperiret, instantè rogavit, cum ecce apparens ei Angelus quidam dixit: *Virgo perpetua, quæ Deum genuit, hæc nocte nata est, quod licet ab hominibus ignoretur, ab Angelis celebre habetur, scribuntque aliqui, quod postquam revelatio hæc passim divulgata in Pontificis quoque venisset notitiam, tandem decretum fuerit, ut Nativitas Mariæ deinceps inajori cum solemnitate celebraretur. Gaudium est coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente; inquit beatissimæ Virginis filius; unde facili argumento concludi potest jubilus & gaudium infinitum, quibus perfusæ fuerunt Hierarchiæ Angelicæ in Nativitate Virginis, quæ peccatorum futura erat refugium, cujusque opera ad penitentiam reducendæ erant innumerabiles animæ, quibus civium cælestis Jerusalem numerus micè adaugendus, Angelorumque sedes vacuæ reimplendæ erant.*

5. Gaudium annuntiavit universo mundo, Beatus Petrus Damianus ait: *Hodie nata*

est regina mundi, fenestra cæli, janua Paradisi, Tabernacula DEI, Stella maris, scala cælestis, per quam supremus Rex humiliatus ad ima descendit; & homo, qui prostratus jacebat, ad supremam exaltatus ascendit; quibus in verbis vel maximè consideranda sunt duo illa epitheta, quibus tum porta, tum fenestra cæli appellatur. Porro per fenestram ut plurimum domos ingredi latrones solent, per portam verò tum Domini & Patroni domuum, tum cæteri earundem domestici intrant, ac proinde utroque hoc titulo insinuat, quod Mariæ intercessione non solùm iusti, sed & peccatores salutem suam assequantur. Veruntamen adhuc nimis parum de ea dixit, dum eam cæli portam vocavit, siquidem insuper de ea certò quodammodo dici potuit, quod per ejus Nativitatem cælum ipsum statione sua relicta in terram descendisse videatur, quippe cui sponsus ejus, id est, Spiritus sanctus dixit: *Emissiones tuæ Paradisus.* Sanctus quoque Joannes Damascenus de ejus Genitoribus ita scribit: *O beatum ventrem, qui vivum cælum cæli ipsis latius peperit; etenim in cælo aurora, Sol, Luna, Stellæ promicant, & de ipsa Ecclesia canit, quasi aurora surgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, & in capite ejus corona Stellarum.* Idem quoque Damascenus iterum de illa sic loquitur: *Hodie ex terrena natura cælum in terra ille condidit, qui olim firmamentum ex aquis fixerat, atque in altum extulerat, ac sanè hoc illo longè divinius est, nam qui in illo solem effecerat, ex hoc justitia Sol ortus est.* Albertus Magnus ad idem propositum querit, quâ ratione Deus in utero Virginali recludi, & cæli Empyrei amplitudo in obscuri illius carceris angustias, ubi ei Angelicorum exercituum decrat obsequia, transmutari poterit? & respondet: *Dominus quando descendit, non sine cælorum regno fuit, sed cælos cælorum, imo Regem cælorum secum traxit. Id quod S. Ambrosius confirmat, ita scribens: Non tam mutasse videtur sedem Dei filius, quam transfuisse.*

Orat. 1. de
Nat.Hæc sup
missus est.
c. 36.In Apol.
David

6. Gaudium annuntiavit. Sanctus Joannes Evangelista scribit quandam ipsius Sapientiæ incretæ parabolam, nimirum quod mulier post superatos partus dolores tanta pertundatur gaudii abundantia, ut omnia exinde deponat tormentorum

præteritorum memoriam: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus; cum autem peperit puerum, jam non meminit pressura propter gaudium, quia natus est homo in mundum.* Circa quam parabolam Alcuinus ait: *Mulier ista est Ecclesia; hæc autem hodie omnium ærumnarum, afflictionum & adversitatum per quinque annorum millia pressuram deponit memoriam, eo quod in lucem prodire videat Genitricem Dei illius, de quo scribitur: Et homo factus est, & de quo Psalmista prædixerat: Homo natus est in ea, idque vel maximè quia probe novit quod homo iste, ad hominem redimendus & salvandus in lucem prodit: Propter nos homines,*

& propter nostram salutem descendit de calis & incarnatus est de spiritu S. ex Maria Virgine; Et homo factus est. Imò Deus ipse in hac virginis Nativitate impensè gavissus quoque est, prouti Orosius optimè hisce verbis ponderat: *Latatur primum Deus, vel ut solat artifex gaudere, cum perficit opus optimum quod illi maximè placet, condito hoc universo requievit Dominus die septimo, quo loco verbum Hebraicum significat Gavissus est, quod cum ita se habeat, multo facilius credere possumus deum gavissum fuisse nascente in hunc mundum magna sua matre, quæ de hoc creatore pariter & filio suo dicit: Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.*

Conc. 1.
de Nat.

Explicantur mysteria aliquot, ob quæ S. mater Ecclesia B. Virginem, mox ut nata est, nobis videndam præbeat ut matrem.

DISCURSUS DÉCIMVS.

De qua natus est IESVS, qui vocatur Christus.

1.

Quis in hac solemnitate Nativitatis Mariæ non admiraretur & obstupescat, dum ex una parte infantulam quandam ante pauculas horas ex matris utero egressam spectat, ex altera verò partem eandem à toto Christianismo ut matrem & Genitricem altissimi dei agnosci & adorari videt? etenim Ecclesia non moratur, nec differt eam velur matrem dei agnoscere, donec verba illa protulerit: *Erat mihi secundum verbum tuum*; sed hodie eidem fasciis etiamnum involutæ non solum sublimissimam illam matris Dei dignitatem augurat, sed potius eandem actualiter celebrat & adorat, ut matrem divini partus sui amplexibus obstrictam, non enim dicit Evangelium: *De qua nasciturus est Iesus, sed de qua natus est.* In introitu missæ quoque videri potuisset, aptius factura Ecclesia, si illum hisce verbis insinuat: *Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore B. Mariæ Virginis,*

de cuius Nativitate gaudent Angeli; Id tamen eidem facere ne utiquam placuit, sed potius hisce verbis illum canit: Salve sancta parens enixa puerpera Regem qui cælum terramque regit in sæcula sæculorum; non dicit quod ipsum paritura sit, sed quod ipsum de facto hodie in lucem ediderit. De sancto quidem Joanne Baptista olim vi cini dicebant: *Quis putas puer iste erit in tempore futuro;* at verò de B. Virgine Ecclesia pleno ore canit, quod *Genitricis dignitatem obtinuit, & in Antiphona ad magnificat: Ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster.* Quodnam igitur in colat mysterium, quòd Ecclesia B. Virginem etiam dum adhuc infans est, veneretur ut matrem, licet in immaculatis ejus visceribus Incarnatio verbi nondum sit consummata? mysterium istud in hoc discursu breviter expediemus.

2. Ad dubium istud aliud responderi nequit, præterquam verba illa, quæ ab ipsa sæpe numero replicat; nimirum *ab initio & ante sæcula creata sum.* P. Petrus Damianus ait: *Qui antequam nasceret, talem creavit eam,*

ut ip

ut ipse dignè nasci potuisset ex ea, de qua Prophetæ David multo ante prædixerat: Mater Syon dicit homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus; Creatus est ex ea, quæ creavit. Sergius Hieropolitanus author Græcus à P. Canisio citatus, dum in hoc festum scribit, unumquemque ad congaudendum invitavit hisce verbis: Venite fideles omnes, cursu quodam ad virginem contendamus, in illa nascitur, quæ antequam nasceretur Dei mater futura designata est. Nicephorus pariter ab eodem Authore citatus de Maria scribit: inventa est B. V. Maria dignum, Deumque decens verbi domicilium, etiam ante Nativitatem Deo consecrata. Etenim increata hæc sapientia in matrem suam ab æterno elegit, unde non sine mysterio, titulus ille sedes sapientia ei adscribitur, fuitque sublimis illa dignitas ei collata priusquam in genitorum suorum utero esset concepta, imò priusquam cæli & terra esse suum ab omnipotenti Dei manu acciperent: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret, à principio ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Dies natalitius B. Virginis in tantum hodie ab Ecclesia solemnizatur, non solum quia ipsa hodie à materno utero egressa fuit, verum etiam quia longè ante, ab æternitate videlicet, per decretum divinum in supremo sanctissimæ Triados consistorio conditum, suum in divina mente ortum habuit, de quo ortu intelligenda sunt verba illa Davidis: Te cum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero anto luciferum genuiste. Etenim tametsi multi sancti Patres Textum illum de æterna ejusdem Verbi generatione interpretati fuerint, nihilominus sanctus Justinus Martyr, Tertullianus, Hesi-chius, & S. Augustinus illum de ejusdem Verbi ex utero virginali facti generatione etiam exponunt; Lytanius juxta versionem aliorum legit: De matrice aurora tibi res adolescentia tua, intelligendo per auroram, beatissimam Virginem; alii legunt: ab aurora, alii: præ aurora, denique alii ante auroram.

3. Verum inquires, ex quo textus Evangelicus expressè dicat, de qua natus est Iesus, quomodo igitur ante B. Virginem natus fuisse dici poterit? ad hoc igitur responderi quidem potest, quod sicut aurora licet Solem præcurrat, hic tamen aurora anterior & prior est, utpote, quæ ejusdem solis effectus est, ad eua-

dem quoque modum dicere possumus, Verbū ante Mariam matrem suam genitum fuisse, quia Verbum prius Matris suæ creator & pater extitit quam Redemptor & filius ejus fieret, nihilominus certo quodammodo asserere possumus, quod tam Mariæ quam Verbi natales coæterni quasi fuerint, siquidem Maria quoque dicit: Ab initio & ante sæcula creata sum In cujus confirmationem optimè servit celeberrimus illo titulus, quo B. Virgo Maria à S. Bernardo, nec non à S. Chrysologo vocatur *Negotium omnium sæculorum* Gravissimum maximèque arduum negotium, quod unquam in omnibus sæculis à primo die, quo conditus est mundus, tractum est, fuit postulatio, & summo cum cordis desiderio expectatio Nativitatis B. Virginis in carnem, hanc certatim suspirabant Angeli & homines, cælum & terra. Et quidem Eva prima fuit, quæ illam nobis aliqua saltem ex parte adumbravit, dum appellatur: Mater cunctorum viventium: ò Dei digna filia, inquit S. Joannes Damascenus, humana natura venustus, & primogenia Eva cor rectio, mulierum ornamentum Certabant inter se sæcula quodnam ortu suo gloriaretur; quot in veteri Testamento figuræ fuerunt, quibus Nativitas B. Virginis in hunc modum expressa & delineata fuit. S. Bernardus ait: *Patribus cæli: repromissa, mysticis oraculis præfigurata, oraculis prophetis prænuntiata, hanc sacerdotalis virga, dum sine radice floruit hanc Gedeonis vellus, dum in medio sicca arca manduit; hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, quæ nulli unquam patuit, præsignabat; hanc denique præceteris Iſaias nunc virgam de radice Jesse orituram promittebat, nunc evidentius virginem parituram prænuntiavit, adeoque tot præterita sæcula, ante omnes Patriarchas, Prophetas, omnesque alios à Deo illuminatos sanctos, priusquam à suis Genitoribus concepta, nedum nata esset, illam vnenata sunt, & tanquam veram Dei matrem humillimè & sublimissimè salutarunt. P. Canisius de Nativitate Virginis tractans scribit, quod tametsi hic dies nos ad sui solemnitatem præcipuè propter virginis partum invitet, nihilominus nos ad sublimiorem & nobis penè incomprehensibilem electionem ac prædestinationem contemplandam excitat, quomodo hæc ipsa Dei mater inde ab æterno in mente & præordinatione divina vel nata, vel prædestinata, & præ sanctis aliis electa, dilecta, & ornata,*

Ser. 2 de Pent.

Orat. de Nat.

Ser. super Magnificat.

omni que virtute & gratia repleta fuerit, adeo ut in orbem edita verissimè diceret: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.

4. Notandus est valdè specialiter modus ille loquendi, quo S. Matthæus post delineatam nobis Salvatoris Genealogiam utitur, postquam enim omnes Salvatoris progenitores recensuisset, priusquam ad alia enarranda progrediretur, dicit in tempore præterito imperfecto. *Chr. sti autem generatio sic erat & immediata* (subjungit: *Cum esset desponsata Mater ejus Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto*). Dicere etenim quis posset, videri expedientius Evangelistam locuturum fuisse, si dixisset, *Christi autem generatio sic fuit*, non verò sic erat. Responderi posset, ad fuisse Evangelistam, quia voluit nos docere modum, quo filius Dei in Maria nasceretur, id est, operâ Spir. sancti. Veruntamen responsio hæc non satisfacit, quia etiamnum dubium remanet, scilicet cur Evangelista dicat sic erat enim, non verò sic fuit, cum tamen dicendo, sic fuit, nihilominus conceptionem Christi opera Spiritus sancti non verò Virilis feminis fieri explicare potuisset? Respondeo igitur hoc loquendi modo Evangelistam usum fuisse, ut nos exinde intelligeremus, quod priusquam ex Maria nasceretur in tempore, jam dudum ante, ab æterno scilicet, erat etiam tanquam natus in Maria ex Matre, tamen ab ea nondum in carne genitus esset. Unde Chrysologus ait: *Cum esset desponsata mater ejus Mariæ, virginitate sponsa, sæcundæ mater, mater viri nesci, partus conscia, aut quomodo non ante conceptum mater, qua post partum virgo? Mater aut genitrix quando non, qua sæculorum generavit auctorem, remissiones tuas Paradisus malorum punitorum.* Cujus sententiæ ultima verba ipsi in ordine ad Nativitatem ejus adaptantur; at verò quidnam mysterii in hisce malis granatis reclusum deliteat? advertendum est igitur, quod malum granatum Rex veluti aliorum fructuum jure dici possit, in cujus signum coronam gerit in vertice, neque natura in ordine ad dandum illi hoc diadema tempus illud præstolatur, quo fructum protulit, sed eo quoque redimitus est mali granati vertex, dum pomum illud etiamnum flores ait. Ecce igitur tibi hac in re occultè latens mysterium ingens, B. Virgo eo tem-

pore quo nascitur, dicitur similis alicui malograno, ad denotandum quod Deus electurus illam in matrem suam, & consequenter ad designandam ipsam cœli Imperatricem expectare nequaquam voluerit, donec misso ad ipsam Archangelo responderet: *Fiat mihi secundum verbum tuum* sed potius ipsam ante omnia sæcula in matrem elegerit: *Ab æterno ordinata sum.*

5. Archangelus Gabriel Incarnationis filii Dei mysterium aliquatenus explicaturus eidem inter cætera dixit: *Concipies in utero.* circa quæ verba protinus dubium aliquod nascitur, nimirum, quid opus fuerit Deiparæ specificare quo in loco Dei filium conceptura esset: quis enim filios à matre in utero portari nescit? veruntamen id ipsum in Maria expresse specificari opus omninò erat, cum enim illum jam dudum, & à tanto tempore in mente & corde suo portasset, jamque tempus illud præsto esset, quo ipsum in carne in utero suo virginali conceptura erat, meritò dicitur ei: *Concipies in utero, & paries filium,* ex quo enim ipsi in utero materno etiamnum delitescenti acceleratus fuerit perfectissimus rationis usus, jam dudum divinum hoc verbum in sua conceperat mente.

6. Mente vestra, si ita placet, recolatis nonnihil illam in primis vespers ad Magnificat designatam Antiphonam, in qua uno eodemque tempore, quo virginis intemeratæ Nativitas annuntiatur, de filii quoque incarnatione postea immediatè veluti eam subsequente de facto in ipsa consummata & perfecta fit mentio: *Gloriosa Virginis Maria ortum dignissimum recolamus, cujus Dominus humilitatem respexit, qua Angelo nuntiante concepit Salvatorem mundi.*

7. Verùm enim verò celeberrimum maximeque perspicuum quod de hac veritate in Sacra Scriptura habemus oraculum, est illud Isaia omnibus notissimum, scilicet: *Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* In quibus verbis Mariæ, nec non & ex purissimo ipsius ventre Filii ejus futura Nativitas prædicitur. Audire autem quas super hunc textum invenerim varias observationes: *Egredietur Virga de radice Jesse*, quod quidem de progenie & stirpe Davidica intelligitur, veruntamen per hanc rad cem ipsemet etiam Christus potest intelligi, utpote qui in Apocalypsi *Radix David,*

Isa. II. 12

Matth. 1. 16

Serm. 146.

Apoc. 5. 5.
Isa. 11. 10. David denominatur; sicut & in Isaia eodem capite, simili proflus nomine appellatur *Radix* David, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Ecce igitur tibi qualiter virga hæc, quæ ab radice progerminatur, id est, beata Virgo sit partus & filia radice huius ante filius; ab hac autem virga postea flos ille procedit, qui de semetipso ait: *Ego sum flos campi*, ac proinde in Ecclesia Dei canimus: *Tu qua*

Hom. 3. de laud. Virg.

genuisti naturam mirante tuum sanctum genitorem. Unde B. Adamæus hunc Isaia textum exponens in illa verba: *Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis*; ita subiungit: *Germen Domini in magnificentia & gloria existit, quando ortum de radice lesse in summitate virgæ Mariæ torum effloruit, imò flos fuit.* Observandum quoque est, quod non dicat: *Egredietur virga de radice lesse, & flos de virgâ ascendet*; sed potius *de radice ascendet*; quod videri cupiam posset præter ordinem nature dictum. Et ratio dubitandi est, quia flores non directè à radice arboris procedunt, sed à ramis illius. Melius quoque processurus fuisset similitudo, quia Christus non immediatè ex Jesse vel Davide, sed ex B. Virgine per virgam figurata, nascitur. Nihilominus respondetur, quod Spiritus sanctus non sine causa per os Prophetæ dixerit: *Flos de radice ascendet*; ne fortè aliquis sibi falso persuaderet, quod humanitas & corpus, quod in matris virgineo utero assumpsit, de cælo dilapsum fuisset. Unde optimè S. Bernardus ait: *Et undè virgam, undè florè originem duxisse demonstraret.* Etenim per radicè Jesse Mariæ pariter & Christi filii ejus in Evan-

Serm. 2. de Annunt.

gelio descripta secundum carnè genealogia intelligitur, quæ utraq; suam hinc in terris, non verò in cælo habuerint originem: Unde igitur sumpta caro, undè orta virgo; nec nova in Virgine qua produit ex radice. Germen quoq; flores à radice, undè virga quoq; processerit, erupit, ad hoc ut nullus unquam de Maria formaretur conceptus, qui à Christo se junctus aut separatus esset. Similiter sicut flos radici conjunctus adhæret, nec ab illa unquam recedit, ita quoque Verbum incarnatum ante natam Virginem & ab æterno nunquam considerari potest, quin illud quoque finis magnæ Matris suæ videatur per amplexus adstrictum: *Genitrix quando non quæ seculorum generavit auctorem.* Et S. Anselmus ait: *Lib. de concept. Virg.* *Maria ante constitutionem mundi est ante omnem creaturam salubriter prædestinata & præordinata, sed procedente tempore secundum eandem dispositionem in solatium mundi nata.*

S. Optimè Chysoitimus, modum illum loquendi observat ab Angelo pro eodem tempore observatum, quando Josepho apparens eundem in somnis monuit dicens: *Accipe puerum & matrem ejus*; & propositæ à semetipso questioni, cur scilicet matrem primo loco non posuerit? respondet: *Idè non dixit, accipe matrem & puerum ejus sed accipe puerum & matrem ejus; quia non propter illam matrem iste filius natus est, sed propter illum filium, matris præparata est mater.* Ubi notanda est hujus dictionis præparata, significatio, siquidem ab æterno ordinata erat, & ex antiquis antequam terra fieret; nondumerant abyssis, & jam concepta erat.

Hom. 2. in Matth.



Cur in sacra Scriptura nulla Nativitatis, virtutum, miraculorum,
aliorumque heroicorum operum B. V. Mariæ
fiat mentio.

DISCURSUS VNDECIMVS.

De qua natus est Iesus qui vocatur Christus.

1. **Q**uam obsecro causa est, quod cum Spiritus sanctus utpotè Mariæ sponsus, directorque sanctæ Ecclesiæ, eandem ad celebrandum tanta cum solemnitate præfens festum permoverit, ex altera tamen parte, nec in Evangelio, nec in Epistola, nec in toto Missæ decursu, aut reliquo officio divino ulla fiat sive de ejus progenitoribus, sive de Nazareth Virginis patria, sive de natalium Marianorum toti universo adeo celeberrimum, & tam cœlo quam terræ maxime salutarium tempore aut aliis circumstantiis vel minima mentio? S. Matthæus in genealogia, quam in suo Evangelio accuratissimè descripsit, postquam omnes alios stirpis Davidicæ ascendentes progenitores enumerasset, mox ut dicendi ordine ad B. Virginem pervenit, stylum suum mutat, & suppressâ omnium proximorum progenitorum illius notitiâ, nihil aliud de ipsa dicit, præterquam: *De qua natus est Iesus qui vocatur Christus.* Porro B. Petrus Damiani optimè notat omissionem hanc suo non caruisse mysterio; undè ait: *Si huic notitiæ utilitatem inesse cognosceret, nequaquam nobilis Historicus rem necessariam silentio præteriret; aliquando in sacra Scriptura ceteri causâ mysterii aliquid præmittitur, ut ipso quasi clamante silentio magnum aliquid sentiatur.* In cujus confirmationem Melephisedech exemplum adducit, qui sine patre & matre describitur. Cæterùm causâ hujus ab Evangelistis usurpati silentii sequentes fuisse omninò existimo.

Hom. 47
de Nat. V.

2. Et primò quidem voluit Spiritus sanctus, ut formantes penes nos ipsos aliquem de B. Virgine conceptum, ipsam tanquam creaturam de cœlo potius descendente, quam in terra genitam apprehenderemus; & jure meritissimo: siquidem excepto solo usu naturali corporis, quo concipimur & generamur; in reliquo quod innocentiam, puritatem, gratias & merita illius attinet, quoad illa sunt creatura præfusa cœlestis. Quòd si eum, cui Christus B. Virginem post suam in cruce mortem superatam commendatam esse voluit, de qualitate B. Virginis requisierimus, dicit is nobis: *Signum magnum apparuit in cœlo.* Quòd si de eadem Spiritum sanctum interrogaveritis, hic vobis in variis sacra Scripturæ locis eam paradilum quendam fuisse dicit: *Emissiones tuas paradisus.* Item quod sit Soli perfimilis: *Electa ut Sol.* Denique quòd in ejus ventre beatitudo quædam lateat: *Beatus venter;* & sic de reliquis per ordinem discurrere fas erit. Et quidem tametsi verum sit ipsam natam fuisse in terra, ipsos tamen cœlos excellentia ejus in stuporem rapit & admirationem, è qua promanant voces ista clamantium Angelorum: *Qua est ista qua ascendit de deserto delitiis affluens?* Salomonem quidem sapientissimum, ditissimum & potentissimum fuisse constat; attamen idem de semetipso perspicuis verbis dicit: *Ego natus accepi communem aerem, & in similitudinem factam decidi terram, & in primam vocem similem omnibus emisi plorans;* at verò in Nativitate Mariæ Virginis, prout jam diximus: *Nova lux oriiri visa est, gaudium, honor, & tripudium.* De ea dicitur quòd *ascendit;* non tamen antiquæ

Eccl. 7. 3.

Ester. 8.
male. 18.

maledictionis spinis circumdata, qua aliis communis humani generis massa contaminata erat; sed cincta rosis, *delitius affluens*. ac si nullum ipsi in prævaricatione Evæ, aut cum massa hominum damnata intercederet negotium. Saceri etiam Chronistæ quando in Evangelis de ipsa loquuntur, eo modo de ipsa scribunt, ac si nihil ipsi cum hac nostra mortali natura commune esset, ideoque nullam penitus genitorum ejus, vel temporis, aut loci nativitatis ipsius, vel ætatis, aut infantie, aut præsentationis ejus in templum, vel aliarum quarumcunque rerum faciunt mentionem, quæ aliis judicari potuissent in nostram notitiam deduci omnino debere. Unde Gerson versiculum illum: *Ego dixi Dii estis*, explicans dicit: *Ad eò quidem Maria fuit divina, ut ea, qua de Sapientia increata scribit Ecclesiasticus, Ecclesia transferat ad Mariam, ut illud: Ab initio & ante secula creata sum.*

3. Verùm enim verò considerandum est, certum esse quòd S. Mattheus, dum illam Matrem Dei fuisse dicit: *De qua natus est Iesus*, tantam de illa excellentiam exprimat, ut hæc sola pro subiecto omnium laudum & encomiorum quantumvis sublimium, quæ ei attribui possunt, abundè sufficiat, Legati illi, qui ad Philippum Macedonum Monarcham missi fuerant, prædicti Regis gloriam & excellentiam deprædicarunt, paucis verbis rem totam consecerunt dicendo: *Sufficit te filium habuisse Alexandrum*; ita quoque in præsentia, ut adæquatam de sanctitate & præ eminentia beatissimæ Virginis faciamus conceptum, non est opus ut ad particularia descendamus, agendo vel de ejus conceptione, quæ sine originali macula absoluta fuit; vel de genitoribus ipsius sterilibus, de quæ vita ejus sanctissima, vel de universalis è Nativitate ipsius exurgente jubilo, vel de angelica ipsius infantia, vel de aliis similibus vitæ ejus cœlestis potius quàm humanæ circumstantiis; sed hoc unicum dixisse sufficiat, scilicet B. Virginem Mariam eam esse, *De qua natus est Iesus*.

4. Qui in terram promissionis vel exploratores illius missi fuerant, ut populum Israëliticum in aliquam deducerent fecunditatis regionis illius notitiam, secum è regione illa non eduxerunt & asportarunt aurum, argentum, gemmas, & monilia pretiosa, aut senem aliquem virum vegetum omnino & prosperè valentem; hæc enim omnia illis nequaquam satisfecissent,

utpotè contra quæ semper aliqua dari vel adduci potuissent exceptio; sed *absciderunt palmi- Num. 13. tem cum uvâ sua, quem portaverunt in veste 24. duo viri*, hoc enim infallibile fecunditatis terræ illius signum erat, quod fallere non poterat. Eundem prorsus stylum, inquit Author quidam, Evangelista quoad beatissimæ Virginis historiam observavit: neque enim laudes, virtutes, merita & gloriam prolixius describere voluit, sed abundè horum omnium loco sufficere existimavit, si, quinam & qualis fructus esset, exprimeret: *Etenim Dominus dabit benignitatem & terra dabit fructum suum Ego quasi vitis fructificabo tum uvâ, botrum Cypri De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*. Unde Gerson ait: *Solvitur questio, cur de Maria & Ioseph præconis & dignitatis, & excellentiæ, virtutibus & gestis ampliora non tradidit Scriptura sacra, nec enim mundus ipse caperet omnes, qui super his scribendi essent, libros; sed ex eo quòd Ioseph est vir Maria, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus, velut ex quodam principio fecundissimo, copiosissimo, amplissimo laudum seminario habet de votè contemplantis animus, undè faciliter assurgat ad laudes quaslibet Mariæ. Enimverò, Auditores, videor mihi nonneminem ex vobis, audire dicentem, idem argumentum longè fortius retorqueri posse, dicendo: Si ex eo quòd Maria est mater Christi, velut ex quodam principio fecundissimo, quilibet facile assurgere potest ad quaslibet Mariæ laudes; ergo etiam ex eo, quòd Christus est Mariæ filius, velut ex principio quodam fecundissimo infinitæ Christi laudes consequuntur, & tamen Evangelistæ de Christo, ejusque vita & miraculis plurima scripserunt, nihil verò de miraculis aliisque admirandis Mariæ operibus ab eisdem unquam scriptum fuit. Verùm ego respondeo, nequaquam mirum esse quòd Evangelistæ Christi gesta & miracula descripserint, non item opera & gesta Mariæ virginis. Et ratio disparitatis est, quia Christus existens infinitus, immortalis, sapientia Patris, & sanctissima Triados secunda Persona factus est homo, & hæc nostra fragili humanitate indutus multa admiranda patravit, adeoque actiones illius capaces erant ut describerentur, non quidem tanquam actiones Dei, sed tanquam actiones hominis; at verò beata Virgo ex pura creatura ex hac vili stirpe nostra procreata, facta est vera veri Dei Mater,*

adeo ad inassequibile, incomprehensibile, omnique tam Angelicæ quàm humanæ linguæ inexplicabile dignitatis fastigium fuit evedta, factaque est adeo divina, ut parum abfuerit quin ab ipfomet Dionysio Areopagita veluti Dea quaedam adorata fuisset, nisi doctrinâ fidei mediante fuisset prohibitus; ideoque hoc solum de illa dicere sufficit, quod videlicet sit Mater illa, *de qua natus est Iesus.*

5. Quatuor illa animalia, quæ Ezechiel Prophetâ in celeberrima illa visione conspexit, quæque oculis undique plena erant, juxta communem sacrorum Interpretum expositionem quatuor Evangelistâ significant, qui proinde cum adeo fuerint circumspecti & oculati, ut oculis undique pleni fuisse dicantur, sanctissimos beatæ Virginis genitores Jochimum & Annam, aliaque natalium ejus circumstantias, infantiam quoque ejusdem, aliaque facta ipsius excellentissima, quæ dignissima erant, ut non solum in Ecclesiâ, sed etiam in æternitatis referrentur annales, nequaquam sub silentio præterissent; si id Ecclesiæ Dei proficuum esse censuissent: de facto autem per instinctum Spiritûs sancti, qui eorum direxit calamos, & Mariæ sponsus exiit, sufficere existimârunt, si solum dicerent: *De qua natus est Iesus.* Per hoc namque elogium ad eum usque dignitatis verticem pertigit, qui non plus ultra dici meretur, in quo posita Filium Dei subditum habuit, adeo ut ipsi cum æterno Patre æquè verè ac propriè dicere liceat: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hic est Filius meus dilectus.* Quando S. Petrus præclaram illam emisit fidei confessionem dicendo: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, pro ejusdem confessionis remuneratione claves regni cælorum accepit, nihil enim altius aut excellentius de Christo dicere poterat, quàm si eum Filium Dei vivi esse protestaretur: ita quoque in præsentî dicere possumus, quod scilicet omnium laudum & encomiorum beatæ Virginis brevis in eo consistat, quod ipsa sit *de qua natus est Iesus*; simulque cum æterno Patre Verbo increato dicere possit: *Filius meus es tu; ego hodie genui te.*

6. S. Paulus Apostolus in cælo empyreo edoctus fuit, ibidemque *audivit arcana verba*, & tamen, prout nonnulli contemplativi observârunt, in omnibus suis Epistolis, quarum fatis sunt multæ, quæque sublimissima sacræ Theologiæ mysteria in se continent, nullam

fecit beatissimæ Virginis mentionem, præterquam semel duntaxat, & tunc quidem valdè obiter, dicendo: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.* Ubi notandum quod Apostolus ipsam mulierem appellet, nec quicquam aliud in ejus laudem edicat, non obstante quod sonora quædam Spiritûs sancti tuba esset; verum tamen est quod in duobus illis verbis: *factum ex muliere* laudes B. Virginis eximie explicantur, quæ illi ab ullo tam angelico quàm humano intellectui attribui possunt, quod scilicet fecerit, id est, genuerit Filium Dei, illum, inquam, *per quem omnia facta sunt.*

7. Acutissimus quidam scriptor valdè ingeniosè differentiam observat, qua pictor cælum pingit, prout de die videtur, & qua idem cælum depingit, prout videtur de nocte. Nocturnum namque cælum depingi solet prout est variis lucidissimis & scintillantibus stellis, lunâ, planetis, aliisque luminosis astris pulcherrimè distinctum: at verò cælo diurno depingendo sufficit, si ut sole duntaxat ornatum est, depingatur; hic enim solus cuncta alia astra minorâ obfuscat. Virgo Deipara animatum quoddam cælum est, prout alibi diximus, quæ proinde dum nobis prout Filium Dei brachiis suis stringit & amplectitur ob oculos exhibetur, *De qua natus est Iesus*, velut cælum quoddam diurnum & sereneum depingitur, & ideo mirum non est, quod lux omnium aliorum splendorum nocturnorum in ea minimè videatur. Et ideo quales actus divini amoris, aliarumque virtutum ab ea in utero materno elicitæ fuerint; quales etiam postquam in hanc lucem edita fuit, exercuerit bonorum operum heroicis actus in infantia, vel in adolescentia, & deinceps per sexaginta tres annos, quibus hîc in terra nobiscum vixit, id totum à radiis solaribus, id est, à solis hæc verbis; *De qua natus est Iesus*, totaliter obfuscat.

8. Tritum est illud inter Philosophos soleme exioma: *Frustrâ fit per plura, quod potest fieri per pauciora; & aquè bend;* ac proinde quid opus erat de meritis, donis, virtutibus, gloria, laudibus, prærogativis, miraculis, cunctisque aliis factis heroicis beatissimæ Virginis omnem humanam capacitatem, & intelligentiam angelicam indicibiliter excedentibus, immensâ compilare volumina, quando ad faciendum adæquatum omnium prædictorum conceptum duobus serè verbis dicere sufficit: *De qua natus est Iesus.*

Ps. 2. 9. 26.
art. 6.

suus? Doctor Angelicus hac de re ita scribit: Humanitas Christi, fructio Dei, & beata Virgo ex hoc quod est Mater Dei habens quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte non potest aliquid fieri melius eius.

In spec. c. 8

9. De Nerone Imperatore scribunt Historici, quod cum telam quandam auream inestimabilis valoris gemmis pretiosissimis distinctam, phrygioque opere elaboratam fieri fecisset, eidem à Seneca dictum fuerit: *Declarasti te pauperem*; quia scilicet telam hanc elaborare potuisti, & non amplius, Idem prorsus post collatam beatæ Virginis, ut potè puræ creaturæ, Matris Dei dignitatera, Deo ipsimet dici potuit, quod scilicet præstantius quid præstare non posset, id quod ipsamet Virgo in Cantico suo confirmat dicens: *Fecit potentiam in brachio suo.* S. Bonaventura quoque ait: *Ipsa est Mater, qua tali filio est decentissima; ipsa est Mater, cui talis filius decentissimus fuit; ipsa est qua majorem Deus facere non posset; majorem mundum posset facere Deus; majorem quam Matrem Dei non posset facere Deus.*

In vita
S. Rodulphi
c. 11.

10. Enimvero quod si quis post hæc omnia curiosus esse vellet & cupidus sciendi, cur à beata Virgine nulla legantur patrata fuisse miracula, Huic ego cum B. Petro Damiano respondeo: *Maria in solo partu quem edidit, omnium procul dubio Sanctorum virtutes & signa præcellit.* S. Bernardinus verba illa: *Fecit mihi magna qui potens est: Fecit potentiam in brachio suo, considerans ait: Quia nec Omnipotens potest potentiora nec sapientiora facere, quam in me fecit matre sua.* Diximus paulò antè, quod

Doctor gentium in toto Testamento novo nihil de B. Maria aliud dixerit, quam pauca hæc verba: *Factum ex muliere*; quæ de Filio Dei dicitur. Rarior autem & parciore S. Petrus in beata Virgine laudanda fuit; ubi enim in tota Scriptura sacra, & quæ laudes ei attribuit? Nullas omnino. S. Ildephonus beatæ Virginis condolere videtur, dum ad id se reflexit, quod nimirum Petrus à Christo interrogatus: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* responderit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; & non potius adjunxerit eum Virginis quoque filium esse? Tandem vero Petrum excusat dicendo, quod Petrus licet hoc modo responderit, eundem tamen Christum Mariæ quoque filium esse non negaverit, licet ea de filiatione perspicuum testimonium minimè ediderit: *Non quod eum negaret filium B. Virginis, quod ait Christus.* Etenim eo tempore cunctis discipulis notum erat Christum Mariæ esse filium, non item ipsum filium quoque esse Patris æterni. Præterea idem Mariæ filius iuterrogando: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* implicite se Virginis denotabat filium; siquidem idem erat dicere: *Filium hominis, quod filium mulieris*; undè idem Sanctus potius ita S. Petrum locutum fuisse subjungit, *ut demonstraret eundem filium hominis esse filium Dei.* Toti igitur mundo S. Petrus testatum facere voluit, eundemmet, qui unigenitus erat Patris æterni, unigenitum quoque esse Mariæ filium. Concludit igitur S. Anselmus: *Hoc solum de sancta Virgine prædicari, quod Dei Mater est, excedit omnem altitudinem, qua post Deum dici vel cogitari potest.*

Serm. 2. de
Assumpt.

De excell.
Virg. c. 2.

D E
S. MATTHÆO
APOSTOLO
DISCURSUS VNDECIM.

- DISCURSUS I. Occasione verbi illius, VIDIT, agitur de efficacia, quam Christi aspectus in Matthæi conversione habuit.
- DISCURSUS II. De ejusdem conversione, iisdem Christi oculis attributa.
- DISCURSUS III. Consideratur hæc dictio, HOMINEM, nec non varia Scripturæ loca, quæ conversionem ejus prædixerunt.
- DISCURSUS IV. Occasione avaritiæ, quam S. Matthæus abjuravit, ostenditur quàm illa difficulter è corde eradicetur.
- DISCURSUS V. Eo ipso quo S. Matthæus conversionem suam inter miracula enumerat, quàm illa admiranda & stupefenda fuerit, demonstrat.
- DISCURSUS VI. De virtutibus, quæ in ejus conversione in ipso resplenduerunt.
- DISCURSUS VII. De conversione ejus valdè admiranda ob heroicum divitiarum contemptum, quem perfectè eas deserendo exhibuit.
- DISCURSUS VIII. Quàm efficaciter Christus invitavit, & quàm promptè Apostolus invitanti Salvatori responderit, fusiùs ostenditur.
- DISCURSUS IX. De promptitudine obedientiæ, quacum S. Matthæus soli Christi verbo paruit.
- DISCURSUS X. Tantò admirabilior est hujus Apostoli conversio, quòd mundum eo præcipuè tempore contempserit, quo ipsi erat faventior.
- DISCURSUS XI. De convivii illius, quod Apostolus Christo exhibuit, nonnullis mysteriis.

Occasione verbi illius, VIDIT, agitur de efficacia, quam Christi aspectus in Matthæi conversione habuit.

DISCURSUS PRIMVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. c. 9. v. 9.

I. **R**upertus Abbas Tuitiensis Salvatoris nostri oculos duobus hisce mysticis epithetis insignivit, vocando illos *Fenestras salutis*, & *patentes misericordiae januas*. Porro verissimum

est quod Apostolus ex habita circa seipsum propria experientia scribit, nimirum: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Saulus enim præcipiti cursu in Damalcum contendebat, ut fidem & religionem Christianam ibidem supplantaret, sectatoresque sancti Evangelii morte puniendos vivos perduceret in Ierusalem, quando circumfulsit eum lux per caelo, prout ipsemet Timotheo scripsit, dum ait: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, Sanctus quoque Matthæus mensæ collybeticæ seu pecuniariæ adhæresebat affixus, ad gulam usque illicitis pecuniarum lucris immeritus, professione insuper publicanus erat, in peccatis & iniquitatibus suis valdè habitatus, & tamen in unico momento fuit ex publicano transmutatus in Apostolum. Quæ tam admirabilis metamorphoseos gloria soli illi, vidit Iesus, indubitanter*

attribuenda venit. Sunt enim Salvatoris nostri oculi *Fenestra salutis*, & *patentes misericordiae janua*, illorumque obtutus fuit ab illo qui dixit: *Non veni vocare iustos, sed peccatores*

2. *Vidit Iesus*. Regius Propheta ut divinæ pietatis affectum quadantenus participaret, ad Deum conversus dicebat: *Respice in me, & miserere mei*, sciebat quanta esset in oculis Christi energia ad sanandam & purificandam animam. Et ideo ille oculorum obtutus, quo Christus S. Matthæum dignatus fuit, non tam quidam Christi in Matthæum directus aspectus, quam anterior quædam divinæ pietatis & misericordiae communicatio erat, quæ intus in anima Apostoli fiebat, per quam ipsi ad penitentiam, sui que sequelam invitabat. Undè Beda optimè dicit: *Non tam corporeo intuitu, quam internâ miseratione respicit.* Qui idem insuper docet, quod aspicere Dei, quo Deus nos dignatur, idem profus sit, quod intimâ erga nos compatione moveri vel tangi: *Respiciere Dei est misereri.* Albertus Magnus quoque in eundem sensum descendit; undè ait: *Vidit, non tam oculis corporis, quam miserantis affectu.* Dionysius Carthusianus Christum suos in Matthæum defixisse oculos non negat, sed tantum in hoc verbo, vidit, miserentis Salvatoris affectum potius quam corporalem aspectum agnoscit: *Respexit Iesus Matthæum oculo corporali, sed multo*

In cap. 6.
10ax.

Rom. 9. 16.

1. Tim. 1. 15.

Pf. 24. 16.

In Luc.

In Matth.

In cap. 5.
Luc.

multo profundius oculo pietatis interna, seu compassionis affectu. Lucas Burgenſis notat quod verbum hoc, vidit, in Græco idem ſit quod *ſpectavit*, hoc autem plus eſt quàm vidit, quo non male intelligatur efficacitas videntis & miſerentis Chriſti; nec vidiffe obiter, quem ad rem tantam vocavit.

3. Et proſectio propriſſimum eſt illud à Ru- perco oculis Caristi attributum epithetum, quo illos appellat *patentes miſericordie januas*; quia eo ipſo quo hæ miſericordia fores aperta nobis ſunt & parula, datur omnibus in differenter liber ad ipſum aditus, poteſtque unuſquiſque ſumma cum fiducia ad miſericordem & benignum hunc Deum noſtrum accedere, quàmvis oculorum ſuorum fores apertos tenet. Olim filius ille dæmoniacoſ & lunaticus à patre ad Chriſtum adductus fuit, ut illum à gravi hoc malo fanaret; notandum vero eſt afflicto filii hujus patrem nihil aliud Salvatori dixiſſe, quàm paucula illa quidem, valde tamen conſiderabilia verba; *Reſpice in filium meum*. Scitisne cauſam, inquit Inter-

Titus Boſt.
in cap.

pros quidam antiquus; *Sapiens mihi hic videtur eſſe; non enim dixit Salvatori, fac hoc vel illud, ſed reſpice, hoc ſufficit ad ſalutem; quia oculi Chriſti, prout paulo antè ex fenestra Ruperti diximus, ſunt Fenestra ſalutis; atque ideo Evangelisti opus non erat de conversione ſancti Matthæi aliud dicere, quàm hoc unicum: Vidit Ieſus; quicquid enim amplius de eadem conversione dixerunt, fuit ex abundantia; hoc enim ſufficit ad ſalutem. Quodſi domum aliquam ædificaveris fenestris earentem, illa quoque eo ipſo lumine orbata erit, & potiùs ſepultura quædam ſeu ſpecus ſubterranea quàm domus eſſe videbitur; ſiquidem per fenestras lux ad incolas domûs tranſmittitur. Ad eundem proſus modum nos quoque diſcurrere poſſumus in præſenti, dicendo quod oculi Chriſti, eorumque in hominem deſixi obtutus ſint illi, qui lumen & agnitionem Dei, bonorumque æternorum animabus, in quas diriguntur, communicant, quæ aliàs in ſqualidis ignorantie tenebris cæcitant, inque tenebras exteriores irreparabiliter præcipitandæ ſorent. Saulus, prout paulo antè inſinuavimus, oberrabat in tenebris, ſpirans minarum & cadis in diſcipulos Domini; Chri-*

ſtus autem ſuos in eum oculis deſixit: hoc enim indicant verba illa: *Circumfulſit eum lux de cælo, & proinùs omnes ignorantie illius tenebræ diſſugata fuerunt; undè dixit: Quæ es Domine? Ego ſum Ieſus. Quid me viſ facere?* in manus divinæ voluntatis conſeſſum ſe conſignavit, animæque ſuæ fenestras aperuit, ad cæleſte hoc lumen ſine impedimento recipiendum. Undè ſanctus Ambroſius ait: *Vidit eum Chriſtus, ubi lux circumfulſit eum.*

Lib. de lo-
ſeph. c. 10.

4. Verùm enim vero eſt quo ſancti Petri facta eſt mentio, neceſſum eſt ut de ſancto Petro etiam nonnihil loquamur; ſiquidem individuo quodam inter ſe nexu ſemper conjuncti fuerant. Recogitare igitur quonam modo ſanctus Petrus, poſtquam non ſemel ſed trinities Chriſtum Magiſtrum ſuum in domo Caphæ negavit & renegavit, ad poenitentiam & erroris ſui agnitionem fuerit perductus? utique reſpondebitis factum id eſſe, quia culpam ſuam amariffimo planctu diluit: *Flevit amarè*. Verùm dic ſodes, quiſnam glaciem illam reſolvit & liquefecit, qua cor ejus circumdatum erat; ſiquidem adeo gelidus erat, ut calefactione ei opus fuerit? *Abundavit iniquitas, & refrigefcet charitas. Stans autem Petrus & calefaciens ſe; Deus ignis conſumens eſt. Fecit idipſum Chriſtus, qui per charitatem & amorem ſuam ſervo ſuo compatiens, eundem non tantum oculo corporeo, verùm etiam benignitatis & pietatis ſuæ luce reſpexerat: Et converſus Dominus reſpexit Petrum.* Enimvero quærunt & diſputant inter ſe ſacri Interpretes, an Salvator noſter S. Petrum verè oculis corporeis aſpexerit? Negat Hugo Cardinalis, quia ut ex Evangelio clarè deducitur, Petrus in atrio ſtabat, Chriſtus autem ſuperius apud Pontificem hærebat: *Cum eſſet Petrus in atrio deorſum*, inquit S. Matthæus; adeoque Cardinalis ille exiſtimat, obtutum hunc, quo Chriſtus Petrum reſpexiſſe dicitur, fuiſſe internam quandam inſpirationem Petro communicatam, ut reſpiceret, adducitque illam ſancti Leonis autoritatem dicentis: *Dominus Ieſus, qui intra Pontificale concilium ſcorpore rem- batur ſolo, trepidationem diſcipuli ſoris poſſeti divino vidit intuitu, & parentis animum mox ut reſpexit, erexit, & in ſilem poenitentis incitavit.* Porro hunc eundem effectum dicere

Luc. 32. 1.

Ser.

Lib. 3.
mor.
cap. 3.

Zach.

Lib. 1.
glori.

ſap. 4.

dicere possumus illum Christi respicientis obrutum in hoc quoque Publicano operatum fuisse, maxime cum obtutui corporali, spiritualem quoque aspectum adjunxerit: *Sedentem in telonio*, inquit Evangelista, *ut respexit, erexit*, idque verum esse facer textus clarè satis confirmat, dum ait: *Surgens secutus est eum; in stertum pœnitentia incitavit*; Et quidem tamen S. Matthæum lachrymatum fuisse non constet, quin potius quod fecit *convivium*, ejus tamen pœnitentiâ à morum mutatione, nec non ex vitæ ejus Apostolicæ austeritate quam sibi assumpsit, evidenter satis deducitur. Didacus stella hoc loco notat, quod obtutus Christi, sicut & in aliis Scripturæ locis, idem sit quod cor peccatoris movere: *Nihil aliud est, quam corda movere, & suam gratiam impertiri*; Chrysostogus autem aliam quandam considerationem instituit super illo verbo *Vidit*, ingenio suo certè dignissimam, dum ait: *Vidit illum Deus, ut ille videret Deum; vidit illum Christus, ut ille pecunia latebras amplius non videret*. Hoc igitur respicere Christi nihil aliud fuit, quam illum ad se trahere, & in cor ipsius quoddam bonorum temporalium odium, bonorum verò æternorum amore insinuare: *Quid est respicere Deum? inquit etiam S. Gregorius, nisi ab iniquitate in melius commutare? convertit namque quem Deus respicit.*

5. *Vidit Iesus* Celebris est illa Zachariæ Prophetæ visio, qua septem oculos super uno lapide vidit: *Super lapidem unum septem oculi sunt*. Quis etenim lapides unquam oculatos esse conspexit, & maxime per numerum adeo mysticum septem oculorum? Rupertus Abbas Tuitiensis visionem istam interpretatur de septem Spiritus sancti donis, quæ sunt in Christo, qui petra quædam est mystica: *Petra autem erat Christus*. Hos igitur septem oculos per illud vidit in fortunati hujus Publicani electam & prædestinatam animam defixit: *Alii sunt oculi, quibus istum vidit, qui juxta Zachariam in uno lapide, & juxta Apocalypsin Ioannis in capite unius septem agni sunt: istis oculis hunc hominem vidit, & cum videret eum exterioribus oculis, per istos interiores oculos recognovit, quod esset unus illorum, quos ante sæcula præcivit & prædestinavit*; In cujus probationem observandum quoque est, quod à Sapiente scribitur, nimirum: *Respectus in electos illius, cum*

enim illos elegerit ad gloriam, consequenter illis gratias & dona cœlestia abundanter infudit, in congruum ad ejusdem gloriæ consecutionem subsidium. Potrò Rupertus paulò post ita subjungit: *Iste est visus admirabilis, illa est gratia, quam admirans vas electionis Paulus dicit: Nam quos præcivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, quos autem prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit.*

6. *Vidit Iesus* Berchorius in Reductorio suo morali scribit, quod Struthio pullis suis intra ovi sinum etiamnum reclusis per aspectus sui efficaciam vitam infundat, quanto igitur magis Deus ille, qui ait: *Ego sum vita*, per lucem oculorum suorum, seu per lucem gratiæ suæ spiritualem animabus vitam infundere poterit? Maxime cum de seipso dicat: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant: Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.*

7. In Philosophorum Scholis solemnis illa ventilatur quæstio: *An visio fiat per extramissionem, an vero per intus susceptionem?* Nos autem ad præsens propositum primæ opinioni adhaerentes dicere possumus, quod oculus lucis illius, quæ illuminat omnem hominem, animæ sancti Matthæi etiamnum peccatoris & publicani talem infudit charitatem, quæ interiores ejusdem animæ tenebras illuminavit, pariter & amoris sui igne efficacissimè accenderit; atque ideo sanctus Augustinus omnino compunctus dicebat: *Coruscasti, & splendidisti, & fugasti cecitatem meam, flagrasti & induxisti spiritum.*

8. Didacus Stella author religiosissimus scribit, quod benignus Salvatoris aspectus illis, in quos dignatur respicere, miram infundat suavitatem & dulcedinem spiritus, id quod effectus in sancto Matthæo producti abundè demonstrant, siquidem hic de sua conversione tanta fuit lætitia & suavitate spiritus perfusus, ut præ gaudio lacrum protinus instruxerit convivium, veluti omnes ad sibi congaudendum & congratulandum invitans: *Nec est iste intuitus Christi simplex aliqua hominum cognitio, sed est interioris cordis dulcissima & suavissima penetratio, quæ animam tangit & vulnerat.*

9. In Threnis Jeremiæ scribitur: *Oculus Thren. 3^o meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset 49.*

Q q

requirit

Lib. 7.
Cap. 71.Lib. 10.
confess.
Cap. 28.

Ser. 30.

Lib. 30.
moral.
cap. 34.

Zachi. 309.

Lib. 16. de
gloria, &c.

Sep. 4. 15.

Mansi Sanctuarii, Tom. III.

Lib. 1. in
Ierem. cap
75.

Cant. 8.

requies. At vero unde ipsum solatium accepisse existimas; quoniam adhibito medio quietem invenit & pacem? *Donec respiceret & videret Dominus.* Etenim, ut Rupertus ait: Jeremias probe noverat, quod unicus dūtaxat ejus aspectus ipsum lætificaturus, miroque solatio perfurus esset: *Cujus aspectus & visus anti qua captivitatis solutio, & presentium captivorum, qui in Babylone ducti sunt, consolatio est.* Similiter quod pacem & quietem interiorē attinet, ubi nostra vulgata legit: *Facta sum coram eo quasi pacem repiens.* Pagninus ita legit: *Fui in oculis ejus sicut repiens pacem, dum enim anima oculis Dei irradiatur, in magna conscientie serenitate & tranquillitate consistit.* Genebrardus autem pacem hanc alio mo-

do exponit, dum ait: *Pax Hebrais generale nomen est ad omnem prosperitatem & felicitatem, quam Pax conferre solet.* Et verè ita est, quando enim Deus oblationem ab Abel factam bono dignatus fuit oculo respicere, cum tamen eam, quam Cain obrulit, simili intuitu nequaquam fuerit dignatus, eo ipso Deus Abelo significare omne bonum, bonorumque futurorum eventū & infallibile augurium; contra verò Caino fratri ejus omnis infortunii omen innuere voluit: *Respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain vero & ad munera illius non respexit;* ac proinde præcipitium immediatè subindicatur, cum Scriptura ait: *ratus est Cain vehementer, & concidit vulsus ejus.*

Conversio S. Matthæi oculis Christi attribuitur.

DISCURSVS SECVNDVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me, & surgens secutus est eum. Matth 9. v. 9.

1. **I**plemet S. Matthæus qui Salvatoris invitantis & vocantis efficaciam in se expertus fuit, modum quoque nobis unico verbo declarat, quem infinita ejus sapientia adhibuit, ut Publicanum subito transmutaret in Apostolum; Dicit enim: *Vidit Iesus,* id est, suos in illum oculos defixit. Hoc igitur verbum *Vidit,* iterata vice ponderando prosequamur.

Eccl. 23.
28.

2. *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem circumspicientes profundum abyssi.* In Græco legitur: *Infinities sunt Sole clariores.* Porro radii Solis, qui ejusdem planetæ oculi & intuitus denominari possunt, profundissima terræ viscera, & in abyssum usque penetrant, ibidem pretiosissimas auri, argenti, gemmarumque inestimabilium fodinas generant quidem; nec tamen hi aliquam

cum radiis à Sole Justitiæ emissis proportionem habent; siquidem hi abstrusissima animarum & cordium secreta penetrando, profundum abyssi & hominum corda intuentes, thesauros ibidem generant, & infundunt donorum, gratiæ & virtutum supernaturalium & cœlestium, tenebrosissimam iniquitatis abyssum in luminosum quoddam gratiæ & sanctitatis commutando cœlum.

3. Præterea sicut Sol glebas illas, quæ in abstrusissimo & profundissimo terræ hujus quam calcamus, sinu delitescunt, radiorum suorum virtute transmutat in aurum, ita quoque æternus Justitiæ Sol, intra hujus mortalitatis nostræ nubem reconditus, majori cum stupore unico duntaxat oculorum suorum radio, id est, per unicum *Vide* tenebrosam Publicani illius ad gulam usque terrenis lucris immerisi abyssum penetrando, affectus illius terrenos, in cœlestes trans-

mutavit

mutavit affectus, ejusque insatiabilem avaritiam & divitiarum cupiditatem, in heroicorum quandam omnium terrenorum bonorum convertit contemptum, hacque ratione ferventissimæ cujusdam charitatis aurum infundendo, eum opulentis illis locupletavit thesauris, de quibus optimum illud nobis suggessit consilium idemmet Magister cælestis; dum ait: *Theaurizate vobis thesauros in cælo.* Unde Didacus Stella ait: *Ea est Solis virtus & natura, ut penetrans viscera terre, aurum & multa alia, metalla generet; sic virtute radiorum Christi aurum fidei generatum productum est in corde istius Apostoli.* Quis etenim negabit longè majoris virtutis & efficacitæ fuisse unicum duntaxat Christi aspectum, quam omnes cælestis illius Planetæ radii, siquidem ille Publicano huic aded ingentem insinnavit avaritiæ horrorem, imò omnis argenti & auri, omniumque aliorum bonorum terrenorum heroicum contemptum, eidemq; intensissimum quandam erga paupertatem Apostolicam imprimendo affectum.

4. Omnes naturæ partes, cunctæque illius maximè salutare effectus, quos ubique producit, Solis radiis attribuuntur, aded ut si quis Solem naturæ subtraheret, is pariter cunctis rebus creatis earum vivificantem, ut ita dicam, animam erepturus esset; amplissimæ namque cælorum & planetarum sphericæ orbes, omnes item herbæ, plantæ, mineralia, cunctaque elementa conservationem suam, effectuumque suorum productionem Soli potissimum in acceptis referunt: eodem quoque modo in operibus gratiæ discurrere possumus; de illis namque optimè dicitur: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est.* Ubi bene notanda est replicata illa dictio *Omne*: siquidem sine gratia Dei nullum dari potest opus vitæ æternæ meritum; Enimverò id verum esse, nimirum Soli æterno, qui in una luce tribus respundet luminibus, cuncta bona creata in acceptis referenda esse in sequentibus verbis manifestè declarat: dum dicitur: *Descendens à Patre luminum.* Ille namque divinus oculus qui cæli terræque oculus diei meratur, unicum inquam illud, *Vidit*, aurifodina quædam est, in qua omnia opera nostra in aurum quasi com-

mutata pretium & valorem consequuntur inæstimabilem. Porro de hac luce nemo certius aut opportunius perhibere potest testimonium, quam Scriptor ille, qui à Stella nomen sibi mutuavit, hinc autem ita ad propositum loquitur: *Solo suo intuitu Sol justitiam Christi Redemptor noster in anima hujus Apostoli amplissimas divitias generavit.* Quot enim in ipsissimo conversionis suæ actu virtutes scintillarunt, cum tamen aurea non nisi vapor quidam & exaltatio terrena esset? *Sedentem in telonio,* (inquit interlinearis) *Lucris pertinaciter inhiantem,* in unico momento temporis in fixam quandam firmamenti Apostolici stellam Christus Sol Justitiæ transmutavit.

5. *Oculi Domini lucidiores sunt super Solem,* Sol quidem vilissimos etiam terræ vapores sibi attrahit, eosdemque in aera, fulmina, fulgura, tonitrua, Cometas, aliasque similes aeris impressiones convertit, veruntamen id assequi non potest, ut efficaciam lucis suæ vapores eosdem infixas firmamenti stellas transmutet. At verò vide & mirate insignem radiorum, id est, oculorum lucis illius, quæ erat lux vera, præ corporei Solis radiis præcellentiam; hujus namque increati Solis radii attractos ad se è Gallilæa, ex infimis terræ locis, vilissimis familiis pauperes, idiotas, rudes, & contemptibiles piscatores, in luminosas cæli stellas transformavit, id est, in vera mundi lumina Cæli enarrant gloriam Dei, sive in Apostolos suos elegit.

6. Valde quoque admirandi sunt omnes alii effectus in ipsis ab hoc vero Justitiæ Sole producti, similes prorsus illis, quos operatur Planeta cælestis; siquidem attractos sibi Apostolos nubibus fecit esse similes, quæ salutari prædicationis suæ pluvia universos fecundarunt & irrigarunt populos: *Quis sunt hi, qui ut nubes volant?* Ad instar fulminum, tonitruorum, fulgurum Tyrannos prostravere, & fidei persecutores, prophana demoliti sunt templa, falsa denique simulachra, & universum avernæ regnum usq; deq; everterunt.

7. Angelus de Paz de hujus Apostoli vocatione tractans scribit, Christum, dum ipsum vocavit, vaporem hunc terrestrem è civitate Capharnaum, in qua auro, aliis-

In Lucam

In cap. 5.
Lucæ.

Iac. 1. 17.

Isai 60. 8.

que divitiis congregandis totus intentus & immerfus erat, ad se instar Solis attraxisse; unde in persona & veluti ex ore Christi ipsum ita alloquitur: *In charitate perpetua dilexi te, astraxi te miserans tui; nam calor est, qui in solari radio vaporem trahit.*

8. S. Bonaventura optimè modum ponderat, quem Salvator in hujus Apostoli conversatione observavit, & quodlibet verbum sigillatim expendendo, dicit: *Notandum quod dicitur exire, videre, & vocare; exiit quidem, ut requirerat, videt ut attrahat, vocat, ut ad se conversari; ac demum verbum illud Vidit declarans, vaporis hujus mediantibus hisce radiis ad Apostolici Collegii cœlum elevati submissionem & humilitatem ad nostrum propositum adedè opportunè exposuit, ut melius id facere non posset: Vidit inquit, Publicanum, ut per respectum misericordie attrahat ad seipsum sicut petebat ille videri in Psalterio, qui ait: Vide humilitatem meam & laborem meum.*

9. Idem quoque David, ut Deus laudaretur & benediceretur deinceps sæculis futuris ab omnibus ad perpetuam posterorum memoriam transcribi mandavit, quod idem ille DEU S unico oculorum obtutu terram fuisse dignatus aspicere: *Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum.* Rationem autem cur adedè laudem, gloriam & benedictionem ab hominibus deinceps referendum esse existimet, statim subjungit dicens: *Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit.* Verum inquires, quidnam in hoc eximii latet, quod Deus terram aspiciat, ut proinde David hunc Dei intuitum dignum esse existimet, qui annalibus inferatur æternitatis, scribantur hæc in generatione altera? S. Gregorius optimè ad hoc respondet, dum ait: *Deus de cœlo in terram aspexit, ut cœli miseret, qui terra fuit; Deus igitur illo benignitatis & misericordie suæ oculo terram aspicit, ut per hunc obtutum veluti gratiarum, benedictionum, divitiarumque cœlestium thesaurarium, terram in cœlum quoddam animarum convertat.*

10. Verùm enim verò, ut ad Apostolum nostrum denuò revertamur, quod si S. Augustino dicere placuit: *Si terram amas, terra es,* utique Apostolus hic noster dum adhuc Publicanus esset, terra quædam fuit; siquidem cordis

affectu & amore, auro & argento, quod in substantia sua præter terræ glebam nihil est aliud, pertinacissimè adhærescebat, & tam en efficacissimus ille Solis Justitiæ oculus, unicum illud vidit, terram aspexit, ut cœlum fieret, qui terra fuit, siquidem in numerum illorum cœlorum admittus fuit, de quibus scribitur: *Cœli enarrant gloriam Dei.*

11. Lucidiores sunt super Solem. Multæ quidem rationes adduci solent, cur Sol & cuncta alia luminaria minora in morte Redemptoris nostri fuerint obscurata. B. Petrus Damianus dicit: *Caligaverunt in morte oculi sui, & illa luminaria quæ illuminant orbem ad horam extincta sunt; nonne illis obtenebrantibus tenebræ factæ sunt super universam terram? Ecce tibi hic testimonium evidens, quod oculi Christi, radiis solaribus luminosiores esse comprobantur.* Hoc igitur supposito, nunc velim considerationem quandam super eo influamus, quod Cæsarius Monachus Cisterciensis scribit: *Sol, inquit, in radio suo quasi duos oculos habet, quibus mundum cum effectu respicit, hoc est, splendorem & calorem, splendore tenebras illuminat, calore terram fecundat; Majori autem virtute & efficacia oculi Salvatoris fuere præditi, siquidem ab humanis cordibus, quantumvis duris & obstinatis, culparum, errorum, & ignorantia tenebras profligavit.* Unde idemmet Author loquendo prosequitur, dum de mystico hoc Sole ita ait: *Quando oritur in ejus mente (id est, in corde peccatoris,) tenebras peccatorum pellit, & lucem miserationum infundit, terram cordis charitatis motibus fecundat, & diversarum virtutum floribus exornat.* Ambos verò hosce effectus hoc Vidit in sancto Matthæo produxit, quia si scire cupitis, quibus ipse tenebris immerfus & oppressus fuerit, ad illius declarationem, ipsum Publicanum fuisse dicere sufficiat. Expositor quidam eruditus dicit: *Detestabantur Judæi Publicanos, quod furtis, rapinis & rigidi exactionibus opprimerent populum, magis proprio quam publico commodo studentes; hæc autem tenebræ ab illius luce dissipatæ fuerunt, qui erat splendor paterne gloriæ, candor lucis æternæ.* Didacus Stella ut virtutem operativam vidit illius ad vivum nobis exprimeret, solis effectus considerando hac utitur similitudine: *Quemadmodum si in dura cera sigillo*

In Exalt. S. Crucis;

Hom. de S. Matth.

In Luc. Ioan. Arbor;

signis

sunt impressa alta mœnia, turres & montes, hæc omnia dissolvuntur si radijs suis Sol advenerit: sic mundana opes, imperia, Magistratus, honor, & gloria mundi si in corde hominum depicta fuerint, si Sol justitia Christus aspiciat, ut aspexit cor Matthæi, statim calore divini amoris dissolvuntur & in nihilum abeunt.

12. Doctissimus Salmeton aliant quantum Solis proprietatem proposito nostro appetitissimè inservientem adducit, nimirum quod nos Solem respicere primi nequeamus, nisi

ipse prius aspexerit nos, ad eum namque modum nos quoque nos convertere, & Deo ejusque servitio nos manere non valemus, nisi hic Sol justitiæ mysticus benignum gratiæ suæ oculum pro nobis ad Deum convertat: *Vidit, non visus, quoniam ipse prior dilexit nos: moxque prædictam similitudinem subjungit dicens: Vt Sol non videtur à te, nisi prior viderit; Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, ut supra diximus: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.*

Consideratur hæc dictio HOMINEM, nec non varia scripturæ loca expenduntur, quæ conversionem ejus prædixerunt.

DISCURSUS TERTIVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me; Et surgens secutus est eum, Matth. 9. v. 9.

1. **S**æcra Scriptura quæ à sancto est Spiritu hagiographis dictata adeo est mysteriis referta, ut de ea jure affirmari possit: *Tot Sacramenta quot apices, prouti in præsentis discursu plenius videbitur, cum enim in præcedenti verbum illud vidit ponderaverimus, reliquum est, ut in hoc discursu mysticum illud verbum, quod sequitur, scilicet, hominem consideremus.*

1. S. Job hominem ita describit: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miserijs; ex qua Phrafi clarè hominem nihil aliud quam universale quoddam miseriarum hospitium esse deducitur. Unde S. Bernardus solitus erat dicere: Hæc tria semper in mente habeas, quid fuisti? quid es? quideris? quid fuisti: quia sperma scetidum, quid es, quia vas stercoreum; quideris, quia esca vermium. Cum igitur misericordia DEI nostram pro*

objecto habeat miseriam, nil profecto mirum si divinæ pietatis oculi, eorumque obtutus in hominem dicantur esse defixi: *Vidit hominem.*

30 Corinthiis Apostolus ita scribit: *Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? enimverò verba illa secundum hominem ambulatis, Glossa in hunc sensum interpretatur: In pejus proficitiis. Verè in deplorando hoc statu S. Matthæus constitutus erat, siquidem professione Publicanus, id est, peccator publicus erat, jam omnem perdidit peccandi veterundiam, unicuique abominabilis erat, neque etiamnum quidquam boni fecerat. Unde Salmeton ait: *Vidit hominem peccatorem ac divitem, in quo non meritum ullum, sed tantum gratia Dei appareret.**

4. S. Thomas Doctor Angelicus circa illa verba: *Vidit hominem, ait, verè hominem quia peccatorem, adducitque illud Psalmi 81.*

dictum: *Vos autem sicut homines moriemini*; vidit hominem quando bonis hisce terrenis, divitiarumque temporalium cupiditati totaliter immerfus erat; & ideo non dicit Spiritus sanctus: *Vidit virum*, quia, *vir à virtute* dicitur, sed potius *hominem*, quia homo ab humo formatus Dominus hominem de limo terræ, totus enim terræ deditus erat, totus ipse avaritiæ & cupiditati metalli illius in prædam cesserat, quod de profundissimis terræ viscibus magno cum labore atque periculo eruitur, ut cælum nos amittere faciat. Talis est unusquisque scribit S. Augustinus, *qualis est dilectio ejus, terram amat, terra es*. Talis S. Matthæus erat, totus nimirum terra & merus homo: *Fily hominum usquequo gravi corde?* Alludit ad avarum quendam divitiis insatiabiliter inhiantem: *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prevaluit in vanitate sua.*

Ps. 51. 9.

5. In Prophetia Habacuc hanc adversum avaros comminationem fulminari invenio: *Va ei qui multiplicat non sua*, hi enim qui tales sunt pro accumulandis divitiis multa committunt lucra illicita, rapinas, extorsiones, *Viquequo aggregat contra se densum lutum?* ab hoc autem luto homo formatus est, atque adeo quid mirum si ei tam tenaciter adhæreat? *Conglutinatus est in terra venter eorum.*

Hab. 2. 6.

6. Audite textum quendam Ecclesiastici qui tot ante sæcula ad nostrum propositum à Spiritu sancto industrie dictatus fuisse videtur ita enim scribit: *Est homo marcidus, egens, plus deficiens virtute, & abundans paupertate & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus, & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum*. Homo marcidus, avarus enim solet esse macilentus propter jejunia, quibus se conficit, licet non sint præcepta ab Ecclesia, vel etiam quia ob felicitatem alienam invidia semper transfigitur. Porro in hisce verbis, si bene & maturè ponderentur non solum Matthæi conversio, verum etiam ejusdem ex infimo statu, in quo antea erat ad dignitatem Apostolicam exaltatio pulchrè descripta invenitur: *Erexit eum &c.* quia *factus* factus est, qui antea ad mensam collybiticam sollicitè sederat, & *exaltavit caput*

Ecc. 10.
12.

ejus, non solum adeo insignem Apostolum ex eo faciendo, verum etiam illustri Evangelistæ munere martyriique Laureæ ipsum honorando, id quod de aliis præterquam de S. Joanne minimè legitur, & *mirati sunt in illo multi, & laudaverunt Deum*, nam præter ingentem admirationem, quam hætenus dedit, semperque datura est repentina ejus conversio, certum est, quod multi quoque laudes decantaturi sint Deo ad ejus imitationem in divina misericordia confisi per sinceram se convertendo pœnitentiæ *Homo marcidus*, inquit Ecclesiasticus, quia præterquam quod homo avarus divitiarumque accumulandarumque studiosissimus, ut diximus, semper marcidam quandam macilentiam præferat, Apostolus quoque bona terrena excrementorum nomine appellat, *omnia arbitror ut stercora*. Vel etiam dici potest, avarus homo marcidus, id est, vir pauper, eo quod non solum verè ipsi desit, quod actualiter possidet, dum illo ad usum & necessitatem propriam minimè utitur, haud secus ac si illud nequaquam haberet, unde optimè Poeta ille cecinit: *Semper avarus eget*; verum etiam desit ipsi id quod non habet, & ideo si id sibi acquirere nequeat, affligitur, haud secus ac si pauper & egenus esset. In hoc igitur adeo miserabili statu *oculus Domini respexit illum, vidit hominem sedentem in throno, eumque in suam sequelam fortiter attractum sedere fecit super sedes duodecim*, judicantes duodecim tribus Israel. Ac proinde nunquid jure meritò cum Propheta regio dicere possumus: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra; suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus inopem, quia ut S. Gregorius quoque de terrenis divitiis dicit, fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt*

Ps. 132.

Hom. 15.
in Evang.

7. Vidit hominem. Considerabile est etiam in quem Christus oculos suos defixerit, nimirum in animatum quoddam lutum, ut illud in cælum pariter animatum transmütaret respexit hominem rapacem, avarum, peccatorem publicum ut illum efficeret sanctum & Apostolum: *Exultavit & iniquitate redimet annas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo*; à cunctis hujus terræ bonis affectum ejus ita auulsi, ut *relictis omnibus cum*

Ps. 17. 14.

eum fuerit infecutus, & qui antea bonis terrenis totaliter deditus erat, nunc paupertatem & nuditatem quandam Apostolicam meditari incipit. Unde dicere poterat: *Conversatio mea in caelis est; oculus Dei respexit illum in bono.*

8. Sanctus Hieronymus super hodiernum Evangelium scribens ait: Ex primo aspectu, poterat ad se attrahere, quos volebat; etenim duobus illis fratribus, ne quidem tantum indulsit temporis, ut retia sua in domum suam referrent, sed continuo relictis retibus secuti sunt eum; quamvis id non aded mirum sit sicut est repentina sequela Christi in S. Matthæo miranda, illorum namque retia passim scissa erant & modici valoris, quod verò sanctus Matthæus reliquit, aurum erat, illudque in valde considerabili quantitate.

9. Idem sanctus Hieronymus optimè demonstrat nequaquam levitatis animi indicium fuisse, quod ad unius tantum verbi prolationem Christum protinus secuti fuerint: *Quasi quemlibet vocantem hominem secuti fuerint, certè fulgor ille & majestas Divinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes aspectu trahere poterat, quos volebat; moxque quarundam naturalium rerum adducit similitudinem, quæ occultâ quâdam virtute quam in se habent inanimata quædam attrahere possunt: Si enim in magnete lapide hæc inesse vis dicitur, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos vocabat; quasi diceret, quod si magnes ferrum & succinus paleam ad se trahit; quid mirum si creator & Redemptor errandam quandam animam sanctificaturus ad ad se efficaciter attraxerit?*

10. Patientissimus Jobus Deum aliquando interrogavit dicens: *Nunquid oculi carnei tibi sum? aut sicut videt homo & tu visibis?* quasi diceret, minimè gentium; oculi namque Dei longè admirabiliores effectus in iis, quos respiciunt, producant, quam producere possint oculi nostri; Illud enim unicum vidit hominem S. Matthæum in Angelum, imò in Apostolum quendam transformavit, imò ipsummet Divinitatis suæ participationem quandam in eum transfudit: *Ego dixi: Dii estis, & filij excelsi omnes.*

11. Vidit hominem Eusebius Gallicanus in homelia quadam de festo hujus sancti opti-

mè observat, quod Matthæus idem sit quod donatus. Enimverò quando Christus a principio in eum oculos defixit, *vidit hominem*, non verò *Matthæum*, licet paulò post hujus nominis appellatione dignus fuerit effectus, quando scilicet Christus singularissimum quoddam donum, id est, justificationis & vocationis beneficium ei donavit, S. Palchafius ait: *Vidit hominem, & non Matthæum, quia Matthæus donatus interpretatur; & si jam in predestinatione, necdum tamen vocatus ad gratiam, adeo nondum Matthæum vidit, sed hominem. Matthæum tantum nomine, sed nondum gratia.*

12. Paulus de Palatio benignitatem & pietatem Christi impensè admiratur dicens: *Mirum vero est quod amantes oculos Christus in insignem peccatorem conjiciat, summa gratia est in tam foetidum infernum respicere; verum enimverò id quod vel maximè admirationem meretur, libens prætereo, nimirum quod infernum quendam per unicum oculorum obtutum in Paradisum transformaverit.*

13. Narrat de Diogene Philosopho Laertius, hunc lucis meridianæ tempore lucernam accensam per medium forum, totamque civitatem circumtulisse; cumque interrogaretur, quemnam aded sollicitè inquireret, respondisse ipsum: *Hominem quæro.* Similiter alia quadam vice dum in medio fori constitutus altum vociferaretur: *Adeste homines*, multique ad clamorofam hanc vocem concurrerent, ipse baculo quem manibus gestabat, circumstantem hominum turbam à se abigens dixit: *Homines adeste iusti, non sterquilinia.* Pari quoque modo videtur mihi sanctum Matthæum quoad usque Publicanus erat, hominis titulo minimè insigniri debuisse, sed potius sterquilini nomine compellandum fuisse, siquidem lucris iniquis bonisque terrenis, quæ ut jam ex S. Paulo diximus stercora appellantur, ad collum usque immersus erat: Iptum tamen postquam Christus eum respexit, in hominem fuisse commutatum: *Vidit hominem.* Et quidem si verum est quod scribit Chrysostomus: *Tunc, homo est, quando virtutem colit,* quales quamque heroicis virtutis actus sanctus Matthæus in sua conversione non exercevit?

14. Salmeron ad propositum nostrum hanc

Lib. 5. in Matth.

In cap. 9. Matth.

Lib. 6.

Hom. 13. in Gen.

Ser. 23.

hanc ponderationem instituit, dicens: Vidit hominem id est opus manuum suarum, signum scilicet nostrum; naturam, non culpam, vel peccatum, cuius nobis communiter contrarium accidit, nam nose contra oculos Basilicis gerimus, non nisi defectus & vitia intuemur, non naturam boni proximi.

15. S. Petrus Dhyriologus de Christo nostro dicit: Matthæum, non Matthæi sacculos requirebat.

16. Didacus Stella ad verba illa antece-

dentia: Cum transiret inde Iesus, reflectens hanc nobis doctrinam tradit: Tunc enim transiit Iesus, & in transitu peccatorem videt, quando eum vocat per internam inspirationem, non facit in eo mansionem, donec inspiratio opere impleatur; demum verò hocce monitum subjungit: Sicut Matthæus sequens suo convivio detinuit illum, discamus detinere Iesum, ne pratereat; ve illis, iuxta quos iterum atque iterum Iesus transiit, & non detinetur.

In Luc.

Occasione avaritiæ, quam S. Matthæus adjuravit, ostenditur, quam illa difficulter è corde eradicetur.

DISCURSUS QVARTVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me, & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

1. **I**dem ille Evangelista de quo lectum est hodiernum Evangelium, & cujus hodierna die celebratur festiuitas, idem inquam est, qui hodie à Christo Salvatore nostro ad sui sequelam invitatus fuit; ac proinde semetipsum vocat *sedentem in telonio*.

2. Dionysius Carthusianus scribit sessionem hanc duobus modis posse intelligi, primò enim dici potest, quod actualiter federit: *Secundo iuxta communem modum loquendi, quo sedere accipitur pro manere, vel esse alicubi*, sic enim dicere solemus, Talis Papa in Cathedra Petri tot annis sedit, quod idem est, ac si dicas, tot annis ea in dignitate vixit; sic quoque in scriptura dicitur: *Sedisti in Cardebane multo tempore*; & hoc sensu intelligi quoque possunt verba illa: *Sedentem in telonio, id est, tali officio intendentem, seu insistentem*. Porro hic Publicanus terrenis lucris suis totus immerfus, totus deditus erat. Unde Interlinearis ad illa verba, *sedentem in telonio*, addit: *Lucris pertinaciter inhaerentem*; ex

quo loquendi modo non solum immoderatum ejus lucra augendi studium deducitur, verum etiam quod in illa possessione longo tempore habituatus fuerit, unde quam ejus conversio admiranda fuerit, facile colligitur.

3. Propheta Regius tria peccatorum in peccata labentium genera distinguit, dum ait: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit* Status primorum est illorum, qui ad malum quidem extimulantur, ab illo tamen committendo vel divini timoris freno, vel ab alio quovis humano respectu coercentur. Secundus est eorum, qui postquam in peccatum aliquod prolapsi sunt, ab illo protinus resurgunt, & in culpa nequaquam diu persistunt. Tertius denique gradus est eorum, qui profundas in peccato radices egerunt, vel qui in prava iniquitatis consuetudine habituati, & quasi incarnati sunt; & in tali statu erat hic Publicanus. Unde Paulus de Palatio ait: *In eo quod dicit se ad telonium sedisse gravius scelus indicatur; constat*

In cap. 5. Luc.

Deut. 1. 46.

In Matth.

1. Tit.

stat enim vel leviter erudito tres esse in peccato gradus, quos confestim tribus hinc verbis enumerat; ire stare, sedere; ac tandem concludit: Miserum est in peccato ire, miserius in peccato stare, miserrimum sedere; si ergo miserrimum est in peccato sedere, quid erit sedere in summo peccato, quale publicanorum diaboli est.

4. Albertus Magnus similiter huic verbo sedentem suam glossam addit, dum ait: in pace & quiete peccatorum; & illum Davidis textum adducit, dicentis: Surgite postquam sederitis; & dicit hanc consuetudinem idem esse quod mala consuetudo inveterata.

Serm. 29.

5. At verò Petrus Chrysologus illi dictioni, sedentem, addit: utique quia stare non poterat pondere cupiditatis oppressus; aurum enim inter cuncta alia metalla ponderosissimum est. Similiter in alio quodam sermone ita scribit: Vidit illum sedentem, quia pondere cupiditatis pressus surgere non valebat; ubi similiter auri grave pondus considerat, cujus ipse non tantum avidissimè cupidus, sed etiam dives & abundans erat: Aurum naturâ grave, gravius fit avaritia nimis; nascitur in terra profunda, & dum suam repetit ad naturam, caelestes animas ad inferna deponit.

Serm. 30.

6. Admirabilitas igitur conversionis hujus Apostoli in eo præcipue consistit, quòd licet sub hoc pondere adeo depressus, mentæque Collybiticæ tam pertinaciter affixus fuerit, nihilominus ad unius verbi Dominici prolationem surrexerit: Et surgens, & post Christum ejusque vestigia curtere cœperit: Relictis omnibus securus est eum. Item quòd in unico temporis instanti factus sit Christi Apostolus, isque non minimus, adimplendo in se non tardè per prolixioris temporis lapsum, sed veluti in momento & icu oculi, totum id, quod Petrus totius Apostolici collegii nomine Christo dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

7. Verùm enimvero quisquis hujusce mutationis in hoc Publicano factæ prodigia vivacius penetrare desiderat, supradictam Interlinearis interpretationem hinc verbis expressam; Lucris pertinaciter inbiantem, attentius non nihil consideret. Etenim Apostolus avaritiam radicis nomine appellat, dum ait: Radix enim omnium malorum est cupiditas. Obsecro vos imagine mini vobis, super orificio barathri infernalis

1. Tim. 6. 10

Manlii Sanctuarii Tom. III.

proceram quandam plantatam consistere arborem, quæ loco ramorum, frondium, florum, fructuumque omnia genera vitiorum, sacrilegiorum, superstitionum, sensualitatum, odiorum, blasphemiarum, apostasiarum, &c. progerminet; hujus autem immensæ & procerissimæ arboris radix est avaritia, seu cupiditas auri & argenti; hæc enim omnem ei subministrat vigorem, omniumque & singulorum malorum unica & sola origo est atque occasio: ideoque sicut radix in omnia arboris membra influit, omnibusque ramis, frondibus, floribus, fructibus vitam subministrat, adeo ut illa sublata omnia quoque ab arbore subnascencia languescant: pari quoque modo cupiditas causa est omnium malorum, quæcumque illa demum sint: Radix omnium malorum est cupiditas. Ad propositum verò ut viti hujus tenacitas tantò clarior illucescat, ad id quoque reflectendum est, quòd sicut ab arbore aliqua facili negotio ramus aliquis decerpitur, imò cum minori adhuc difficultate frondibus, floribus aut fructibus spoliatur; at vero ad subvertendam & extirpandam radicem quantus labor requiritur? quot ligones, quot securæ, quot ferræ, aliaque omnis generis validissima instrumenta non adhibentur? ita quoque ut quis à corde alicujus avari inordinatum illum divitiarum bonorumque terrenorum appetitum evellat & radicibus extirpet, eadem prorsus difficultate, labores & molestia occurrunt. Enimvero si Deus ex corde hominis alicujus carnalis affectum impudicum, quo seducitur, eradicare velit, ad id complendum nulla prorsus difficultas occurrit; res enim tota confecta erit, si Deus objectum illud, quod inordinatè amat, juxta latitudinem ejus ex improvviso mori faciat. Si hominem vindictæ cupidum ad perfectam receptarum ab inimico injuriarum extimulare velit, haud quam id erit difficile; siquidem id facili negotio obtinebit, si ipsum vivum quendam timoris, suspitionum, pravorum judiciorum, imò jamjam imminentis mortis infernum experiri faciat. Quòd si gulosum aliquem epulonem seu Epicurum à crapula respiscere, & ad temperantiæ leges perducere velit, haud difficulter id faciet, si permiserit ut acutissimas, diuturnas, & lethiferas, totumque hominem exhaurientes infirmitates incurrat; & sic de reliquis discurre licet: at verò si avaro alicui facultates ejus sustuleris, nò ob id subito malis ipsius remedium adhibebis, imò

Rr

potius

potius animæ ipsius malum augebis; similiter si facultates ipsius adaueris, non ob id habendi cupiditas in ipso vigere desinet, imo cum adauctis diuitiis magis magisque in ipso crescet plus habendi & acquirendi sitis inextinguibilis. Et quidem insuper observandum est, quod vitium istud aliquam sibi etiam in personis quibusdam cæteroquin Dei legem studiosè obseruantibus, cognationem acquirit.

Marc. 10.
17.

8. In Evangelio S. Marci coram Christo Salvatore nostro quidam se sistit devotus adolescens, qui Dominum nostrum summa cum reverentia hisce verbis alloquitur: *Magister bone, quid faciam, ut vitam æternam percipiam?* cui Salvador protinùs respondit: *Præcepta nosti? cui adolescens mox subintulit: Hac omnia observavi à juventute mea Iesus autem intuitus eum, dilexit eum. & dixit ei: unum tibi deest, vade, quacunque habes, vende. & da pauperibus. & habebis thesaurum in cælis. & veni, & sequere me; quid postea huic adolescenti acciderit, nemo est qui id nesciat; dicit enim Scriptura: *Qui contristatus in verbo abiit mærens, erat enim habens multas possessiones.* Salvador igitur tristitiam & defectionem adolescentis illius, qui antea in sequela ipsius adeo se fervidum probaverat, videns, ad suos conversus, & circumspiciens Iesus ait discipulis suis, *quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.* Ubi Chryostomus ait: *Benè autem non fecit æterna vita mentionem sed thesauri; quia enim de pecuniis erat sermo, & de abrenuntiatione omnium, ostendit, quòd reddet plura his, qua præcepit relinquere.* Veruntamen ait Victor Alexandrinus: *Vnà illà voce à Deo consternatus fuit, ut de vitâ æterna ne cogitare quidem potuerit, sed tristis mærens, statim abierit; ac tandem concludit, juvenem hunc seriam quidem habuisse salutis suæ consequendæ voluntatem & desiderium, indissolubili tamen laqueo captus id perficere nequiverit; cupiebat vitam æternam, & morbo tenebatur longè difficilimo.**

9. Verùm enim vero quid opus est alia exempla inquirere præter unicum illud infelicis illius Apostoli & scholæ Christi discipuli? etenim non obstantè quòd continuus fuerit commensalis Dei illius, qui de se protestatur dicens: *Vulpes foveas habent, & volucres cælinidos; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet; non*

obstante etiam quòd Christum præceptorem suum sæpiùs audivisset dicentem: *Facilius est camelum transire per foramen acis, quàm divitem intrare in regnum cælorum;* denique non obstantè quòd ei expressè prohibuisset: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris;* nihilominus posthabitatâ, & veluti pedibus substratâ quavis lege naturali, humanâ & divinâ, seduci se permisit, ut Magistrum suum, Dei, inquam, Filium, pro triginta denariis flagitiosissimè vendiderit, neque ad ipsum ab hoc diabolico attentato removendum sufficiebat criminis sui, quòd machinabatur, ipsi à Christo antecedeater facta manifestatio, non severissimorum suppliciorum de ipso fumidorum rigidissimâ à Christo factæ comminationes, non benignæ illæ ad respicientiam illius procurandam à Christo ei proposita invitationes; non verborum blandimenta, quibus ipsum Christus non solum in cœna, verùm etiam in ipsissimo flagitiosissimo traditionis actu delimitare satagebat; sed speris hisce omnibus conceptum facinus non solum adimplere & exequi, verùm etiam cum flagitium suum per synceram pœnitentiam expiare posset, in summam gratiæ & misericordiæ Dei injuriam & ignominiam, ut potè quæ ad ipsum benignè recipiendum promptissimam se exhibebat, desperatâ morte vitam suam claudere voluit.

10. Undè quàm venenosa & pestifera sit illa radix avaritiæ, abundè latis colligitur, siquidem alii discipuli, qui in quemcunque alium errorem fuere prolapsi; verbi gratiâ, duo illi fratres, filii Zebedæi, in primarum sedium ambitionem, Petrus in perjurium, Thomas in incredulitatem, indilatè respuerunt: at verò infelicissimus hic discipulus, ut potè circa aurum & argentum valde avarus & cupidus, mortuus est desperatus, ideoque in eo die damnatus fuit, quo paradus ipsis quoque latronibus factus est pervius & patulus.

11. Ex hætenus dictis facili quoque negotio comprehendere potest, quàm fuerat miraculosa mutatio, quam Dei altissimi omnipotens dextera circa S. Matthæum operata fuit; quia tametsi in hoc insatiabili avaritiæ vitio adeo habituatus fuerit, *lucris pertinaciter inhiantem, nihilominus in unico quasi temporis momento surgens, relicto omnibus secutus est eum.*

12. Et quidem ut prodigium conversionis huius

hujus tantò magis eluceſcat, inſtituatis velim
quandam Matthæum inter & juvenem illum Ev-
angelicum, de quo paulò antè locuti fuimus,
cõparationem. Etenim adoleſcens ille Chri-
ſto dicere non dubitavit: *Omnia hæc, ſcilicet
præcepta Dei, cuſtodivi à juventute mea; ſupra
modum quoque cupidus fui te Deo ejuſque
ſervitio dedicandi, & tamen quando Chriſtum
audivit ſibi dicentem, quòd ut perfectus evadat,
opus ſit ei omnia prorfus relinquere. abiit triſtis.*
Similiter Apoſtoli quidam ab avaritia extimula-
tus Salvatore tradit, eumque vendit, ac de-
mum *proſectis argenteis in templo laqueo ſe ſu-
ſpendit;* denarios in locum ſacrum reſoluit, ut
tanquam idola ibidem adorarentur, *Avaritia,
quod eſt idolorum ſervitus,* ſemetipſum verò in
ſuſcipiam & in infernum adegit: E contra verò ho-
diernam hujus publicani *ſedentis in telonio* in
Apoſtolum converſionem utrique prædicto-
rum è diametro opponatis, ſic enim evidenter
quàm hæc ſit admirabilis, unicuique manifeſtum
ſiet: neque enim duntaxat in ſchola Chriſti non-
dum federat, verùm ne pedem quidem unquam
in eam intulit, & forſitan ne unicum quidem in
via divinatorum præceptorum grefſum moverat, &
tamen ad prolationem unius tantùm verbi ab ho-
mine ſecundum faciem exteriorem paupere &
abjecto factam, *relictis omnibus, ſurgens ſecutus
eſt eum;* non ſolùm tenaciſſimam illam cupidita-
tis terrenæ radicem è corde ſuo penitèsvulſit;
verùm etiam eodem prorfus tempore intenſiſſi-
mum quendam erga Evangelicam & Apoſtoli-
cam paupertatem amorem eodem cordi ſuo in-
ſeruit, adeo ut Abulenſis de eo dicat: *Reliquit*

*qua habebat, & qua habere poterat, & qua ha-
bere cupiebat.* Verè ſanctus hic Apoſtoli ad
proſoluitum noſtrum dicere potuit: *Eduxit me
de lacu miſeria, & de luto facis.* Reverà enim
metallum illud, quod tanti in hoc mundo æſti-
mamus, fax quædam eſt terræ hujus; undè ſupe-
riùs ex mente Habacuc diximus, quod qui illud
accumulat, *aggravat contra ſe denſum lutum
de lacu miſeria;* ſiquidem avaritia multas ſecum
inquietudines & anxietates adfert; & ideo divi-
tiæ ab incarnata Sapientia Patris ſpina appellata
fuerunt. *De luto factis;* quia ſicut lutum nobis
facillimè adhæreſcit, ita quoque corda noſtra
facillimè auro & argento agglutinantur. *Statuit
ſupra petram pedes meos;* ipſum namque tan-
quam columnam ſtabilivit ſupra petram & ædi-
ficium Eccleſiæ, dum eum in Apoſtolum elegit.
Et direxit grefſus meos; ſcilicet ut ſe reciperet in
Chriſti ſequelam, ut difficillimis valdeque ar-
duis itineribus & laboribus ad ejus Evangelium
annuntiandum: varias peragraret provincias &
regna. *Et immiſi in os meum canticum novum;*
quia novam gratiæ legem prædicavit, magnam-
que novi Teſtamenti partem, id eſt, ſanctum Ev-
angelium ſuum conſcripſit. *Videbunt multi, &
timebunt, & ſperabunt in Domino;* multi nam-
que ex hujus Apoſtoli converſione magnam
concepturi ſunt ſalutis ſuæ ſpem atque ſiduciã.
Undè B. Petrus Damianus ait: *O quàm dulcis,
quàm jucunda, quàm delectabilis eſt iſta feſti-
vitas, in qua peccator ad amorem Dei accendi-
tur, fides augetur, mens qua diffidebat, erigitur,
certa ſpei gratia cumulatur,*

Serm. 2. de
S. Matth.

Lib. 39. in
Matth.



Eo ipso quo S. Matthæus conversionem suam inter miracula Christi enumerat, quàm illa admiranda & stupefenda fuerit, satis demonstrat.

DISCURSUS QUINTVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. c. 9. v. 9.

SANCTUS Matthæus in charta sua Evangelica multa ab omnipotenti Christi manu patrata prodigiosa miracula describens, videlicet de leproso mundato, sanato paralytico, sedata maris tempestate, de dæmonibus ab obsessis corporibus fugatis, tandem quoque conversionis lux filium historicè contexere incipit, dicens: *Et cum transiret inde, vidit hominem, &c.* Cujus mysterium glossa tangit, dum ait: *Matthæus vocationem suam refert inter miracula*; probè namque sciens quàm difficili vitiorum, appetituum inordinatorum, omniumque aliarum iniquitatum labyrintho intricatus, & quot laqueis à dæmone stricè ligatus fuerit; ex alia verò ad mutationem quandam adeo admirabilem in semetipso à divina gratia factam sese reflectens, eandem inter miracula referendam esse censuit; & meritò; nam ut Doctor Angelicus scribit: *Majus opus est justificatio impii, quæ terminatur ad bonum æternum divina participationis quàm creatio cæli & terræ quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis.* Id quod ex alio quodam motivo probat: *Ut mundum crearet, nihil obsistebat; at ne largiatur suam gratiam impio, reluctatur peccatum*

& impietas impii. S. Augustinus etiam illa verba: *Majora horum facies*, declarans dicit: *Nam majus opus est, ut quis ex impio justus fiat, quàm creare cælum & terram.* Et quidem si hoc indifferenter quoad omnem peccatorem verum est, quid in præfenti proposito de S. Matthæo adeo insigni peccatore & Publicano dicendum erit?

2. *Inter miracula.* Magnum quidem & exitium quid est quòd Christus ad dexteram Patris rediens Saulum ad Apostolatam vocatum in Paulum transmutarit; hoc tamen ei non accidit, nisi postquam prius coram se cælum aperiri, atque ex splendoribus illis æternis divinam quandam lucem se illuminantem emicare vidit, fuitque lux illa fortasse tertia sanctissime illius Triadis Persona, quæ ab Ecclesia *Lux beatissima* denominatur: *Circumfulsit eum lux de cælo*. Ipsemet quoque Christus, uti multi graves Doctores opinantur, se in propria persona gloriosum & impassibilem, non verò caducâ & mortali carne cinctum, utpotè splendorem paternæ gloriæ, spectandum exhibuit, eumque terribili hac voce inclamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Et ideo nil mirum si statim victas manus dederit, dicens: *Domine quid me vis facere?* In casu autem nostro S. Matthæus nulla unquam viderat à Sal-

Salvatore patratua miracula; siquidem omnes affectus illius argento & auro conquirendo immerſi erant: ideo enim, ut ſuperius vidimus, ſancti Patres illum dicunt fuiſſe *Lucru pertinaciter inbiantem; animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus*. Similiter dum Chriſtus illum vocavit, oculis ſuis virum quendam intuitus eſt, juxta ſpeciem externam rigidum, auſterum, gravem, pauperem, nudipedem, paſſim à divitiis, Scribis, Phariſæis, ſacerdotibus, aliſque ſynagogæ principibus ſubſannatum & deriſu habitum, & tanquam Samaritanum, dæmoniæ, ebriofum ac temulentum contemptum, adeo ut publicè ei acclamarent; *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum?* & tamen hic ad unam Chriſti vocem montes aureos deſeruit, ſeque in Salvatoris ſequelam protinus recepit: *Surgens ſecutus eſt eum*.

3. Valdè quoque admirabilis fuit illa trium illorum Magorum ſive Regum Orientalium fides, qui cum tantis incommodis & moleſtis è regnis ſuis diſceſſerunt, ut coram Infantulo quodam, qui nudus in ſtabulo poſitus toto corpore tremebat, venerabundi ſeſe proſtrernerent; hujus tamen facti admirationem multum diminuit, quòd licèt ſtabulum puerulum hunc minùs quàm hominæ eſſe proteſtaretur, ſtella tamen eundem infantem clarè indicaverit eſſe Deum, in cujus rei teſtimonium inſuper ipſam Balaami prædictionem habebant.

4. Fuit itidem mirabilis quidem fides illa boni latronis, qui eum, quem videbat, quendam ſuſtinere dolorum ac tormentorum acerbiffimum infernum, tanquam verum paradifi Regem adoravit; verum antequam id faceret, quot non vidit portenta totam naturæ vim omnino ſuperantia, ſolem nimirum obſcurari, univerſamque terrâ quaquaverſum contremiſcere! quot item non vidit & admiratus fuit in Redemptore noſtro heroicis & ſupernaturales actus & geſta?

5. Similiter Magdalenæ quidem prima fuit, quæ pro impetranda plenaria peccatorum ſuorum indulgentia ad Chriſtum accurrit; id tamen adeo mirum non eſt: quia cum, de quo dicitur: *Verba vita aterna habes*, in templo ſæpiùs prædicantem auſcultarat: miraculum quoque in filio viduæ Naimiticæ patratum præſens ſpectarat; at verò de S. Matthæo B. Laurentius Juſtinianus ſcribit: *Signa non viderat ſalutis, non intellexerat monita, nec familiaris Chriſto extite-*

rat, & tamen ad unam vocantis vocem, cordè compunctus, mente mutatus, irradiatus fide, atque charitatis tranſfixus jaculo, repente relictis pecuniis, familiâ, poſſeſſionibus, ac ſuò poſito, præceptoris obediit imperio.

6. Inter miracula. Præterea alii Apoſtoli priuſquam à Chriſto ad ſui ſequeſam invitarentur, in timore Dei habituati erant, nulli unquàm peccaminolæ profeſſioni applicati fuerant, quæ aliquam annexam haberet à divinæ legis obſervantia abalienationem; at verò S. Matthæus publicus peccator erat, rapinilque, uſuris, & violentis pecuniarum extorſionibus totaliter deditus fuerat. Undè B. Laurentius præfatus ait: *Erat namque Matthæus Publicanus, & turpis lucri publicè negotiis intentus, alienus à fide, & à (a-crorum ſegregatus conſortio, temporalia querens, parvipendensque cœleſtia.*

7. Alii, quos ad Apoſtolatum invitavit, dixit: *Faciã vos fieri piſcatores hominum*; adeo quæ illi Chriſtum ſequendo conditionem ſuam notabiliter meliorem reddebant; nihil enim amittebant, ſed lucrabantur potiùs. ſiquidem piſcatio hominum longè eſt excellentior & dignior, quàm ſit illa piſcium; at verò huic Publicano ſolùm dixit verbo quodam imperativo: *Sequere me*; dicere utique ei potuiſſet: *Faciã te negotiatorem animarum; vel theſaurizabis theſauros in cœlo, ubi neque arugo, neque tineæ demolietur*; id tamen nequaquam fecit, ac proinde nihil aliud ab eo audivit, quàm unicum duntaxat: *Sequere*. Sed quem? *Me*. Quis autem iſ alius erat, qui ad ſe ſequendum Publicanum hunc, qui non percipiebat ea quæ ſunt ſpiritus, provocabat, niſi quidam in oculis hominum abjectus, nudipes, pauper; qui proinde dicere poterat: *Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis?* Dixit quoque nudè: *Sequere me*; nihil aliud addendo, nec exprimendo, quo fine, nec in quem locum, nec quomodo, vel quando, neque cur, aut cum qua remuneratione id facturus eſſet; & tamen abſque eo quòd quidquam ſuper verbis Domini ratiocinaretur, *capti vans intellectum in obſequiũ fidei, surgens, relictis omnibus ſecutus eſt eum*. Nunquid igitur hiſ omnibus rectè penſitatis optimè hæc converſio inter miracula Chriſti poni dicitur?

8. Ad hæc conſiderandum quòd tres Magos Orientales prodigioſà quadam ſtellâ mediante

ad se invitârit, quia hi astrologiâ delectabantur, alios quoque inelcavit, ut diximus, hisce verbis: *Faciam vos fieri piscatores hominum.* S. Paulum, qui legem Mosaicam ardentem zelo proferebatur, sibi attraxit, illuminando eum, efficiendoque ut veritatem agnosceret Evangelicam, Mosaicam verò veraciter cessasse crederet; ideoque facile ei fuit, ut convicto intellectu, eus quoque voluntatem pariter sibi acquireret, eumque faceret dicere: *Domine quid me vis facere?* maximè postquam audivit: *Vas electio- nis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel;* at verò quodnam vel quale motivum hunc Publicanum ad Christi sequelam invitare poterat? Etenim in Psalmo dicitur: *Constabitur tibi;* verùm ecce tibi subito motivum expressum: *Cum benefeceris ei.* Num fortè socrum ejus sicut socrum Petri pristinae sanitati miraculosè restituit? Num fortè Christus ei idem quod Zachæo dixerat: *Hodie huic domui salus à Deo facta est?* at verò si id, quod Christus in hoc Publicano operatus fuit, attentè consideremus, potius dicendum est ipsum ulum fuisse medio omninò contrario illi, per quod ad sui sequelam invitati, atque ad deserendas omnes divitias hætenus cum tot sudoribus & curis comparatas moveri potuissent. Undè licet David dicat: *Constabor tibi, cum benefeceris ei;* id tamen S. Matthæo non evenit, & tamen *relictis omnibus, &c.*

Ps. 48. 19.

q. 37.

9. *Inter miracula.* Abulensis movet hoc dubium, cur scilicet à sacris Evangelistis specialior fiat mentio de vocatione, qua ad Apostolatium vocati fuère S. Petrus, S. Andreas, S. Jacobus, S. Joannes, & S. Matthæus, quàm de vocatione aliorum? illudque resolvit dicendo: *Evangelista illa solum expresserunt, qua ad aliquam instructionem nostram proficiunt; & quia in istorum vocatione fuit aliquid speciale & ad miraculum pertinens, vocatione istorum solum descripta est.* Verùm, inquires, quam tunc illa miracula in vocatione aliorum? De duobus fratribus Petro & Andrea invenimus scriptum: *Relictis retibus & navi;* de sanctis Jacobo & Joanne pariter scribitur: *Relicta navi & patre secuti sunt eum.* Verùm enimvero quænam est proportio inter ea, quæ dicti quatuor fratres deseruerunt, si comparentur cum illo quod reliquit S. Matthæus? Id ipsum optimè explicat dictus Abulensis, dum de hoc Aposto-

lo nostro ita scribere pergit: *In Matthæo autem fuit majus miraculum, quia cum sederet in ardoribus araritis, Christo vocante omnia deseruit qua habebat, qua habere poterat. & quod majus est, qua habere cupiebat; hæc autem mox ut vocatus quod subito desereret, miraculum erat, & inter miracula ponendum.* Axioma est Veritatis æterna: *Qui aurum diligit, non justificabitur.* Quid igitur aliud de hoc Apostolo, quem Spiritus sanctus vocat *Sedentem in telonio;* quod idem est, ac si illum *Lucris pertinaciter inhaerentem* esse diceret, aliud concludendum erat, quàm quod nequaquam justificandus foret.

Eccl. 31. 5.

10. David Propheta Regius vice quadam Deum, quod æternæ gloriæ possessionem post hanc vitam consequendam atinet, interrogabat: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* sibi que ipsi perspicuis verbis responderet, hac gratiâ dignum futurum esse; *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram;* igitur à contrario sensu dicendum videtur, usurarios indignos futuros esse divino consortio; ac proinde merito inter *eximia Christi miracula* connumeranda est hujus usurarii tanta mutatio, ut ipse sicut Filii Dei factus sit familiaris atque domesticus, vel quod de factis *requiescat in tabernaculo ejus, fueritque justificatus.*

Ps. 14. 5.

11. Eum vero is, qui peccato carnis immer- sus est, hunc scopulum facile superabit sive per adultiorem ætatem, sive per infirmitatem acerbitates, sive per notabile fortunæ dispendium, sive denique per mortem & jacuram objecti illius, quod perditè amabat; vel etiam facile victor de carne sua evadet per adhibitum vitæ rigores & austeritates corporales; at vero quàm est difficile in avaro tam in abundantia divitiarum, quàm inter adversitates & afflictiones, insatiabilem hunc appetitum moderari, cujus auri sacra fames, ut Poëta canit, *quid non mortalia cogit peccora?* quot noctes transiguntur in somnes? quot servantur & fiunt non præcepta vigiliæ? quot non subnaesuntur navigationum pericula, labores & ærumnæ? cum quanto gustu avarus sibi accumulatur pericula exactionum, incendiorum, deprædationum, &c. Ligatur cum amicis, parentibus, & aliis omnibus sine discrimine. Propter aurum homines ad ipsa inferni confinia usque vivi descendunt; propter aurum venditur corpus, anima, honor, & omnia.

Aurum

Aurum est tyrannus, qui nonnunquam etiam amicorum Dei fidelissimorum corda devincit. Atque ideo nunquid veium fuit miraculum, quod Publicanus iste ad unam Christi vocem omnia hactenus laboriosè & sollicitè congregata fortunæ bona deserat, *relictis omnibus?*

12. Verùm enim vero in hac conversione valdè etiam considerabile est tempus, quo facta est. In Jeremia Deus ita loquitur: *Locutus*

sum ad te in abundantia tua, & dixisti, non audiam: Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum Domine. David quoque ait: *Incrassatus, impinguatus, dilatatus,* Et quid

Dent. 32. f. indè sequitur? Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutaris suo. Alios Apollolos eo tempore invitavit, quando piscatio irritò & infructuoso labore fiebat. Quod vero

S. Matthæum attinet, in hoc conversionis ejus consilium miraculum, quod eo tempore, quo cunctæ ejus negationes prosperitæ & ad votum fluebant, quando in opulentorum lucrorum suorum mensa quietè sedebat, & quiescebat sollicitè, *sedentem in telonio;* quod, inquam, tunc non solum Christi invitationibus aures promptas, & ad obediendum pronas præbuerit; verùm etiam *relictis omnibus*, plus fecerit, quàm ei à Christo fuerat præceptum: Dominus enim noster solum ei dixerat: *Sequere me;* non vero jusserat, ut opulentissima substantiam & facultates suas penitus desereret, & tamen *relictis omnibus secutus est eum.*

13. *Inter miracula.* Christus Salvator noster cum Samaritana ex proposito & de industria prolixum sermonem miscuit, secretissima, quæ in intentione & corde suo habebat recondita, ei detegendo, omniâque ejus peccata ei revelando, aquam illi promisit ex fonte aquarum viventium propinandam: *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Aliter vero cum hoc Publicano egit; dicit enim textus: hodierni Evangelii: *Cum transiret indè, vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me; & surgens secutus est eum.* Unicus à Christo in ipsum obiter directus intuitus, absque eo quod Christus vel ad momentum quietè ejus causâ subsistendo moram traheret, ipsum ad Christi sequelam immediatè traxit; nulla prorsus interjecta fuit dilatio aut mora temporis inter *Vidit Christi & Dixit;* & inter *surgens & secutus est eum.* Verùm enim

vero conversio S. Matthæi tantò magis & excellentius Samaritanæ conversionem antecellit, quantò ex Evangelio certius est quod Samaritana ad hoc ut Christum in Samaria tanquam verum Messiam prædicaret, solam *reliquit ibi hydriam*, vas scilicet fictile & terreneum; quid vero sanctus Matthæus Christum prædicaturus reliquerit, magis perspicuè intelligetis, si duo illa verba, quæ de hoc Publicano dicuntur, in altera mentis vestræ æquè ponderaveritis, nimirum, *relictis omnibus;* nam ut super tot mundi regna Evangelium annuntiaturus expeditius se extenderet, omnia reliquit quæ possedit.

14. *Inter miracula.* Chrysologus ait: *Vbi abundavit delictum, super abundavit & gratia; deterius sedebat in telonio, quàm paralyticus jacebat in lecto; quia ille carnis patiebatur paralysem, iste mentis;* verùm consideretis eum admiramibilem mutationem, quæ circa eum facta est: *Mox, inquit idem Chrysologus, Apostolatus præditus dignitate, non solum ipse accepit, sed etiam aliis indulgentiam præbuit peccatorum.* Audite obsecro qualiter verba illa: *Surgens relictis omnibus secutus est eum.* Sanctus & Seraphicus Doctor Bonaventura interpretatur: *In quo designatur perfectus consensus liberi arbitrii, & quoad recessum à malo, & quoad perfectum in bono, & consummationem in statu perfecto; idè dicitur quòd omnia reliquit, quòd surrexit, & quòd Christum secutus est.* Metaphrastes similiter ita de eo scribit: *Non pecunia multitudinem, non turbam eorum qui circumstantabant, non hanc gloriam quicquam apud se reputans, statim surgens, neque verbis prolixis opus habuit, neque longo sermone; sed cum primum illam vocem audivit, sequere me, surgens secutus est eum.* Veruntamen ut Commentator quidam super *Io. Forus* Matthæum scribit: *Observandum & illud, in Matth. quòd Matthæus vocationem suam inter miracula describit & reputat; nec immeritò: non enim minus, imò majus miraculum est ex ambizioso modestum, ex feroci tolerantem, ex libidinoso castum, ex rapaci liberalem reddere, quam corpus hominis sanitati restituere.* Inter miracula recensendum est, quod sine ullo medio ab uno extremo vitii ad culmen adeo eminentis Apostolicæ perfectionis transierit.

15. Inter miracula referendum quoque est, quod vit omnino vilis, publicanus, ab omni Israël

in Eva

Isrem. 23. 21.

Pf. 91. 17.

Dent. 32. f.

Ioan. 4.

le in abominatione habitus, in unco momento ad eam sublimatus sit dignitatem, de qua canimus: *Ecclesiarum Principes*. Chryostomus ait: *Publicanorum autem studia, & exercitatio impudentia, crudelitatis plena sunt; turpis quædam mercatura, imò rapida* Et tamen ecce tibi S. Matth. Publicanum hunc à B. Petro Damiano gloriosè

descriptum: *Inter omnes plane Sanctos qui cælesti gloria de triumphato mundo victoria titulos intulerunt, B. Matthæus mihi videtur insignis, & quendam inter eos obtinere dignitatis primatum, atque, ut audenter dicam: Nemo est post Christum, cui magis debeat sancta unversalis Ecclesia.*

De virtutibus, quæ in ejus Conversione resplendent.

DISCURSUS SEXTVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me; & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

Hom. 13. in
Genes.

1. **S**anctus Joannes Chryostomus qualitates, quæ esse hominis specialissimè constituunt, accuratè considerans, dicit illas non in hisce membris corporalibus, vultu videlicet, oculis, auribus, ore, aliisque partibus; nec in usu rationis sive discursu, sed in virtutibus Christianis consistere: *Tunc homo est, quando virtutem colit.* Paulò post verò ulterius interrogat dicens: *Qua autem est imago hominis? rationalem esse? verùm non hoc solum fuerit esse hominem, sed virtutibus esse deditum, & vitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis Dominicis obtemperare.* Et hoc quidem fundamento supposito, jure merito dicere possumus, quòd Deus noster, quando suos in hunc Apostolum oculos direxit, vere vidit hominem; siquidem in ejus conversione, & successivè in toto decursu vitæ ejus Apostolicæ, multæ eaque omnes valdè præclaræ virtutes eluxerunt: *Vitia fugit, illicitis affectionibus imperavit, mandatis Dominicis obtemperavit.*

2. *Virtutibus deditum.* Celebris est illa S. Hieronymi sententia: *Prima Christiani virtus est, contemnere, & contemni. Necellum enim*

est, quòd quisquis primum in via Dei pedem figit, eo eam ingrediatur animo, ut mundum velit contemnere & negligere, cum quæ generosa resolutione subsannationes & derisiones obvias ab aliis patienter sustinere. S. Matthæus *relictis omnibus secutus est eum;* adeo quæ in primis propter Deum omnia contempsit, idque non invitatus, sed cum summo animi gaudio. Pro cujus majori evidentiâ observandum est, quòd cum S. Lucas laudem illud convivium, quod Christo Domino in signum lætitiæ, qua animus ejus gestiebat, eò quòd se in sequelam & disciplinam Salvatoris addixerat, instruxit, in Evangelio suo hisce verbis referat: *Fecit ei convivium magnum Levi in domo sua;* attamen ipsemet sanctus Matthæus idem convivium tangens, aliud nihil dicat, quàm *discumbente in domo,* non verò domum illam domum suam esse dicat: quia reverà non amplius domus ejus erat, quoad affectum & æstimationem propriam, quia *relictis omnibus secutus est eum.*

3. Quoad aliud verò punctum, quod consistit in eo, ut quis eligat contemni & negligi propter Christum, similiter est certum sanctum Matthæum quoque hoc ipsum perhibenter sustinuisse; considerate enim qualiter maximè à col-

à collegiis suis, qui eorundem cum ipso negotiorum consortes erant derisus & sublanatus fuerit, eo quod ingentes divitias & facultates suas, nec non & lucrosissimum munus suum quo in telonio perfungebatur & quo mediante maximum per singulos dies divitiis suis incrementum addere poterat, ultro citroque dimiserit, idque eo potissimum sine, ut tantò expeditius sequi posset Christum, qui fabri lignarii filius, & Dæmoniacus seu præstigiator quidam æstimabatur, quem proinde præter vilem & abjectam plebeculam nullus publicè sectabatur, quæ causa erat, cur Nicodemus Princeps synagogæ eum diurno tempore aliis spectantibus convenire erubuerit, ideoque nocturno solum tempore cum eo sermocinatus fuerit; Ino credibile est, quod ab initio ipsiusmet scholæ Salvatoris discipuli ipsam tanquam publicum peccatorem abominati fuerint, quamdiu scilicet factam in animo ipsius mutationem iguorabant, Pharisei autem apertè contra ipsum murmurabant, eumque tanquam hominem inconstantem, qui ad omnem ventum spirantem mutabatur, præ oculis ferre non poterant, & tamen tantum obest, quod se à disciplina & sequela retrogressus subduxerit, ut potius aliis Evangelistis ipsum Publicanum fuisse silentibus & dissimulantibus, ipsemet se talem fuisse publicè in Evangelio suo professus fuerit. Unde S. Thomas ait: *Alij appellant eum Levi ad servandum honorem ejus, ut non agnoscatur ille esse peccator, sed ipse vocat se Mattheum, qui a justis in principio accusator est sui.*

4. *Virtutibus deditum;* Quia humilitas & modestia ipsius incomparabilis fuit. Unde Chrysostomus ait: *Non est abs re grandem Evangelistam Philosophiam admirari, qui antequam vitam suam non celavit. Et nomen suum adscripsit quod alijs appellatione peccataverant, semper enim quotiescunque sui ipsius mentionem facere cogitur, se Publicanum fuisse apertè profiteretur.*

5. Agathocles ex figulo Rex factus, ne vitæ progeniei suæ oblivisceretur, serio præcepit, ut inter alia vasa aurea & argentea, fictilia quoque vasa in mensa regia adjicerentur. Ita quoque S. Matthæus licet ad eminentissimum Ecclesiæ gradum à Christo evectus esset, attamen ut se in continua sui humilia-

Mansi Sanctuarii, Tom. III.

tionem exereret, se Publicanum fuisse semper memorari voluit

6. Abulensis observat, quod S. Matthæus Christi Genealogiam per ordinem recensens, quando Salomonis progeniem descripturus erat, valdè prudenter dixerit: *Ex ea qua fuit Vria*, quia ne hujus mulieris adulterium aliis in memoriam revocaret, Bersabeam expressè nominare inconsultam esse duxit, at verò quando aliquam de semetipso scribendi occasionem habuit, sive ob recensendam vocationem suam sive ob alios respectus, se semper, etiam quando id necessitas non postulabat, Publicanum nominavit

7. S. Lucas Apostolorum contexens catalogum, semper primo loco S. Matthæum & postea S. Thomam enumerat: ipsemet verò S. Matthæus S. Thomæ præminentiam attribuit, ac tandem de se subjungit: *Et Mattheus Lib. 3. deus Publicanus.* Unde Eusebius Cæsariensis scribit: *Hoc nullus Evangelistarum indicavit, non coapostolus ejus iohannes non Lucas, non Marcus, sed ipse Mattheus suam ipsius vitam non dissimulans, planeque seipsum accusans; Et paulò post id ipsum repetit, dicens: Itaque Mattheus abundantia quadam modestia, studium præ se ferens veritatis, in suis moribus indicandis Publicanum se appellavit.*

8. Notat S. Thomas, quod quidem se poterat Matthæus appellare *Levi*, prouti ab aliis appellatus fuit, & tamen voluit se vocare illo nomine, quo magis erat notus, ut sic magis cognosceretur peccatum suum; De se quoque nihil aliud scripsit, nisi quod invitatus à Salvatore ejus se sequela & disciplinæ manciparet: S. Lucas autem illam adjunxit perfectæ conversionis suæ circumstantiam: *Relictis omnibus.* Unde Glossa dicit: *Lucas plenius dicit, relictis omnibus secutus eum, iam corpore quam mente.*

6. Tacuit etiam S. Matthæus, quod Salvatoris nostri in domo sua convivium opiparum instruxerit, utique ex motivo humilitatis, quia alias declarasset exhibitam à se erga benefactorem suum insignem gratitudinem, vel zelum lucrandi alios Christo, & excessivum de vocatione sua gaudium. Unde Lucas Burgensis, circa illa verba: *Discumbente eo in domo addit, scilicet ipsius Matthei, id quod ex Marco, & potissimum Luca perspicuum sit, nam*

Matthæus ipse modestia causa, qua à se laude digna gesta sunt, reticet.

10. Porro quousque ab ipsis primis ejus principis vocationis virtus hujus Apostoli excreverit, ex eo facile argui potest, quod ut sanctus Dionysius Arcopagita ait: *Omnum divinarum divinis extat perfectio Dei, cooperatores esse in salute animarum ad suum creatorem; etenim hæc perfectio in ipso manifestata fuit, quando vix in scholam cælestis Magistri pedem suum primitus fixerat.*

11. Hujus quoque zeli singulare specimen edidit, per hoc quod statum peccati in quo erat, data opera aggravare voluerit, Publicanum se denominando, ne quis à salute desereret, inquit Glossa, & Beda; ut ostendat legentibus, nullum debere conversum de salute dissidere, cum ipse de Publicano in Apostolum, de telonario in Evangelistam sic repente mutatus.

12. Hugo Cardinalis hanc Evangelistæ charitatem in eo considerat, quod curæ ipsi fuerit, alias quoque animas errabundas Christo lucrari, unde circa illa verba: *Et erat turba multa Publicanorum, dicit: Hos invitavit, ut socios haberet in poenitentia quos socios habuit in culpa. Quem zelum imitatus fuisse videtur S. Augustinus, qui postquam in Ecclesiæ gremium reductus respuit, prout ipsemet testatur, Deo dixit: Vbi gustaveram lumen tuum frendebam, quod alius indicare non possem.*

13. Virtutibus deditum. Apostolus monet: *Pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & grati estote.* S. Matthæus autem hanc pro vocatione sua gratitudinem satis in præparato Salvatore tam corporali quam spiritali convivio manifestam reddidit; De spiritali convivio dicitur: *Cibum habeo manducare quem vos necistis, id est, conversionem ejus; De corporali autem, inquit Victor Antiochenus: Ut ob vocationis beneficium gratum se declararet; Eiusdem quoque sententiæ Chrysostomus fuit, dum ait: Congruam autem cælestis beneficij suam rependens Matthæus, Christo magnum convivium in domo sua paravit, ut illi commodaret sua temporalia, à quo expectabat perpetua bona.*

14. Jansenius non tam humilitati, quam gratitudini S. Matthæi adscribit, quod ipse in sacra Scriptura ad perpetuam rei memo-

riam se Publicanum appellaverit: *Se Publicanum vocat, ut nomen suum & infame officium indicando perpetuum relinquere sua gratitudinis, divinæ, benignitatis, & gratiæ & potestatis monumentum.* Idem quoque in Luca Burgensibus verbis scriptum reperio: *In eo, inquit, gratitudinem demonstrans suam; quod perpetua eum memoria mandare non pudeat, qualis fuerit, & unde assumptus, quo magis in sua persona illustret gratiam Christi; quò enim inquit ille, medici artem impensius admireris, suum ipse & nomen & vulnus aperit.*

15. Virtutibus deditum. Etenim obedientiam pariter perfectissimam exhibuit. Unde Glossa: *Perfecta in eo relucet obedientia & perfecta abrenuntiatio* Chrysostomus quoque ait: *Sicut vidisti vocantis virtutem, ita ad discipulatum obedientiam; neque enim resistit, neque in domum abire rogavit, & suis hoc communicare.*

16. Ejus quoque admirari possumus mansuetudinem, dum Phariseorum audiendo maledicentias & murmurationes, quantumvis indignè illum tractarent, indignum eum æstimando, qui cum Salvatore conversaretur, adeoque prævidisse videbatur illud, quod Apostolus deinceps suggestit consilium dicens: *Non nosmet ipsos defendentes charissimi.*

17. Virtutibus deditum. Verisimile enim est, quod Deus ob ipsius virtutum merita ipsum multis honoraverit donis, & prærogativis singularissimis, siquidem ut constat, Apostolus, Evangelista & Martyr fuit. Unde B. Petrus Damianus ait: *Nulli planè mortalium hoc Deus omnipotens contulit, ut hac duo præ eminentium dignitatum fastigia in una simul persona concurrant, scilicet ut Apostolus quisquam sit & Evangelista, nisi Matthæo & Joanni, quorum scilicet alter Publicanus, alter est virgo, & hoc profundi dispensatione consilii, nimirum ut & iste ad misericordia fontem peccatoribus se exhibeat prævium & ille custoditis & innocentibus sit exemplum, quatenus & lapsis quibusque peracti sceleris magnitudo non obviet, & mundos, ac nullis criminibus obrutos patens janua gratiæ cælestis invitet.*

18. Salmeron aliam quandam S. Matthæi prærogativam memorat, dum ait: *Igitur Spiritu suadente omnium primus Evangelio scribendo operam dedit, cumque jam post annos ab assumpto Christo duodecim, ad predicandum gentibus discessurus esset, fidei libus, ac præsertim*

Jacoba

In Luc.

Coloss. 3. 15

Joan. 4. 32

In Cat.

In Matth.

Rom. 12.

Ser. 2. de S. Matth.

Tom. 4. Tract. 26.

Iacobo fratri Domini, Episcopoque Hierosolymitano, ut synopsis sua testis est Athanasius, Evangelium conscriptum tradidit.

19. Rupertus Abbas Tuitiensis de gloria & honore filii hominis, eidem ejus Evangeliorum libro singularem quandam laudem attribuit, dicens: *Evangelista Divinus, in*

quo, vel per quem sine dubio Spiritus sanctus locutus est, quippe qui cum Publicanus fuerit, & homo sine literis, non ab homine neque per hominem, sed per Spiritum sanctum doctus est, ut scriberet; Et ideo sine dubio quicquid loquitur, pondus habet.

De Conversione ejus valdè admiranda ob heroicum divitiarum contemptum, quem perfectè eas deferendo exhibuit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me, & surgens secutus est eum. Matth. 9. v. 9.

1. **A**rgentum & aurum in tanta semper apud mortales æstimatione fuerunt, ut sanctus Paulus Apostolus avaritiam non sine ingenti mysterio Idololatriæ titulo afficiat, dum ait, *avarus, quod est idolorum servitus*

2. Unde optimè Author quidam observat, quod non sine causa usus passim obtinuerit, quod Sanctorum, v.g. Beatæ Virginis, Christi, vel sanctæ Crucis imagines in momentis exprimentur, ne homines, qui alias auri argenti cupidissimi sunt, nullum metallo illi idololatricum cultum exhibeant, verum potiùs expressam Christi vel B. Virginis effigiem devotè colant.

3. Filii Israel ultro citroque in aures suas donarunt aureas: *Tollite in aures aureas, ex quibus vitulus ille aureus fusus fuit, quem proni adorarunt, eidem acclamantes: Hic sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti; verum inquires ex quo vitulum jam jam ipsimet fabricaverant, quâ ratione persuadere sibi poterant, hunc Deum illum esse, qui illos tanto tempore sub Ægypti servitute ingemescentes ab eadem exemissent? Aliud profectò ad hoc responderi nequit, quam quod quilibet co-*

rum in hoc Idolo aurum illud veluti Deum suum adorabant, quod sibi quisque in Ægypto proprium fecerant. *Avarus quod est idolorum servitus.* Aurum verò istud, quod tanquam Deum suum adorabant, ab Ægypto exportarant, quando ditissima illa Ægyptiorum suppellectile onusti ab Ægypto egressi fuerunt.

4. Ac proinde cum aurum experientia teste sæpè sapius homines DEO vivo & vero dorsum vertere faciat, ideoque avaritia hominibus ad æternam perditionem viam sternat, satis evidenter apparet miraculum illud, quod Deus hodie in hoc Apostolo patravit, quando gratia sua fecit, ut hic Apostolus, quamvis magna auri copia onustus esset, illud tamen à se toto corde abjectum desereret, Christi que disciplinæ & sequelæ totaliter manciparet, ut totus Dei esset obsequio consecratus, de quo proinde Chrysologus ita scribit: *Generosus animus qui se ea, quæ magna putat, facile, & quasi nulla contempsit.* Vix etenim Deum verum agnoscere cœperat, cum protinus aurum, quod paulò antequam idolum suum veneratus fuerat, pedibus suis substratum pedibus tanquam lutum conculcare cœpit.

5. Pulchrè S. Ambrosius notat: quod Iesus Lib. 2. de Nave qui posuit Solem sistere, ne procederet, off. c. 26.

avaritiam hominum non potuit sistere, ne serperet; ad vocem ejus sol stetit, avaritia non stetit. Constat enim quod Josue Soli præcepit, ut cursum suum præcipitem quo in caeli axe vertitur, sisteret, ut victoriam suam consummandi, delendique inimicos suos tempus ei sufficiens suppetere: Sol contra Gabam ne movearis; qui protinus immobiliter stetit; Idem quoque in urbis Jerichuntinæ exterminio præcepit, ne quisquam exuvias & spolia inimicorum contingere præsumeret, nec tamen hac in re ei obtemperatum fuit, Achan nimirum præceptum istud arroganter transgrediente. Longè igitur Jelus Salvator noster præ Josue gloriosior extitit, qui felicitatis & prosperitatis humanæ Solem in domo divitis illius Publicani prosperimè elucem univo verbo prolato subsistere fecit, vix enim Salvator noster ipsum vocaverat, cum ecce eodem profusus tempore cursum avaritiæ ejus coercuit, eandemque suppressit & extinxit: Ad vocem ejus sol stetit, & avaritia stetit, quia surgens relictis omnibus secutus est eum.

6. Vel etiam si dicere mavultis, quod Sol non stetit; siquidem Sol justitia Christus, Cum transiret inde, vidit hominem; attamen necessarium dicendum erit, quod nihilominus avaritia stetit, quia relictis omnibus secutus est eum; sitque miraculum istud ex hoc capite longè præstantius, eò quod cursum avaritiæ Publicani hujus firmaverit & immobiliter stare, & in divino suo servitio stabilem esse & perseverare fecerit, nequaquam ob id subsistendo, sed obiter & perfunctoriè operando istud sit miraculum assecutus.

Eph. 5. 5.

7. Avarus quod est idolorum servitus, non habet hereditatem, inquit Apostolus, in regno Christi & Dei. Quibus verbis duo regna distinguere videtur, Christi nimirum & Dei. Et quidem Christi regnum Ecclesiam esse dicere possumus. Porro S. Matthæus, mensam collybesticam, cui antea avarus affixus fuerat deferendo, magnam sibi in utroque hoc regno partem comparavit; Et primo quidem in regno Christi, id est, in Ecclesia, siquidem in ea Apostolorum, nec non Evangelistæ & Martyris dignitatem obtinuit: Et similiter in Regno Dei, id est, in Beatitudine, in qua unum ex gloriosis thronis illis, qui collegii Apostolici meritis destinati fuere, de quibus Salvator ait: Sedebitis super sedes judicantes duodecim tribus Israel, occupare feliciter meruit,

8. Regius Propheta David quondam dicebat: Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini Ubi Pagninus legit: Ps. 70. 19. Quoniam non cognovi numeros Vetusta quædam Romana versio ita legit: Quoniam non cognovi negotiationem vel mercaturam. Denique Titelmanus ait: Quoniam non meipsum involvi in negotiationibus, utque hujusmodi exterioribus, quæ ad moentem ad divinum consideratione abstrahunt, & affectum ad avaritiam sive injustitiam frequenter pertrahunt, ob hoc ingrediar in potentias Domini. Ecce igitur quam fit priorus admirabilis S. Matthæi mutatio atque conversio, siquidem tamen veluti Publicanus ad fauces usque negotiationibus, lucris, & commerciis immerfus esset, nihilominus ab illis se feliciter in icu oculi expediens ingressus est in potentias Domini; siquidem nimis confortatus fuit principatus ejus, constituit eum principem super omnem terram.

9. Idemmet David divites & avaros hoc titulo insignit, ut vocentur viri divitiarum; circa quæ verba Hugo Cardinalis ita ait: Viri divitiarum dicuntur, quia ita divitibus adherent sicut uxori, quasi celebratum esset matrimonio inter eos & divitias; ac proinde sicut maritus & uxor ejus non nisi per mortem alterutrius ab invicem separantur, ita quoque ut plurimum evenire solet illis, qui facultatibus & divitiis nimis immoderatè adhærescunt, hunc namque affectum & amorem erga illas nunquam amittunt, nisi dum moriuntur; tunc enim dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt in manibus suis.

10. Experientia quotidiana satis evidenter docet, quod quanto magis avari in annorum ætate crescunt, tantò etiam amplius in iis crescat eorum avaritia. Si putavi aurum robur meum; ubi septuaginta legunt: Si putavi aurum conjugium meum; inique verbis ut quidam expositorum ait; ardentissimam pecuniam libidinem indicat S. Matthæus multis annis Publicanus egerat, lucris pertinaciter inhiantem, & tamen tanta cum felicitate surgens relictis omnibus secutus est eum.

11. S. Paschasius de Publicani hujus avaritia scribens, ita ait: Sedebat ut Magister rapina; sed ecce tibi subitam in eo mutationem, nam factus est surgens qui antea sedebat, & qui antea aliena rapiebat, nunc relictis omnibus secutus est eum; ideoque primò conversionis suæ die dicere potuit, quod Petrus postquam aliquamdiu

quamdiu in Apostolatu permanerat de omnibus simul Apostolis dixit: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.*

12. *Ecquis autem conversionem hanc audiens de pietate & misericordia Dei diffidere poterit? Petrus Damianus* quandam de hoc festo conscriptum à se fermonem qui ordine primus est hisce verbis exorditur: *Solemnitatis in diurna læticia omnem desperationis aculeum de oculo mentibus amputat, ad præsumendum de divina misericordia iustitiam corda confirmat.* Quis etenim futurus erit, qui non speret, & sanctam quandam de divina pietate præsumptionem concipiat, dummodo hujus Publicani exemplo ad id se per veram poenitentiam disponat?

Pf. 67. 34.

3. *Dabit voci suæ vocem virtutis*, ait olim David, *dante gloriam Deo super Israël; magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus mirabilis Deus in Sanctis suis.* Verè etenim Sol ille justitiæ æternus omnipotentiam, virtutem, & magnificentiam suam in nubibus, id est, in vocatione Apostolorum agnoscere fecit, utpotè in quibus & per quos prodigiosa adeo miracula patravit; *Dabit voci suæ vocem virtutis*, dum illos unico duntaxat pronuntiato verbo ad suam traheret sequelam; Et quidem effectus iste in S. Matthæo specialiter admirabilis esse reperitur; siquidem alii aliud nihil reliquerunt, præterquam remos, retia, & ruinosam atque contractam multis locis naviculam, non verò sic hic Publicanus, qui ad unum Christi verbum relicto *omnibus secutus est eum.* *Dabit voci suæ vocem virtutis*, adeo heroi cum nimirum in corde illo operando rerum terrenarum contemptum, etique altissimam quandam infundendo divinorum mysteriorum intelligentiam & scientiam, adeo ut Evangeliorum volumen illud ritè conscribere potuerit, unde satis clarè deduci potest, quod nullus de semetipso tanquam inhabili diffidere debeat, quando Deus eum ad aliquid vocat; Considera in hoc Apostolo admirabilem factam mutationem. Lyranus ait: *Matthæum autem talibus occupatum vocavit, ut de gratia Dei nullus desperet quantumcunque fuerit in viliis occupatus.* Et Albertus Magnus

in Matth.

scribit: Levi autem interpretatur additus, quia sub significatione illius nominis additus est Apostolis, ut nemo quantumcunque facinorosus desperet, si conversus fuerit ad Dominum, audiens Publicanum factum esse Apostolum & Evangelistam; adducitque locum illum Psalmi 67. Dixit Dominus ex Basan convertam, hoc est, ex confessione.

14. Lucas Burgensis ipsum considerat tanquam Publicanum mensæ collybiticæ seu usurarum capiendarum tenaciter affixum, postea verò in schola Christi factum non solum discipulum, sed etiam eodem die electum Apostolum, & dicit: *isq, adeo nullum est ætiosus, negotij, ac vitæ genus, quam visiviticatum, & ab Evangelica simplicitate alienum, à quo non se possint expedire homines.* Seria autem consideratione opus habet id quod sequitur, nimirum modo vocati Deo parere velint, ab hoc namque salutis nostræ fundamentum unicè dependet, quod vocati à Deo respondeamus & obtemperemus, non verò Dei verba surda aure excipiamus.

In Matth.

16. S. Philippus Neri dicere solebat, quod ei qui ex statu vitæ cæteroquin bonæ & Christianæ ad statum perfectiorem transire meditatur, opus sit temporis opportunitate, bonoq; aliorum consilio: at verò qui ex statu malo transire vult ad bonum, nequaquam indigeat consilio, nec ullæ ad deliberandum de eo necessariæ sint induciæ seu dilaciones morosæ, omnes namque occurrentes difficultates Deus complanat, aut è medio tollit.

16. S. Basilii de S. Matthæo scribit: *Non lucra solum reliquit, sed pericula etiam contempsit, quæ ipsi totique ejus familia à Civitatis magistratibus imminabant, quod redemptorum à se vectigalium rationes discedens non confectus reliquisset; Nec tamen quicquam mali ipsi accidisse scimus, quia Deus est, qui nos defendit & protegit, quando nos ejus servicio toto corde consecramus, illeque est, qui ab omnibus nos periculis eripit. Erunt prævaia directæ, & aspera in vias planas, asperitates montium in planitiem convertit. cunctaque tollit & alleviat difficultates.*

In Regulis

Quam efficaciter Christus invitarit, & quam promptè Apostolus invitanti Salvatori responderit fusius ostenditur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Ait illi, Sequere me, & surgens secutus est eum.

Matth. cap. 9. v. 9.

Vocatio S. Matthæi ad Apostolatam altissimi omnipotentiam mirum in modum relucere facit, fuit enim hac mutatio dextera excelsi. Unde Chrysofostomus ait: *Virtutem vocantis voluit ostendere, qui non imposito adhuc sine prava publicanorum conversatione à medio malorum pelago illum abstraxit.*

2. Lyræus efficaciam verbi vocantis Christi ad propositum exponit, comparando illud cum verbis à Christo Domino in horto Gethsemani ad lictores illum capere volentes prolatis: *Quomodo illos qui ad accipiendum ipsum venerant, solo verbo prostravit dicens: Ego sum; ita solo verbo poterat quoscumque ad se trahere & in hoc apparet virtus Divinitatis in eo.* Etenim apud Jeremiam ait Deus: *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram?* Talis autem durissima petra S. Matthæus fuit, nam ubi Evangelium hodiernum dicit: *Sedentem in telonio; Interlinearis, ut alibi diximus, hanc glossam addit: Lucris pertinaciter inhiantem, quibus verbis contriti hujus silicis durities satis manifestè innuitur, quæ tamen verbo vocantis Christi resistere non valuit, nam virus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animæ & Spiritus, compagum quoque ac medullarum.*

3. Didacus Stella ad hujus vocationis virtutem melius intelligendam alia quadam utitur similitudine, dum ait: *Non est mirum si Solis presentia gelu resolvetur. O divini verbi mirabilem efficaciam, ut hac duo verba:*

sequere me, magis vinculum & ligatum attraxerunt S. Matthæum, quam si duabus catenis de vinciretur.

4. Enimverò vocatio hæc quæ in hodierno Evangelio memoratur, in Ezechiele Propheta ni fallor, prædicta & delineata fuisse videtur. Audite enim sequentia hæc Prophetæ verba: *Transiens autem per te, vidite conculari in sanguine tuo, & dixit tibi, cum esses in sanguine tuo, vive.* Et quidem Ezechielem in Spiritu Prophetico de S. Matthæo loqui voluisse, ex verbis subsequentibus omnino fit credibile; *Et transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium.* Symmachus vertit: *tempus dilectionis;* Aquila legit: *Tempus commercii seu commutationis;* siquidem oculos suos eo præcipue tempore in eum defixit, quo vel maximè sæcularibus erat negotiis immerfus; Eo autem tempore charitas & amor Dei valde in eo reluxit, quia quo tempore vel maximè ei rebellis erat, ad se illum traxit: *Vbi abundavit delictum superabundavit & gratia;* Tempus commercii, non solum in ordine ad Publicanum, sed etiam in ordine ad Christum. O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus sumens, de virgine nasci dignatus est procedens homo, eo sine in hominem redimeret; nam propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis; Transiens, inquit Ezechiel, quia pertransibat benefaciendo, & sanando omnes; Et cum transiret inde Iesus inquit de se idemmet Matthæus, vidit hominem sedentem &c. *Conculcabitur in sanguine, quia tanquam Publicanus omnibus erat peccatis immerfus, quæ in Scriptura sacra sanguinis titulo denominantur: Libera me de sanguinibus Deus, Deus meus.*

Ezech. 16.
6.

In 2. edit.

Mem. 31.

Lev. 27. 8.

Hebr. 4.

In Luc.

met, Christus autem invitando ipsum ve-
nit ei vitam, id est, gratiam suam promi-
sit: *Ecc in eo fons aqua salientis in vitam
aternam. Tempus commutationis*, quia ut do-
ctissimus Salmeron vocationem sancti Mat-
thæi declarans advertit: *Sequere me, idem est,
ac si diceret; hæcenus nummismata imagine
Cæsaris insignita in fiscum Cæsaris congrega-
bas, nunc veni, ut homines ad imaginem & si-
militudinem Dei factos in fiscum Patris mei
aterni, tanquam pretiosum thesaurum recon-
das.*

5. Cæsarius Monachus Cisterciensis
in Homilia quadam de hoc Festo verba hu-
jus Evangelii sigillatim ponderans, multa
inde elicit documenta mortalia. Inter cætera
enim dicit: *Singula hæc verba Sacramentis
sunt plena Transivit Iesus cor ejus compun-
gendo; Vidit per gratiam illuminando, voca-
vit, ad gloriam Apostolatus eum provehendo,
convivatus est cum illo, per dulcedinem devo-
tionis mentem ejus accendendo; Hæcque my-
steria denuò resumens, subjungit: Sicque
transitus Iesu pertinet ad motum compunctio-
nis, visus ad infusionem charitatis, vocatio ad
statum perfectionis convivium ad gustum con-
templationis* Ecce igitur quot admirabiles
effectus Christus in peccatore quodam mul-
tis annis iniquitatibus habituato unico mo-
tu, unico verbo, & obrutu oçulorum suorum
unico operatus fuerit? Quot thesauris spiri-
tualibus cor ejus iptum locupletasse existi-
maris, ut ipsum faceret erga thesauros auri &
argenti, quos possidebat, vel saltè avidè
desiderabat & requirebat, heroicum mente
sua concipere odium atque contemptum?
Paschasius Rabertus ait: *In domo ejus,
quæ fuerat officina crudelitatis, cellarium
fraudis, & spelunca iniquitatis, fons pietatis
emanat.*

Is. 41. 14.

6. Isaias quondam prædixit: *Labor
Egypti & negotiatio Æthiopiæ & Sabaim,
viri sublimes ad se transibunt, & tui erunt,
post te ambulabunt* In quo loquendi modo
tres personarum status significantur Nam
labor Egypti agricolas denotat; In eo nam-
que regno agri per Nili inundationem irri-
gati & quasi cultivati fructum referunt val-
dè copiosum, *Negotiatio Æthiopiæ* mercato-
res designat, mercaturæ enim in illis re-

gionibus plus quam in aliis regionibus in
vigore erant: Per verba autem illa: *viri subli-
mes, in dignitate positi intelliguntur*. Enim-
verò Publicanum hunc in omni mundi par-
te, maximè verò in Æthiopia negotiarum
fuisse, valdè est verisimile cum verò ex com-
paratis sibi lucris admodum dives factus fu-
isset, ecce *relictis omnibus* in Christi se trans-
fert disciplinam & sequelam perpetuam;
postea verò Evangelii prædicandi causa in
Æthiopiam ablegatus: *Æthiopia prævenies
manus ejus Deo* longè opulentiores sibi mer-
ces acquisivit, multoque pretiosius lucrum
sibi comparavit, tot videlicet innumerabili-
um animarum, quas ad fidem Christianam
convertit, aded namque industriè operatus
& negotiatus est, ut *viri sublimes ad eum tran-
sferint*, id est, ad Dei veræque fidei noticiam,
nam ut in lectionibus matutinalibus legi-
mus: *Illo igitur imprimis miraculo, quo Regis fi-
liam à mortuis excitavit, Regem Patrem, &
uxorem ejus, cum univèrsa Provincia ad fidem
Christi convertit.*

7. *Sequere me, & surgens secutus est*. Nullum
profus inter vocationem Christi & sequelam
S. Matthæi invenitur tempus intermedium; ne-
que enim vel unicum verbum respondit, sed
per facta subitò correspondit, Unde S. Ambro-
sius ait: *Vile illud sedile destitit, toto post Do-
minum vestigio mentis incedit* B. Petrus Damia-
ni etiam ejus sollicitudinem considerans ait:
*Mox ut vocantis se Salvatoris audivit imperi-
um, non cunctatus est, non sua disponendi qua-
sivit inducias, non amicorum communicanda
consilia, sed illico divitias sprevit, carnalium af-
fectuum nexum abruptit, sicque solus post Chri-
sti vestigia latus & impiger properavit; Non
quoniam, vel quo modo, aut quo fine, denique
nec quanto tempore eum insecutus esset
eum interrogavit, sed ut Euthymius notat,
solam adduxit mentem ad omnia paratam, qua
justificet is, qui eum vocaverat.*

Ser. 1. de
S. Matthæo

In Matthæo

8. Didacus Stella in Lucam aliam quan-
dam adducit considerationem, quam vix
aliquis aliorum Expositorum, quod memi-
ni, tetigit, eam videlicet quam paulò ante
memoravi, nimirum quod ne verbum qui-
dem responderit, eo quod verbis opus ne-
quaquam erat, quando obedientia Publica-
ni, & quam in sectandis Christi vestigiis
exhi-

exhibuit & lactis promptitudo linguæ fuerunt fecundæ & efficaces, non tantum ad respondendum, sed etiam ad correspondendum; Ex quo hanc deducit doctrinam: morale: *Docemur etiam, quomodo gloria potius sanctis actionibus & operibus aringitur quam verbis; legimus enim, quæ fecerit Matthæus, non quæ dixerit: quod dixit, nihil fuit, quod autem fecit, multum, quandoquidem omnia reliquit, & Christum fuit secutus: Tandem verò per axioma quoddam ad intelligendum in quoniam perfectio Christiana consistat, prænecessarium, ita concludit: Perfectio autem Christiana non in verbis, sed operibus consistit; Intellectus bonus omnibus faciendus eum. In ejus probationem oportune scribit Chrysostomus, dicens: Syllogismus certissimus, qui per opera efficitur. Sanctus autem Petrus Chrysologus vix se intelligere posse asserit, & idem sollicitè investigat, quæ ratione Apostolus noster in creatam illam sapientiam disponere potuerit, ut usurarium quendam, seu mercatorem imò virum, qui avaritiæ totaliter in prædam cesserat ad Apostolatam vocaret, eumque tam electo & glorioso Collegii Apostolici numero infereret: *Matthæum de telonio divitem, de usuris locupletem, lucris sæculi onustum, quod in Apostolum Christus elegerit, quid dicimus?* Porro quod Abraham, David, Job, non obstante eorum opulentiâ & divitiarum ingenti copia servi sui fuerint, iidemque longè acceptissimi, mirum non est, quia divitias suas possederunt ad largitatis materiam, non ad cupiditatis incendium, ut hic Publicanus, qui ut Chrysologus ait, gravi cupiditatis suæ pondere oppressus, levare ad innocentiam, ad justitiam surgere ad justitiam progredi non valebat. Vultisne igitur nunc plene mysterium hoc, cur scilicet ipsum in Apostolum elegerit, intelligere? Nisi quaratur alius, inquit idem Chrysologus, facit altissimam questionem, sed & scandalum, nam quod Christus tantus sanctæ paupertatis zelotes, divitem quendam hominem vocaverit, atque in sacrosancam quandam congregationem, qualis Apostolorum erat, Publicanum quendam admiserit; quod denique à mensa collybitica in unico temporis momento liber concedatur transitus, in*

scholam Christi, scholam inquam perfectionis & sanctitatis, videtur, nescio, quod scandalum in audientium causare cordibus, ac proinde Scribæ & Pharisei id videntes aperte murmurabant; *Quomodo enim infirmitas non laboret humana, quando videbant apud Christum se unam sic valere, ut daret fraudulentis fidem, vanali gratiam, cupiditatis magisterio officium largitatis, Docentis sanorum magisterium sanctitatis, Publicano sæculi cælestis secretum furebant videntes, quod usura qua vastat terram, tollebat ad cælum. & hanc quam detestantur homines, Deitas ad vocabat. Tandem nihilominus sanctus hic Doctor aureas omnes prædictas oppositiones ritè dissolvens per hanc ponderationem respondet: Cum transiret Iesus, non dixit, cum staret tibi; Transiit & pertransiit inde Iesus, ne Matthæus remaneret tibi, Veni sequere me; Non dixit, affer ad me, quia Matthæum, non Matthæi sacculos requirebat; Veni sequere me, hoc est, depone pondera, disrumpe vincula, solve laqueos; Non est opus sancti medicus, sed male habentibus: Ecce quare ad Matthæum venerat Christus, ut avaritiæ curaret vulnera, ut sanum sanaret usura. Vultisne autem videre, quàm perfecte & integrè usurarii hujus vulnera sanaverit, quàm remotè ipsum ab amore auri, & argenti avulserit? Dominus Matthæum Publicanum sic commutavit, ut qui erat fraudator pecunie fieret gratia distributor, Commentator quidam in Matthæum scribens, continere se nequit, quin exclamet, dicens: O mira vocantis clementia inaudita bonitas, & admiranda misericordia, nullis præcedentibus meritis, nullisque piis operibus & lissimum peccatorem, variis flagitiorum fluctibus agiturum de periculo omnibus eripere, creptum ad tutissimum suæ salutis portum adducere. At illi sequere me. Ecce tibi cuius mira hæc metamorphosis adscribenda veniat, nimirum unico huic, *Au;* Verbo Domini cæli firmati sunt; *Di-* xit, & facta sunt: fiat lux & facta est lux; germinet terra herbam virentem, fiat firmamentum, &c. Huic unico verbo totas hic visibilis mundus, & universa natura esse suam attribuit, & in acceptis refert,*

Hom. 30.
in 1. ad Cor.
rinsb.
Ser. 18.

8. Verùm enim vero qui res creatas bene considerat, & cum homine confert, nullam prorsus in omnibus aliis creaturis intellectibus inveniet, qua Deo resistant, repugnantiam & rebellionem, sed potius ordinationi Dei per potentiam obedientialem promptissimè obtemperant; atque vero *hominem reliquit in manu consilii sui*, atque ideo quod homo adeo liber, instabilis, contumax, Philaeticus unico Dei verbo & sim-

plici iussui obedientem se exhibeat, prouti sanctus Matthæus fecit, dum mundum sibi adeo propitium & favorabilem pedibus suis subiecit, ut in Christi disciplinam admitti, ejusque vestigia sectari, cum totali suis ipsius abnegatione posset, hoc verè ingens quoddam prodigium fuit, quod, ut superius probavimus, inter prodigiiosissima Salvatoris miracula recenseri meruit.

De promptitudine obedientiæ, qua S. Matthæus unico tantùm Christi verbo promptissimè paruit.

DISCURSUS NON VS.

Ait illi: sequere me; & surgens secutus est eum.

Matth. 9. v. 9.

2. **P**romptissima S. Matthæi obedientia, quam sine ullo contradictionis verbo Christo invitanti & vocanti exhibuit, pauca & rara in aliis exempla habet: estque obedientia hæc tantò excellentior, si verbum, quo Christus vocavit, accuratius non nihil examinemus; neque enim solùm ei dixit: *Sequere me*; sed insuper, ut Glossa interlinearis ait, adjunxit, a modò. Ex alia vero parte Publicanus noster tempus sibi indulgendum exquirere poterat, ut à suis negotiis extricaret, vel ut mutuo cum aliis agitata liquidaret commercia, vel ut de receptis vestigalibus & tributis rationes & reliqua redderet, vel ut à suis se domesticis, familiaribus & servis expediret, vel denique ut facultates suas pauperibus distribuere commodè posset. Poterat insuper Dominum nostrum interrogare, ad quodnam munus seu ministerium ab eo invitaretur, seu quo stipendio sua illi obsequia præstiturus esset. Dentque se ad divinorum præceptorum observantiam, vitamque deinceps exemplariter & ir-

Mansi Sanctuarii Tom. III.

reprehensibiliter domi suæ transigendam offerre poterat, si ad hanc illum vocaret, idque faciendò virtutem & animi sui probitatem fatis egregiè probasset; & tamen nihil interrogat, loquitur nihil; sed Salvatore nostro vix os suum aperiente & dicente; *Sequere me*, statim *surgens secutus est eum*; imo, ut S. Lucas addit: *Relictis omnibus*. Lyranus dicit: *Sine aliqua dilatione*. Dionysius Carthusianus ait: *Secutus est eum mentis religiosa devotione, & corporis gressu promptissimo*. Vide obedientiam vocati, inquit alius quidam facer interpret; *non enim dixit, sine ut sarcinas meas colligam, aut prius incepta negotia peragam; sed subito iussis Domini obsecutus est.*

Ioan. Arb. bor.

2. Elifeus ordinatione divinà ab Elia ad ejus sectandam vestigia invitatus, dixit: *Osculer oro 3. Reg. 19. prius patrem meum, & matrem meam; Non do- 20. luit, inquit Joannes Arboreus, commercio privari, sed gestit animo, quod contemptis opibus secutus sit Dominum*. Et vero instantiam quidem dilationis, quantumvis brevem ab Eliseo factam audivimus; scire tamen etiam debemus monitum,

T t

quod

quod Elisæo sollicitanti datum fuit ab Elia patre suo, qui dixit ei: *Vade & revertere; quod enim meum erat feci tibi.* Jam humeris Elisæi pallium suum Elia superimposuerat, quo eum spiritus tui hæredem futurum insinuabat, cuiusmodi eum quoque in curru igneo ad cælum raptus declaravit; ideoque dixit ei: *Quod meum erat feci tibi;* quibus verbis veluti protestabatur, quod si jam Dei nomine vocatus, parentibus ultimum vale dicturus domum abire vellet, hæcque occasione ab insidem à sua vocatione dimoveretur, vel saltem eidem aliquod ab illis poneretur obstaculum, ejus rei culpam suam futuram non fore; siquidem debito obligationis suæ ex parte sua abundè satisfecisset: qua in re nobis periculum innuere voluit, in quod incidit ille, qui Christo se dedicare volens, parentes aut domesticos in illius proposito deliberationem adhibet; undè & Christus juveni illi Evangelico, qui patris cadaver honestè sepulturæ tradendi tempus tibi, priusquam vestigia ejus sequeretur, indulgeri postulabat, respondit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quod si igitur idemmet Deus, qui præceptum de parentibus honorandis, *Honora patrem &c.* condiderat, serò præcepit, ut ad hoc, ut sine impedimento ipsum sequi posset, ab opere tam pio, honesto & conveniente, tamque arctè filium obligante, quale erat, patrem suum honestè sepulturæ mandare, desisteret, per necessariam utique consequentiam indè deducitur, quod longè majus illis imminet periculum, qui sine causa, saltem tali, quæ alicujus momenti sit, Christum vocantem sequi distulerunt.

De Adhort.

Undè Clemens Alexandrinus ait: *An injuria sit facienda, non valde estis solliciti, sed quamprimum injuriam facitis, solum autem an Deus sit colendus quaritis. & an Deus & Christus sit sequendus, hoc consultandum & considerandum esse censetis.*

3. *Sequere me.* Verba hæc consideratione dignissima sunt, non solum in ordine ad vocationem hujus Apostoli à Christo factam, verum etiam ad nostram instructionem & doctrinam. Albertus Magnus ait: *Bene dicit, sequere; quia nullius hominis est comitari, impossibile autem præcedere secundum profectum virtutis.* Undè colligitur Sapientiam illam increatam, quæ omnia metiri novit in pondere, numero, & mensura, uniuscujusque considerare virium facultatem, nec velle à nobis aliud, quam præstare possu-

mus; imo eandem sæpè numero se in vocationibus nostræ accommodare debilitati, sæpè etiam inclinationi nostræ; & quidem in proposito de sancto Matthæo scribit Chrysologus: *Matthæus non subtrahitur operi, sed mutat, & telonii suscipit magis quam relinquit, ut mansura Deo non homini peritura conquirat.* Deinceps enim tributum illius volentius exactor fuit, quod unaqueque anima suo debet creatori.

Serm. 29.

4. Dei providentiâ communiter fit, quod eadem res, quibus antea utebamur ad serviendum mundo, postea à nobis ad ejus serviendum adhibeantur; undè ex quo S. Matthæus antea, dum adhuc mensæ nummulariorum affixus esset, pænæ frequentem usum habebat, ad faciendas negotiationes, necnon ad vestigalium & tributorum rationes & liquidum computum: ideo Deus voluit, ut in Ecclesia cathedra residens, eodem calamo etiam Filii sui conscriberet sanctum Evangelium. Quando vero alios Apostolos, qui piscatores fuerant, vocavit, eis quoque dixit: *Faciam vos fieri piscatores hominum;* huic autem Apostolo, ut sanctus Petrus Damianus optime observat, dicere voluisse videtur: *Qui lucris temporalibus inhias, qui certè ut auro vel argento dileris, impatienter anhelas, me quanto citius sequere, moxq; te faciam immortales superni regni divitias per mundi latitudinem dispensare; tu scilicet aurum quaris cum seculo transcurum, & ego tibi Evangelii thesaurum dabo per cuncta procul dubio secula permansurum.* Idemmet S. Doctor in alio quodam sermone idem punctum tetigit, nimirum quod Deus se uniuscujusque adapter ingenio, hominumque corda movet, non vero professionis talenta: *De telonio quippè cumulanda pecunie in cathedra transfertur Ecclesia, & qui prius exigendi vestigalis fungebatur officio, constitutus est fidei divitiarumq; cælestium ministrare thesauros.*

*Hom. 29.
de S. Matthæo*

5. *Et surgens secutus est eum.* Interlineatis addit: *Non levitate ductus, sed virtute operum, & divinâ potentiâ intus operante sequitur tam corpore quam mente.* Cui S. Thomas consentire videtur; hic enim existimat non magno perè laborandum fuisse, ut hic Publicanus: te in Christi sequelam resolveret: quia cum sanctitatis & miraculorum à Christo patratorum fama per omnes mundi partes divulgata fuerit, quilibet se ex eo solum felicem existimavit, quod facilem ad eum aditum habere posset; ac proindè quando

quando se tanta cum benignitate ad eum vocari audivit, tanto fuit in eo conlectando promptior, atque ex eodem capite S. Mathæus a D. Chry-
 sostomo appellatur *miraculorum jam famâ perdomitus*. Hugo quoque Cardinalis eadem de causa ait: *Secutus est eum ut ferrum adamantem*. Et Dionysius Carthusianus inquit: *Christus namque, qui verbo sonante foris vocavit, intus traxit gratiâ inspirante, voluntatem enim Matthæi mox inclinavit, immutavit & inflammavit per inspirationem occultam, gratiamque infusam*.

In Luc.

T. 4. r. 27.

6. Salmeron facili quadam similitudine utitur ad declarandam dispositionem, qua imbuta esse debet anima ad hoc, ut totaliter se ad eum tradat, postquam ab illo illuminata est, nimirum quam utile & salutare sit animæ, ut tota sit Dei. Nam si fructus vel pomum aliquod cognosceret, quod per hoc, quod ab homine manducetur, esse quoddam nobilissimum acquirat ab eo quod habet, libenter utrique & cum desiderio sese homini in cibum ingereret: *Ita homo, si advertat se vocari à Deo, & excutâ imagine diaboli induat imaginem filij Dei, & ut super humanum & rationale esse addat divinum, profectio non repugnaret, sed seipsum prepararet, & in vocantis manus penitus se daret*.

L. 1. r. 12.
vel. 6. 29.

7. Sanctus hic Apostolus S. Birgitta suas ad eum orationes effundenti sequentia revelavit: *Voluntas mea talis fuit eo tempore (id est, priusquam à Christo vocaretur) quod nomen defraudare volui, sed desiderabam invenire viam, qua separarem me ab officio isto, & toto corde adharere Deo soli; prædicante igitur amatore meo IESU Christo, tunc inflammabatur, sicut ignis, verbum vocationis sua in corde meo, sic dulciter sapuerunt verba sua mihi, quod diutius de honoribus non amplius cogitabam, quam de paleis; imò mihi magis flere placuit & gaudere, quod Deus meus tantillum, & tantum peccatorem vocare voluit ad gratiam, quod quidem si verum est, tuis perspicue verum quoque esse videtur, quod facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*. Sunt etenim nonnulli homines, qui qui a divino sunt lumine destituti, peccatis totaliter immergi, vitam suam transigunt; interea tamen conscientia remorsum intus sentiunt, magnamque habent de patris malis displicentiam; hi igitur ad primam divini luminis coruscationem, ad primas cœli invita-

tiones & vocationes, quantum proficiant, vix pro dignitate dici potest.

8. *Surgens secutus est eum*. Ubi notandum quod semper manserit post Christum; non enim eum præoccupavit accelerando, sed secutus est. Unde Salmeron ait: *Christus autem non est præcurrendus, ut facit qui inconsulto Domino statum assumis; nec in sequela æquandus, ut facit qui non putat gratiam Dei esse necessariam, & ut volebant Lucifer & Adam appetentes divinitatem*.

T. 4. r. 27.

9. *Secutus est eum*. Quot sunt qui S. Mathæum ejusque vestigia insecuti ad veram se, ejus imitatione, receperunt pœnitentiam? Casarius monachus Cisterciensis in quadam Homilia de hoc festo optimè notat, quod eorum, qui malè vixerunt, bonum exemplum potentius & efficacius sit, maximè sæcularibus, ad conciliandas Christo animas, quam exemplum eorum, qui timorâte & piè semper vixerunt: *Vsq̄e hodie plures trahuntur ad Christum per exemplum odoriferum Matthæi, qui à telonio vocatus aliena rapuerat, quam exemplo Petri, qui de mari vocatus in arte sua sine fraude vixerat; hinc est quod Evangelium Matthæi reliquorum Evangelistarum scriptis in Ecclesia frequentius & ardentius legitur, ut dum quid fuerit, vel factus sit, peccatores recordantur, odoris eius fragrantia spe concepta ad aeternum Regis accubitum per conversionis meritum efficacius trahantur*. Hugo Cardinalis scribit: *Matthæi vocatio est peccatorum conversio; quia sicut Mathæus post conversionem non est reversus ad pristinum officium, sic peccator conversus non debet reverti ad peccatum dimissum; neque valet si dicas, Petrum ad suam denuo pœnitentiam reversum esse: quia ut bene dicitur Emmentissimu Cardinalis distinguit, professio artis illius etiam sine Dei offensa exerceri poterat: Sed officium Matthæi aut vix, aut nunquam sine peccato poterat exerceri*.

10. Quidam ex iis Expositoribus, qui in Matthæum commentantur, nonnulla veræ justificationis signa in hoc Apostolo notavit, dum circa illa verba: *Et surgens secutus est eum*, ita scribit: *Hac enim sunt indicia veræ justificationis, surgere à peccatis*. Roman. 9. *Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivimus in illo? Secundum lignum est; Sequi Christum; non enim sufficit mala non agere, ni-*

10. Ferrus
in Matth.

si & bonis studeas operibus insudare; vocavit nos Deus in sanctificationem. Alius quoque interpretis quidam id ipsum tetigit, dum de illo scribit, quod tamen ex Publicano Apostolus factus fuerit, in hoc tamen ipse minimè acquieverit: *Non est abusus suâ vocatione, sed sanctimoniâ vita, & assiduis Evangelica philosophia studiis illustriorem reddidit.* Tertium signum est, si quis ob beneficium receptum gratum se exhibeat; quod ut Matthæus faceret, lautum Christo præparavit convivium. Quartum est, si quis alienæ salutis habeat zelum, aliasque Deo animas lucrari fatagat. Unde S. Thomas ait: *Signum est quòd aliquis firmiter conversus est ad Dominum, quando alios trahit quos magis diligit.* Hoc porro S. Matthæus conatus est facere; nam quia omnes Publicanos convertere voluit, ideo illos cum Christo conversari faciebat.

21. Enimvero hujusmodi vocationem sibi
L. 31. c. 8. quilibet peccator de cælo potest promittere.
v. 24. Nam in vita S. Philippi Neri legitur, quòd dum

sanctimoniam quandam, quæ se damnatam esse clamans, huic desperationi adeo profundè infixæ erat, ut nullus eam ab illa dimovere posset, consolaturus egressus fuisset, eandem primùm hisce fuerit verbis allocutus: *Quid agis? Paradisus est utique tuus;* cùmque illa id fieri non posse respondisset, eo quod damnata esset, subjecit Sanctus: *Paradisus certe tuus, quæso pro quibusnam Christus mortuus est?* cui ipsa respondit: pro peccatoribus; cùm vero interrogaretur de quarum se numero esse existimaret, respondit: De horum numero, scilicet peccatorum; mox vero Sanctus subjungens ait: *Ergò cum peccatorum te pœniteat, paradisus est tuus, tuus.* Quibus à Sancto dictis nullum desperatio in ea locum amplius habuit; siquidem demum magnâ serenitate imbuta fuit ejus conscientia, & sæpè in corde suo hæc verba intonari audit: *PARADISUS TUUS, TUUS.*



Tantò admirabilior est hujus Apostoli conversio, quòd mundum eo præcipuè tempore reliquerit, quo hic ei favorior erat.

DISCURSUS DECIMVS.

*Et surgens secutus est eum. Matth. cap. 9.
verf. 9.*

T Ametfi sanctus Ævangelista noster conversionem suam satis fideliter enarraverit; sciendum tamen est, quòd quicquid in ejus laudem resultare poterat, sub silentio penitus absconderit. Undè nihil aliud boni de se memorat, quàm quòd ad Christi vocationem in ejus se sequelam & disciplinam receperit: *Surgens secutus est eum*; at verò S. Lucas addit: *Relictis omnibus*. Quæ valdè considerabilia verba Hugo Cardinalis ponderans scribit: *Relictis omnibus retrahentibus, rotardantibus, retinentibus*; siquidem divitiarum, quibus abundabat, spes optimè fundata de facultatibus notabiliter adaugendis non semel concepta, comparata sibi ad lucra sectanda consuetudo inveterata, denique excessivus ille omnium bonorum terrenorum amor catenarum erant tenacissimæ, quæ ipsum mensuræ collybisticæ indissolubiliter adstrictum tenebant, *sedentem in telonio*.

2. Lucas Burgensis ipsi in Capharnaum Publicanum fuisse dicit, idque immoderatum denotat affectum, quo erga mundum ferebatur; siquidem idem Hugo super verba illa: *Cujus filius infirmabatur Capharnaum*, dicit quòd *Capharnaum interpretatur villa consolatio- nis, vel pinguedinis*, adeoque in loco quodam

morabatur omnium deliciarum abundantissimo, & insuper supra modum dives erat, tantoque majus erat conversionis suæ prodigium, quòd in hoc blandientis fortunæ statu ab eodem se tanta cum promptitudine & facilitate expediverit, eique terga verterit *relictis omnibus*.

3. Multas quidem in sacra Scriptura mutationes legimus, quibus multi alii ex divina inspiratione in valdè disparem se conditionem transtulerunt, quas tamen hodierna, quæ circa S. Matthæum accidit, metamorphosis multis parafangis præcellit. Et quidem inter ceteros ad primum credentium patrem in antiquo & novo Testamento à Spiritu sancto tantoperè celebratum, adeoque omnium sacrorum Doctorum callamis commendatum oculos nostros dirigamus. De eo enim sacra Scriptura ait: *Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi*. Et quidem verissimum est, quòd *egressus est Abraham sicut præceperat ei Dominus*; sed quomodo egressus est? Certè non nudus fuitque facultatibus exutus, neque solus relicta post se domus suæ familiam egressus est; sed universam familiam suam, uxorem nimirum, nepotes, cunctasque facultates suas tecum conduxit: *Tulitque Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, uni-*

T i } versam

versamque substantiam suam, quam possederant, & animas quas fecerant in Haran. Insuper etiam memorandum est, quod æterna Veritas eidem, priusquam egrederetur, ingentem fuerit remunerationem pollicitus: *Faciám te in gentem magnam benedicam tibi, magnificabo nomen tuum, benedicam benedicientibus tibi, atque in te benedicentur universa cognationes terre.* Ubi Cajetanus ait: *Ut universitas bonorum etiam eo ipso numero significetur.* Postquam igitur hæc promissiones ei stipulatæ fuerunt, tunc egressus est Abraham sicut præceperat ei Dominus. Quibus omnibus ritè consideratis certum esse constat, Abrahamæ vocationem cum hac Apostoli nostri vocatione nequaquam comparari posse; siquidem hic nihil aliud sibi dici audivit, quam unicum hoc verbum: *Sequere me;* & tamen hoc ipsum etiam ab ipso met Deo vivo & vero audiverit, non tamen ab eodem apertè viso, sed sub hoc servili humanæ conditionis amictu latente & abscondito, in quo ipsemet quoque homine minor esse videbatur, & tamen *relictis omnibus secutus est eum;* secutus est, inquam, non sepeira moderaturus, non in Palestina, in quam Abrahamæ progenies vocabatur, laureo sero coronandus; sed vocabatur ad illusiones, ad opprobria, ad paupertatem, ad passionis tormenta sustinenda, subeundisque vitæ cuiusdam Apostolicæ labores. *Relictis omnibus secutus est eum;* quia omnes delicias, patriæque & domus suæ gratissimas commoditates, parentes item, amicos, divitias, & omnia alia, atque pauper, egenus & nudus vestigia insecutus est Salvatoris.

3. Reg. 19.

4. Elias Propheta, prout in Discursibus præcedentibus à nobis tactum fuit, spiritum suum propheticum Elisæo infundere iussus, in agro illum invenit arantem, cui imposito in humeros ejus pallio prophetiæ spiritum communicavit, promptumque ad eum deinceps contestandum effecit: *Misit pallium suum super illum, qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam;* veruntamen domum paternam repetendi licentiam sibi indulgeri postulavit, ut ultimum parentibus vale dicere posset: *Ait: Osculer oro patrem meum, & sic sequar te.* Et quidem tamen Elisæi alacritas & lætitia, quacum se Eliæ disciplinæ submisit, omni sit laude digna, quia *reversus tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro*

boum coxit carnes. & dedit populo, & comederunt, confurgensque abiit & secutus est Eliam, & ministrabat ei; veruntamen si hæc Elisæi conversio seu vocatio cum S. Matthæi conversione comparetur, satis clarè apparet, quanto hæc majori laudum encomio digna sit; siquidem hic immediatè omni valedictione parentibus impertiendâ posthabita Christum insecutus est. Nec vomerem tantum, vel aratrum quoddam, aut par boum dimisit; sed vastos auri & argenti montes reliquit, *relictis omnibus.* Imò in signum gaudii, quo id faciendò perfundebatur, *fecit ei convivium magnum.*

5. Quòd porrò filii Israël Moyse in deserto & solitudinem usque rantis cum laboribus atque devoratis fastidiis subsecuti fuerint, mirum sanè non est, quia ex dura servitutis Pharaonica, egrediebantur compedibus, indeque terram adibant promissionis, auro argentoque Ægyptio onusti, celestisque oraculi prædictione se regnorum illorum possessionem adire sciebant, quæ adeo abundanter omnia subministrabant, ut lacte & melle manare dicerentur, visibiliter ante se portenta & miracula stupenda habebant, qualia erant columna nubis per diem, & ignis per noctem, cælum illis quotidie manna depluebat, ex arido filice limpida illis propinabatur aqua: at verò quòd S. Matthæus saccos auro argentoque refertos dimiserit, ut pauperem deinceps vitam ageret, ut virum quendam nudum & inopem sequeretur, qui tunc *erat opprobrium hominum, & abjectio plebis;* ut humilitatem, suique ipsius profiteretur contemptum, ut propriam voluntatem subiceret alienæ, ut in continuis austeritatibus corporalibus & mortificationibus vitam traderet: hoc verè & propriè miraculum dici meretur, alii Christum sequendo ab iis se laboribus & molestiis, quas in laboriosa piscatorum conditione tolerabant, liberarunt, ideoque conditionem suam plurimum meliorarunt; quis enim est qui nesciat quot vigilias, quot in commoda, quot pericula piscatio secum subinferat? utpotè qui temporum injuriis sunt continuo expositi; non verò sic Publicanus iste, qui somnum suum dulciter & quietè dormiet at, qui suis gaudebat commoditatibus, omnibusque temporalibus bonis abundabat; & tamen ad unicum verbum

relictis

relictiis omnibus secutus est eum. Duo fratres Jacobus & Joannes in regno Christi primas postularunt sedes, unus ad dexteram, alter ad sinistram. S. Petrus sodalium suorum nomine petiit & dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* Sanctum Matthæum verò, tametsi ipse solus plus reliquerit quàm omnes alii simui, nullam invenimus unquam postulasse mercedem, aut compensationem; vir fuit copiosus in factis, in verbis autem rarus & modicus; promptus, obediens, zelosus, divinoque servitio totaliter deditus.

6. Quòd si cum hoc Publicano alium quoque Publicanum, imò Publicanorum principem *Principes Publicanorum & ipse dives*, conferre voluerimus, legemus quidem ipsum valde fuisse cupidum vivendi & agnoscendi Salvatorem, eaque gratiâ obtentâ eundem ab ipso in domum suam invitatum fuisse, denique ipsæ nimia lætitiæ copiosarum facultatum suarum medietatem dispensasse pauperibus: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum;* (ubi observandum, quòd non loquatur in tempore futuro, sed præsentis, *do, reddo*; non verò dicit, *dabo, reddam*) veruntamen id nequaquam mirum est, quia Zachæus jam antea singularissimâ de sanctitate Christi opinione imbutus fuerat, multaque ejus viderat oculis suis insignia Christi miracula: hic autem Apostolus nos, si beato Laurentio Justiniano credimus, *signa non viderat*, Zachæus propter malè acquiritæ conscientiæ patiebatur remorsus, *si quid aliquem defraudavi*; quod de Matthæi facultatibus & divitiis minimè dicitur. Ille medietatem bonorum suorum sibi retinet; at verò hic *relictiis omnibus secutus est eum*, Christus Zachæum honorat, dum seipsum ultro, non rogatus in domum ejus recipiens ad prandium usque invitat; hic autem S. Matthæus est qui Christum ad convivium suum invitando prævenit: *Fecit ei convivium magnum.*

7. Relictis omnibus. Contemptus ille divitiarum suarum generosior in ipso esse non potuit. Pro cuius meliori intelligentia considerandum, & in balance seu trutinâ positum ponderari examinetur verbum illud: *Surgens*. Hugo Cardinalis addit: *Abjiciendo ter-*

rena desideria. Dionysius Carthusianus ait: *Surgens, hoc est, sursum se agens ad cœlestia extendendo*. Salmeron super idem verbum dicit: *Etsi omnis qui sedet, non possit alium sequi, nisi surgat, tamen surgens dicitur, quia ad sequendum Christum opus est levare se super se; adducitque textum illum Baruch; Surge & sta in excelsis*. Quisquis terram vult alpernari, oculum in cœlum ut debeat necesse est. Cum Apostolo igitur dicere potuit: *Qua mihi fuerunt lucra, hac arbitratus sum propter Christum detrimenta; veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam IESU Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercorea, ut Christum lucrifaciam*. Euthymius ait: *Admirare perfectam ejus, qui vocatus est, obedientiam, quomodo neque consultavit apud se quomodo nullum super ea re consulit amicum, quomodo non disposuit, qua domus atque substantia sua erant; sed confestim surgens secutus est, relicto uni verso mundo*.

8. Arbor, quæ raras & molles in terra radices egit, facili negotio evellitur. Alii Christi discipuli modicum perdere poterant, quia pauperes & egeni erant; at vero non sic noster Apostolus, *sedentem in throno*; dives enim & opulentus erat, per quæ avaritiæ radicem mundo tenaciter affixus erat: *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt in fide*. Quale igitur hoc est miraculum, quod hac radice in terram defixus, non solum non erraverit, sed potius venerit ad fidem? In ipso adimpletum tuit, quod idem Apostolus ait: *Seclare justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, certæ bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam*. Beatus Petrus Damianus ait: *Quam fortis & valida manus hujus cœlestis agricola! arborem scilicet terræ radicibus inhaerentem mox ut concussit, evulsit, asportavit, & in terra viventium transplantavit*.

7. Hujus quoque radices similitudini insistendo considerare possumus, quòd quando radix aliqua, maxime arboris alicujus, quæ per diuturnum tempus in terra defixa fuit, evellitur, nequaquam fieri possit, quin evulsa aliquid terræ secum ferat; nunquam enim

Tom. 4o
tract. 27o

Phil. 3, 7.

In Matth.

1. Tim. 6. 10.

Hom. 55.
de S. Matth.

omnis terræ expers extrahitur. In hoc igitur præcipuè consistit miraculum, quod licet Scriptura ipsum vocet *Sedentem in throno*, *lucris pertinaciter inhiantem*; nihilominus ne vel minimum auro adhærescentem affectum, etiam per umbram secum attulerit; sed *relictis omnibus*, &c. Undè Abulensis ait: *Reliquit quæ habere cupiebat*. Alii quidem se divitiis denudâ-

runt, sibi tamen aliquid in corpõris sui sustentationem reservârunt; at vero de ipso in Metaphraße legimus: *Crucifigitur conversus ad Dominum Matthæus universo mundo, crucifigitur etiam mundanis omnibus cupiditatibus, soli Deo vivens, & ejus sequens vestigia*.



De Convivii illius, quod Apostolus Matthæus Christo exhibuit, nonnullis mysteriis.

DISCURSUS VNDECIMVS.

Fecit ei convivium magnum Levi in domo sua.

Lucæ Cap. 5.

Lib. 50. 1.
Hom. c. 15.
Hom. ult.
tim.

SAnctus Augustinus de iis, qui vitam licentiosam & dissolutam deserentes DEI se servitio dedicant, scribens, hoc illis salutare monitum ministrat: *Non efficit mores in melius commutare, nisi etiam de his, que facta sunt, satisfiat Deo per poenitentiam.* Ideoque faciendæ sunt bonorum, nec non & famæ integræ restitutiones, illata resarcienda sunt damna, deserendi sunt ludi inhonesti, suspectæ conversationes, commessationes item & convivia, macerandum est corpus per abstinencias, jejunia, aliosque similes rigores, ne recalcitret amplius; Quæ cum verè ita se habeant, curigitur sanctus Matthæus primo die quoad poenitentiam & vitæ emendationem reducit Christo, aliique discipulis, & sodalibus suis solemne instruit & præparat convivium; *Fecit ei convivium magnum in domo sua Levi; & erat turba multa Publicanorum, & aliorum, qui cum illo erant discumbentes?*

2. Responderi quidem potest, lautissimum illud convivium, quod Salvatori Matthæus præparavit, fuisse conversionem ejus, non verò epulas & fercula corporalia; sic enim ad propositum Didaci Stella de S. M. Magdalena sub prandio Pharisæi conversâ, ita scribit: *Pharisæus invitat Christum; sed ecce mulier venit ad pascendum & epulandum Christum.* Cum hoc quoque concordat, quod S. Bernardus scribit; *Cibus ejus poenitentia mea, & cibus ejus ego ipse.* Beda etiam super illa verba: *Discumbente eo*, id ipsum confirmat dicens: *Porro si altiori intellectu, que gesta sunt, indagare cupimus, non tantum in domo sua terrestri convivium Domino corpor-*
Mansi Sanctuarii, Tom. III.

Serm. 10.
in Cant.

rale exhibuit sed multo gratius illi convivium in domo pœteris sui per fidem ac dilectionem paravit; additque ipsiusmet Salvatoris testimonium, qui protestatur, dicens: *Ecce ego sto ad ostium & pulso. si quis auaverit vocem meam & aperuerit januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. & ipse mecum.* Enimverò vix Christus ad fores cordis hujus Publicani pulsaverat, cum etiam eidem subito aperta fuerunt: *At illi: Sequere me, & surgens secutus est eum; quid igitur si tanto cum jubilo unus cum alio epulatus fuerit?*

3. S. Lucas non sine mysterio prandium à Matthæo Christo præparatum *convivium magnum* appellat, quia ut Paulus de Palatio advertit: *Nullum cibum lautiozem Christo appones, quam Publicanos, si convertantur, ea ratione grande, quia fuere Publicani convi a; illamque adducit Samaritanæ historiam, in qua inter cætera refertur, quod dum Salvator noster omninò fatigatus ex itinere, itidemque famelicus prolixum cum dicta muliere sermonem habuit, redeuntes è civitate Apostoli ejus, cibos, quos ad instaurandum Christo prandium procuraverant, eidem apposuerint, ipse autem Dominus illos gustare noluerit: Afferunt ei cibos discipuli, renuit ille. Cur jejunos cibos rejicit quia satur erat ex lautissimo convivio, ait enim: Vos comedite, meus cibus est ut faciam voluntatem Patris, est autem Patris voluntas Publicanorum & meretricum sanctificatio.*

4. Rupertus Abbas Tuitiensis notat, ma- Lib. 8, de
nu quasi hic palpari & tangi veritatem pro- gloria &
positionis illius: *Si quis auaverit vocem hon- filij
meam, & aperuerit mihi januam, &c. introi- hom.
vit enim in domum ejus, & cœnavit ipse pri-
mus cum illo corporale convivium, & deinde*

V

Mat-

Matthæus cum eo cœnavit cœnam spiritua-
lem.

5. Fecit ei convivium. Lautissimam ei
mensam instruxit, in testimonium immensi
illius jubili, quo ob assumptam ejus disci-
plinam perfusus fuit. Cæsarius Monachus
Cisterciensis in quadam Homilia de hoc fe-
sto ait: Forte exemplo hujus convivii, usque
hodie mos inolevit in diversis ordinibus Ecclēsia
tam sceminarum quàm virorum, ut hi, qui ha-
bere possunt, in die conversionis suæ, agnatis
& amicis suis adductis Conventui copiose mini-
strent

6. Fuit autem convivium hoc valde
splendidum; Convivium magnum. Unde Lu-
cas Burgensis ait: tum quia copiosum, ita
ut nullus sufficeret convivis tum quia magni-
ficum & opiparum; voluit splendido convivio
Dominum excipere, quo eum honoraret, à quo
quod vocatus esset, se censebat honoratum, &
magno affectum beneficio, quo etiam testatum
faceret, quam non tristi, sed libenti animo ac
cum gaudio se addiceret Christi sequela. est enim
convivium gaudij signum & symbolum. Simili-
ter alius quidam Expositor ait: Toto animo
gestit, quod hac divina voce, tanquam sua salu-
ris auspicio captus & irretitus incipiat seipsum
cognoscere, & mundum, mundique vanitates
odio insectari Abulensis quoque huic S. Mat-
thæi ob ejus conversionem concepto jubilo
hunc partum attribuit, dum ait: Convivia
enim & jucunditates fieri solent pro rebus pro-
spere gestis; rationemque reddens cur convi-
vium hoc supra modum lautum fuerit, limi-
tesque excesserit frugalitatis, ait: Magnum con-
vivium fecit, ut ostenderet se majori jucundi-
tate hujus sæculi divitiis deserere, quàm alius
eas assequeretur.

7. Cæsarius moralem quandam adfert
hujus instructi convivii interpretationem
dicens: Vitiatorum occisio convivij salutaris est
preparatio, sic vitia mactanda sunt, ut cum
operibus virtutes elucescant, in quorum esu
Iesus plurimum delectatur reficitur, & satia-
tur. In Actibus Apostolorum scribitur,
quod DEUS S. Petro linteum quoddam
ostenderit animalibus venenosis & immundis
plenum, audieritque dictus Apostolus vo-
cem dicentem: Occide & manduca; Per hoc
denotare volens, quod proprius gratissimus-
que Petri & aliorum animabus lucrandis
destinatorum, cibus esse debeat sceleratissi-

morum peccatorum conversio.

8. Fecit ei convivium magnum. Ubi Glossa
ait: Qui enim Christum intus recipit, pascitur
multis delectationibus. Hugo Cardinalis ver-
ba illa in domo sua interpretatur dicens: id
est, in corde suo, utiturque supra citato Apo-
calypseos textu: qui aperuerit mihi, &c.
magnum dicit, quia in tantum, quod etiam de
reliquis commedunt Angeli, gaudium enim est
Angelis Dei super uno peccatore penitentiam
agente

9. Magnum, quia magno hospiti corre-
spondens eidem præparatur convivium: Quis
Deus magnus sicut Deus noster. Tale quoque
fuit convivium, quod Abraham tribus illis pe-
regrinis viatoribus præparavit, in quibus tres
adoravit divinx Triados personas; Aliud
quoque convivium in Isaaci filii sui abla-
ctatione instruxit; Grande convivium in die
ablaclationis ejus, id quod talis fuit antix
symbolum, quæ veluti nuptiis præfens epu-
latur, quando se rotam Deo consecrat, atque
à blandientis mundi lenociniis veluti lacte
se subducit, Abraham enim tunc magna &
festiva gaudia instituit, quando Isaac pa-
nem durum & solidum manducare, atque à
lacte separari cepit; Eodem quoque modo
de S. Matthæo discurrere possumus, ipsum
supra modum fuisse gavisum, quando se à
voluptatibus, delitiis, atque divitiis domus
sux alienum esse vidit, ut scholam Christi in-
gredi mereretur, in qua panis durus abstinen-
tiæ, mortificationis, paupertatis, aliarumque
vitæ Apostolicæ molestiarum semper mandu-
cari debet.

10. Fecit quoque grande convivium in die
ablaclationis ejus, ob aliud quoddam myste-
rium, quod ex Prophetia Isaïæ facile dedu-
citur: Quem docebit, inquit, sapientiam, &
quem intelligere faciet auditum? ablaclatos à
lacte, avulsos ab uberibus Ubi S. Cyillus ait:
Deus Sanctos & vocat & docet, qui ablaclati
à lacte, & uberibus legis veteris per Christum
provelti sunt in perfectum virum, ut pro eo
fortiter omne discrimen subeant. Sanctus Mat-
thæus à cœlesti sapientia erudiendus erat, ad
hoc ut suum perfectè conscriberet Evangeli-
um; & tanquam Apostolo resistendum ei erat
Evangelii persecutoribus, sufferendumque
animosè martyrium, ac proinde jure meriti-
simo Fecit grande convivium in die ablaclatio-
nis ejus.

Ioan. Ar-
bor.

g. 48 in
Matth.

Act. Apost.
11. 7.

Apo. 3. 10

Gen. 28. 6.

Gen. 21. 8.

Is. 28. 9.

11 Antiquitus, ut ex pluribus sacrae Scripturae locis colligitur, lautissima instituire solebant convivia, & ad ea invitabantur parentes, aliique amici, quando Joves suas tondabant; Hac occasione usus est Absalon, ut Ammon fratrem suum volens occidere, ad convivium suum invitaret. Nabal pariter in simili occasione, tamen si sordide avarus & tenacissimus esset, lautissimam instruxit mensam. Ex ovili Pastoris caelestis, qui dicit: *Ego sum Pastor bonus, ovis quaedam tondenda erat, id est, S. Matthaeus totum mundum abnegaturus erat, relictis omnibus secutus est eum; quid mirum igitur, si fecit ei convivium magnum.*

12 Convivium magnum. Rupertus Abbas ingeniosè observat dicens: *Convivium ergo fecit ei, & magnum; nimirum quasi convivium Regis; idque ex eo deducit, quia sicut aliàs jam plenius diximus, apud istum Evangelistam Rex genere & actibus Christus ostenditur, quia idemmet sanctus Apostolus librum regiae suae Genealogiae contexit, ostendendo ejus secundum carnem progeniem, & humanitatem assumptam à multis Regibus derivari; Totumque textum sua narrationis, regalibus gestis, ac regis contextens parabolis, sic tandem finit, ut dicat, apud eum Rex iste jam coronatus resurrectionis gloria; Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, totam seriem conscriptionis ejus, si ritè perpendas, spirare cognosces mysteria regni Dei.*

13 Considerat etiam, quod Apostolus noster priusquam vocaretur, ad instar servij cujusdam fuerit, quia inordinatis appetitibus suis serviebat; at verò postquam sibi veram filiorum Dei libertatem acquisivit, siquidem *servire Deo, regnare est se erga benefactorem suum gratum exhibere volens, mysteria Regni ejus explicavit: Bene ergo ut non ingratus magno libertatis sua Regi, regni ejus legibus inseruit, intendens regnum ejus, quod à carnalibus Iudaeis carnaliter expectabatur ostendere, quale sit.*

14. S. Gregorius aliam apparatus hujus convivii nobis dat rationem: *In solo Christo cibum salutis quoties quarimus, invenimus, in ejus verbis & exemplis animas nostras fructu sua vi & salubri reficimus, ideoque sanctus Matthaeus vicissim ei corporale istud, ac demum etiam spirituale praeparavit convivium, quale fuit sacer liber Evangelii ab eo compositus, de quo B. Laurentius Justinianus ita scribit: Magnum prorsus ac solemne dicendum esse hoc convivium, quod in toto orbe terrarum noscitur esse diffusum, redi vivis semper nobilitatur argumentis, quoniam nunquam Dei verbum inveteratur, corrumpitur nunquam, quin potius erogatum multiplicatur, pradicatum crescit, gustatum nutrit, accendit meditatum, agnitum concupiscitur, expositum integrum, & intelligentia faucibus mansum permanet incorruptum*



DE S. MICHAELE ARCHANGELO DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSVS I. De auxiliis & suppetiis, quas à S. Michaelè Archangelo aduersus inimicum infernalem recipimus.

DISCURSVS II. De ejsdem Archangeli laudibus, præcipuè de epitheto illo, *Magnus*, quod ei à Daniele attribuitur.

DISCURSVS III. De immensis beneficiis, quæ mundus ab eodem Archangelo hæctenus recepit, & porrò quotidie etiamnum recipit.

DISCURSVS IV. Ex adducto Apocalypseos textu alia considerantur ejsdem Archangeli encomia, & de beneficiis, quæ nobis communicat.

DISCURSVS V. De zelo ipsius, quo in cælo & in terra, inter Angelos & homines, omnem Deum offendendi occasionem è medio tollit.

De auxiliis & suppetiis, quas à S. Michaelè Archangelo aduersus inimicum infernalem recipimus.

DISCURSVS PRIMVS.

Sancte Michael Archangele defende nos in pralio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

Sancti Michaelis, tanquam Generalis Angelicæ militiæ Archistrategi patrocinium in auxilium & succursum nostrum imploramus, quia in hoc certamus campo: *Militia est vita hominis super terram*, ideoque ejus nobis suppetiæ necessariæ sunt, tanquam validi aduersus inimicum infernalem defensoris: *Collaudamus venerantes omnes cæli milites sed præcipuè primatè cælestis exercitus, Michaelè in virtute conterentem Za-*

bulum. Panthaleon Diaconus de hoc cælestis exercitus Duce ait: Christus nos reddidit victores. Et in hymno prædicto canit Ecclesia: Quo custode procul pelle, Rex Christus pussime, omne nefas inimici. Sophronius sancto Archangelo nostro hunc attribuit titulum: Archangelus Damonum exterminator. Sanctus Bruno de ethymologia nominis sancti Michaelis, quæ est: Quis ut Deus: ita scribit: Ipse suo nomine nos ad praliandum confortat, & ne illum timere debeamus, hortatur, qui quoniam simili Deo esse voluit, præcipitatus est.

Apoc. 7

2. Textus ille Apocalypticus : *Factum est prælium magnum in caelo, Michael & Angeli eius praeliabantur* ; hoc inquam prælium communiter de strage Luciferi à sancto Michael eadem illata quidem interpretatur ; nihilominus aliorum quoque interpretum expositioni inhærentes , per cælum Ecclesiam militantem intelligere possumus. Albertus Magnus prælium istud post Redemptoris nostri mortem accidisse notat : *Factum est , ex quo per fidem & Passionem Christi Diabolus de corribus fidelium est eiectus*. Etenim hic draco, postquam se à cultu & adoratione, quo omnes populi eum antea prosequerantur dejectum esse vidit : *Nunc princeps mundi hujus eiecitur foras ; Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, intestinum quoddam & domesticum cunctis fidelibus bellum movit ; *Draco pugnabat & Angeli eius atque insuper quoniam id modo fiat, declarat dicens : Hoc prælium quotidie fit in Ecclesia, pugnant contra Ecclesiam, scilicet noxia consulendo, perversa suggerendo, bonorum Angelorum exercitum impugnando*; at verò sit benedictus DEUS ! quia liberè dicere possumus : *plures pro nobis, quam contra nos*, siquidem in S. Michaelis, licet etiam hic solus esset, patrocinio & assistentia confisi, dicere possumus : *In pro decem milibus computaris, quanto magis nunc, quando non solum sanctus Michael, sed & Angeli reliqui omnes pro nobis strenuè decertare satagunt dicitur enim : Michael & Angeli eius*. Porro arma, quibus sanctus Michael cum suo exercitu in nostram defensionem & commo- dum Dæmonem impugnat, sunt ex mente B. Brunonis hæc sequentia : *Pro Ecclesia orando, adjuvoria ministrando, bona desideria inspirando, impetum Dæmonum reprimendo*. Hoc quoque prælium in defensionem nostram susceptum, continuum est, nec unquam hæctenus intermissum fuit, inquit idem sanctus Bruno : *Cum Angelis suis non cessat die noctuque praeliari contra Draconem illum, qui est Diabolus* ; omnes quoque Angeli custodes nostri S. Michaeli tanquam Generali Archistratego, & Domini Dei exercituum supremo locum tenenti subordinati sunt, ideoque cuncta auxilia, quæ ab illis spiritibus Angelicis recipimus, ipsi maxima ex parte attribuenda esse noscuntur.

Serm de
S. Michael

3. Vocatur etiam bellum hoc prælium magnum, quia, ut S. Thomas ait : *durat à Passione Christi, usque ad finem mundi*; qui idem S. Docto. etiam hoc prælium interpretatur de velitationibus, quas in præsentem cum inimico infernali, qui se salutem nostram cum viribus opponit, frequenter inimus ; & tamen alii quoque Angeli in nostram defensionem pro nobis acriter dimicent, nihilominus potius hoc dicitur de Michael, quia ipse est præpositus specialiter & princeps Ecclesie militantis, ab ipso tanquam generalissimo Divini exercitus duce procedunt in aciem ordines & inferiorum ministrorum commisiones : *Michael præpositus Paradisi, quem honorificant Angelorum cives*.

4. Defende nos in praelio. Etenim quando de eo agitur, ut ipse in nostrum se adiutorium accingat, ipse alas suas gaudenter & promptissimè explicat ; festinusque ad benefaciendum nobis in publicum procedit. Zacharias nobis ob oculos ponit Angelum quendam inter myrteta stantem paratum certare pro nobis : *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, qua erant in profundo, & post eum equi rufi, varij, & albi, & dixi, qui sunt hi Domine mi ? Dixit ad me Angelus : Ego ostendam tibi, quid sint hæc, & respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dominus, ut perambulent terram*. Porro hic, qui inter myrteta consistebat, erat Angelus, in adiutorium populi illius destinatus, *Et responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta*. Hic autem Angelus juxta expositionem Theodoretii & Lyrani fuit sanctus Michael Archangelus, qui veluti militiæ Angelicæ supremus Dux & Capiteanus, & tanquam synagoga caput & protector in medium se prodit. Verum inquires quidnam in eo lateret mysterii, quod Angelus ille in tam urgenti occasione inter myrteta se conspicuum præbet ? sciendum igitur est, hanc arborem valde felix semper protendere augurium, ideoque ramis ab illa decerpis in festivitatibus uti solemus ; antiquitas etiam, si Plinio credimus, coronæ triumphales à myrto contexebantur : Idè etiam Propheta Evangelicus prædicere volens, quod afflictiones populi Israelitici tandem suam essent habituræ finem, in earumque locum

Zach. 10.

H 55. 13.

successuram & substituendam esse favorabilem prosperitatem, dixit: *Pro urtica crescet myrtus* Magno igitur cum mysterio se Angelus ille inter myrteta conspicuum præbet, nim. rum ut nobis per hoc insinuet, quanto cum gaudio & mentis júbilo Angelus Michael in nostrum adiutorium, magno nostro beneficio cum inimicis nostris pugnaturus de cælo descendat.

In Bibl.

5. Panthaleon Diaconus optimè notat, quod cum Prothopares noster in Paradiso terrestri infernalis Serpentis astutiâ lapsus fuisset, sanctus Michael hoc sibi munus vendicaret, ut eum quasi humeris suis sustineret & suffulciret, ne ipsi idem ille hostis amplius nocere valeat: *Archangeli Michaelis suasionibus & monitu instructus Adam, & ligone terram fodiens, & sudore & labore frugaliter nutritus, non fuit amplius seductus ab hominis inimico, & Dei hoste.*

In cap. I.
Apocal.
Viegas.

6. Regius Propheta David in Psalm. 33. inter cætera scribit: *Immutet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos* Quæ verba interpretis quidam in Apocalypsim scribens de sancto Michael interpretatur, simulque observat, quod Septuaginta legant, *castra metabitur*. Sanctus Hieronymus ex Hebræo legit: *Circumdat in gyro*. Inimicus enim infernalis animam nostram obfidione cingere satagit, *circuit quarens quem devoret*: at verò sanctus Michael in defensionem & adiutorium nostrum nos *circumdat in gyro*. Neque solum ab inimico nos infernali tuetur atque defendit, verum etiam ab omnibus ministris & complicibus illius. Unde in Annalibus Ecclesiasticis de certo quodam Duce Tridentino insolenti alias Tyranno, cui nomen Alachim erat, legimus, illum adversus clericos exasperatum dixisse: *Tale itaque nunc facio votum, quod si mihi Deus itorū victoriam dederit, unum puteum de testiculis impleam clericorum; cumque exercitus ipsius & alter Cuniperti Regis Longobardorum ex opposito pugnaturi consisterent, prædictus Rex, ut innoxio omnium aliorum militum sanguini parceretur, ad singulare certamen cum dicto Tyranno ineundum ultro sese obtulit, quod tamen Tyrannus inire renuit, dicendo se ab illo deterreri eo quod inter hastas regias, in loco ubi iuramentum ediderat, imaginem videret S. Mi-*

An. 691. 40

chaelis Archangeli; cum itaque prælio inter utrumque exercitum ineundo signum datum esset, ingens consecuta est strages, ac tandem per mortem sacrilegi illius, Cunipertus victor remansit.

7. *Defende nos in prælio*. Inter cætera prælia, quæ hostes infernales adversum nos gerunt, truculentissimum sanè experiemur in puncto mortis nostræ transituri ad iudicium particulare, quia tunc *descendit Diabolus ad nos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet*, ac proinde sancta mater Ecclesia, tunc vel maximè ejus pro nobis auxilium & patrocinium implorat, dicendo: Sancte Michael Archangele, defende nos in prælio, non ut pereamus in tremendo iudicio quod non tam de universali, quam de particulari iudicio intelligendum venit, pro quo tempore Redemptor noster præcipuè ei animarum nostrarum recommendavit tutelam: *Archangele Michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas, similiter in commendatione animæ dicitur: Suscipiat eum sanctus Michael Archangelus Dei, qui militia cælestium meruit principatum.*

Apoc. 12.
12.

8. Transitus mortis nostræ ab agone agonia denominatur eo quod sit maximum prælium, quod homo in militia vitæ hujus aggredi possit; siquidem ab hujus prælii momento sive eventu dependet vel maxima hominis jactura, vel nobilissima victoria, ac proinde in eo puncto omnes tartarei exercitus adversum nos armantur, qui pugnant ingerendo nobis præteritorum peccatorum reminiscenciam, vel per malos à nobis acquisitos habitus & inclinationes, & ideo etiam ii qui sanctissimam in terris egerunt vitam præ nimio terrore sæpè videntur trepidare. Imo observandum est, quod sanctus Lucas post recensitam Christi in deserto tentationem subjungat: *Et consummata à omni tentatione, Diabolus recessit ab illo usque ad tempus; circa quæ verba Author Historiæ Scholasticæ dicit, quod tempore mortis Christi dictus Dæmon ad tentandum iteratò redierit, sperans se ab eo tandem reportaturum victoriam; hoc certum est, quod in illa hora ipsæ quoque Cedri Libani tremant, quia *Iustus vix salvabitur*, quanto igitur magis paludum concutientur arundines? vix igitur futurum esset nobis, si S. Michael in defensorem nostrum*

Luc. 4. 130

nostrum minimè haberemus, *quis enim posset
salvus fieri*: quisnam inter omnes sanctos sa-
lutaris nostræ zelantior est ipso.

Cap. 9.

9. Sanctus Bonaventura rationem red-
dit, cur sanctus Franciscus tanta erga sanctum
Michaelem exarferit devotione, diuturnum in
ejus honorem jejuniium servando, quam devo-
tionem ad suos quoque posteros per Regulam
transmisit: *Beato Michaeli Archangelo, eo
quod animarum representandarum haberet of-
ficium, speciali erat amore devotior, propter
fervidum, quem habebat, zelum & salutem
omnium salvandorum*

Pf. 73. 3.

10. *Cum accepero tempus* inquit Deus,
ego justitias judicabo q. d. omnia & singu-
la cujuslibet animæ merita sancto Michaeli
mediante in Justitiæ libra exactissimè pon-
derabo, ac proindè opus est, ut ei devoti-
simus, eumque revereamur, ut ipsum favo-
rabilem nobis habere mereamur atque pro-
pitium; ipse etenim crucem utpotè redem-
ptionis nostræ instrumentum ad judicium
portabit, atque per illam cunctas tartareas

potestates in fugam convertet: *Ecce crucem
Domini, fugite partes adversa*. Ac proinde bea-
tus Laurentius Justinianus meritisimo jure
nos exhortatur, dicens: *Agnoscant singuli,
agnoscant omnes protectorem suum, illum lau-
dibus efferrant, frequenter sollicitent precibus,
oris amplectantur, devotione inclinent*. Neque
tamen hoc totum sufficit, quia id, quod
præcipuum est, protinus subjungit, nimirum:
Et per emendationem vita lascipient. Etenim
sanctus Michael utpotè Angelicæ militiæ caput
amat innocentiam, puritatem, perseverantiam;
quodsi verò nos in hora mortis nostræ nihil
habuerimus aliud præter paleam, quod libræ
seu trutinæ ejus commendemus, quoniam
modo defendere nos poterit in tremendo judi-
cio? *audite obsecro, quinam sunt illi, quos S.
Michael ex mente ejus Justiniani vel maximè
protegit: Quippe cum defendat humiles, pud-
cos diligit, diligit innocentes, custodiat
vitam, regat in via, perducat
ad patriam.*

Ser. de S.
Michael.



De ejusdem Archangeli laudibus, præcipuè de epitheto illo Magni, quod ei à Daniele attribuitur.

DISCURSVS SECVNDVS.

Michael Princeps magnus. Dan. 12. v. 1.

Nobilissimum illud attributum, quo S. Daniel Propheta Michaelem Archangelum insignivit, dum ab eo Princeps magnus vocitatus fuit, non solum nomini illi concordat, quo suprema illa altissimi Dei majestas illum honoravit: quis ut Deus, verum etiam gloriosissimis ipsis respondet factis, quibus præ cunctis spiritibus Angelorum conspicuus, & in meritis valdè sublimis effectus est. Porro princeps denominatur, eo quod ei in præmium victoriæ, quam de Dracone infernali obtinuit, commissum sit totius militiæ celestis imperium, tanquam locum tenenti ipsiusmet DEI: *Hic est Michael Archangelus princeps militia Angelorum.* Unde Rupertus Abbas Tuitiensis de victoriâ verbi ait: *Constat, quia Princeps est omnium, usque ad finem sæculi, cui verbum DEI credunt, & consentunt;* ac si diceret, non solum super omnes Hierarchias & choros Angelorum, tanquam Capitaneus Generalis principatum obtinuit, verum etiam super omnes credentes sive fideles ad finem usque sæculorum.

Lib. 2. c. 18.

2. Sciendum est enim, quod non denominetur Archangelus, quia ad chorum Archangelorum, qui inter novem choros penultimus est, pertineat, sed potius, quia caput supremum & antesignanus est omnium Angelorum. Fuit quidem Lucifer totius celestis curiæ caput creatus, sed quia per superbiam suam DEO factus est rebellis, æquare volens suum creatorem, *ero similis Altissimo*, à S. Michaele exauctoratus fuit, dum hic factum ejus compressit, omnesque cœlestes collegas Angelos in adoratione & cultu DEI

perpetuo firmiter stabilivit; unde quia rebellem illum spiritum una cum asseclis suis de cœlo præcipitem egit, ad supremum illud munus, quo perduellis Lucifer functus fuerat, assumi meruit. Unde Rupertus Abbas Tuitiensis ait: *Princeps noster & dicitur, & est; Princeps in prælio, Princeps in orationis suffragio usque in finem sæculi, Princeps iste principatur populo Dei.* Verum enim verò examinemus nunc in præfenti discursu, quanto cum jure nobilissimo hoc encomio, Magnus, insignitus fuerit.

Lib. 5. in Apoc.

3. *Princeps magnus.* Seneca ad præsens propositum oportuè satis de Alexandro Magno scribit: *Infelix ob hoc, quod intelligere debebat falsum se gerere cognomen, quis enim esse magnus in pusillo potest?* veruntamen tamen revera ita sit, quod videlicet in hac terra nulli hominum, quantumcunque ille sit titulus Magni attribuit possit, eo quod universus hic mundus in comparatione ad cœlum Empyreum, nihil sit amplius, quam modicus quidam formicarum nidus; nihilominus quis est qui non videat, quanto cum jure Spiritus sanctus, mediante Danielis calamo sanctum Michaelem glorioso hoc titulo, Magnus afficiat, quando autoritas & principatus ejus non solum super Ecclesiam militantem hic in terris, sed etiam super triumphantem in cœlis extenditur? *Michael præpositus Paratitisi.* Nullus inveniri potest locus sive visibilis ille sit, sive invisibilis, sive in cœlo, sive in terris, in quem magnus hic Princeps jurisdictionem non habeat.

Epist. 42.

4. *Magnus.* S. Bernardus scribit: *Quantitas cuiuscunque anime estimatur de mensura charitatis, quam habet, ut que multum habet charitatis, magna sit que parum parva.* Qua doctrina supposita necessum est, ut dicamus

Ser. 27. in Cant.

eamus quod in S. Michaelē juxta proportionem ardentissimi zeli, quem in tuendo & defendendo Dei contumeliam honore & gloria exhibuit, in eo quoque ingens exarserit flamma amoris & Seraphicæ charitatis.

5. Unde gravissimi Authores cum insigni fundamento S. Michaelē primum inter Seraphinos locum obtinere existimant: *Ecce Michael unus de Principibus primis*. Quibus in verbis observandum est, quod *ly unus*, hoc loco idem significet quod *primus*, adeo ut idem sit dicere, *unus de principibus primis*, ac si quis dicat, *primus de primis principibus*. Cui titulo consentit quod ei sancta Mater Ecclesia attribuit, dum ait: *Michael prapostitus paradisi, quem honorificant Angelorum cives*.

6. *Princeps magnus*. S. Antoninus scribit: *Mundus tales nuncupat magnos, qui vestigia gerunt magni Dei*. Quæ sententia in S. Michaelē mirabiliter adimpletur; siquidem hic magnum Dei nomen, quod quid excellentius est quam aliquod Dei vestigium in se continet; nam, ut S. Ambrosius ait: *Michael idem est ac Quis ut Deus*.

In Exodo Deus ait: *Ecce ego mittam Angelum meum, qui precedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paravi, observa eum, & audi vocem ejus*. Hic autem Angelus sine dubio S. Michael Archangelus fuit, utpotè Synagogæ & populi Israelitici, ac demum illius loco Ecclesiæ à Deo constitutus protector atque defensor. Huic synagogæ ducis loco serviebat, contententi in terram promissionis; ut verò à cæteris dignosci possit, Deus nomen suum proprium illi imposuit: *Est nomen meum in illo*. Nam ut Abulensis ait: *Michaeli secundum divinam ordinationem competunt, quæ sunt maxima negotia*. Rupertus Abbas ait: *Ex illo certamine magno & mirabili pulchro nomine & honore donatus, unus & primus de militia cælestis principibus, glorioso rediit nomine, videlicet ut exinde vocaretur Michael; quid pulchrius eo quod sonat ipsum nomen? quid ad laudem ejus sonorus, quam sicut Deus?*

8. Verùm totum hoc modicum quid est in comparatione ad excellentissimum illum titulum, qui ab Apostolo ei attribuitur, quo dicitur *Spiritus oris Christi*. Quidnam in ejus gloriam ex-

Manus Sanctuaris Tom. III.

cellentius nõ jam dico inveniri, sed vel imaginari quis aut excogitari potest? *Interficiat Spiritu Thess oris sui*, id est, Deus ad conciliandam vel inferendam Antichristo mortem operâ utetur S. Michaelis, qui est Spiritus & vita oris sui. Merito igitur modernus quidam interpres ait: *Vide Viegas, quanta laudis sit Michaelē appellari Spiritum oris Christi*. Eodem proflus epitheto Verbum æternum à Spiritu sancto denominatum fuit; siquidem is de Spiritu sancto dicit: *Novissimè locutus est nobis in Filio*; quasi Verbum, or. & lingua Patris existat. Ecce tibi igitur insignè S. Michaelis gloriam, utpotè qui pari cum Christo epitheto honoratur.

9. *Princeps magnus*. Simon Onia filius sacerdos magnus esse dicitur, moxque Scriptura rationem reddit, cur hoc nomine Magnus honoratur: *In vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravi templum*. Quis autem est, cui manifestum non sit quantam S. Michael Ecclesiæ temper curam habuerit, quantumque eandem semper tutatus fuerit? B. Laurentius Justinianus ait: *Non autem abs re illum sacrosancta mater honorat Ecclesia, quem sui specialem & proprium novit esse custodem, assiduam intercessorem*. Sacros obsecro legitote annales, statimque invenietis, in quot occasionibus tutelæ suæ specimina experientiâ teste ediderit: *Nemo est adjutor meus* (ita olim captivus in Babylonia Daniel lamentabatur) *in omnibus his, nisi Michael princeps vester*; hic enim synagogæ, quæ tunc vera Dei Ecclesiæ fidelium orthodoxorum congregatio erat, assistebat, & pro ipsa pugnabat; idè paulò antiè dicebat: *Princeps Persarum restitit mihi viginti & uno diebus*. Similiter quando Daniel pro liberatione populi illius anxie affligebatur: *Ecce, inquit, Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum*.

10. Apparitio hujus Archangeli in monte Gargano eo præcipuè tempore facta fuit, quo Ecclesiæ Dei ab hæreticorum, paganorum, aliorumque pessimè viventium persecutionibus mirum in modum infestabatur, prout videre licet in seculi istius historiis; idèoque eo in loco opportunè se videndum præbuit, ut omnes & singuli agnoscerent, quòd tunc vel maxime Ecclesiæ defensionem intenderet. Panthaleon Diaconus ait: *Michael qui versatur in cælis, & ar-*

Xx

rem

Suarez
p. 2. l. 6.
110. n. 26,

P. 4. tit. 15.
f. 22.

In cap. 12.
Apoc.
Exod. 23.
21.

Q. 71. in
e. 23, Exod.
loco cit.

Eccl. 50.

Serm. de
S. Mich.

Dan. 10. 21

rem obit tanquam pernix fulgur, & uni-
versam, quæ est sub cælo terram uno momento per-
vadit. Audite obsecro quo fine faciat, nimirum
ad fidelium consolationem: pios qui affligun-
tur, adit, recreat, & consolatur. Enimvero quia
montis illius mentionem fecimus, iutermittite
nequeo, quin id, quod Baronius de illo mon-
te scribit, recenseam; dicit enim: *Locus ob in-
gentia illic solita edi miracula jugi imposternum
peregrinatione fidelium est frequentatus*; quod
adeo verum est, ut S. Romualdus Othoni Impe-
ratori penitentia loco imposuerit, ut ab ur-
be Romana eundem montem nudis pedibus ad-
iret.

11. *Princeps magnus*. Plutarchus de Pom-
pejo scribit: *Romanorum priscos non solum qui
præclara consecerunt bella, sed eos etiam, qui
republicam consilio virtutibusque decorâ-
runt, cognomento sapè exornavisse constat*. Et-
niam Pompejus Magnus honorifico scilicet titulo
appellatus fuit, eò quòd armis suis Imperium
Romanum egregiè dilatasset; similiter idem ti-
tulus Valerio attributus fuit, quòd plebem in-
ter & nobilitatem pacis fœdera procurasset; at
verò dicite fodes, quifnam cognomenrum hoc
Magnus ex hoc capite excellentius Michaelæ
promeruisse censendum erit, utpotè qui *præclara
consecit bella*? Primum etenim prælium, in quo
gloriosè decertavit & vicit, fuit illud, quod, ut
dixi, inire & committere debuit, quando excel-
lentissimus totius cœlestis curiæ Angelus non
solum omnibus supereminere prætendit; verùm
etiam ut supremum assequeretur arrogantia &
superbiæ terminum, suammet naturam, ut voluit
S. Augustinus & Doctor Angelicus, divino im-
perio quoad exercitium subtrahere fatēgit: *In
cælum conscendam, super astra Dei exaltabo
solum meum*; tertiam quoque cœlesti: seu an-
gelici exercitûs partem adversus creatorem suum
insolenter rebellando erexit; tunc enim hic nos-
ter Archangelus impenetrabili quadam lorica,
id est, zelo honoris Dei sui armatus, postquam
vexillum suum hac inscriptione: *Quis ut Deus?*
insignitum erexisset, se illi oppoluit, ejusque fa-
stum & arrogantiam per suam humilitatem &
subjectionem edomuit, ipsumque in abyssum
egit: *Projectus est draco ille magnus serpens an-
gnus*.

12. Porro si verum est, prouti nonnulli cre-

diderunt, quod S. Michael non de suprema hie-
rarchia, sed de tertia extitit, id est, solum Ar-
changelus fuerit, & tamen per zeli sui, necnon
reposita adversus Luciferum victoria merita,
supremo in omnes Angelos imperio rethuneratus
fuerit, satis sit perspicuum, quàm insuper verum
sit, quòd qui se humiliat, exaltabitur, quantum-
que honorem & gloriam Dei zelando prome-
ruerit.

13. Aliud, quod supremus hic cœlestis mili-
tariæ Princeps aggressus est, & feliciter absolvit
prælium, adversus Pharaonem in defensionem
populi Israëliti excitationum fuit, quando è co-
lumna nubis adversus obstinatum illum Dei ho-
stem divini justitiæ fulmina evibravit, ipsum
unà cum universo exercitu ejus in mari rubro
submergendo: *Profecti Pascha vespere à de-
stante Angelo, erepti de durissimo Pharaonis
imperio*.

14. *Præclara etiam consecit bella*, quando
Lucifer mortuum Moysis cadaver populo Israe-
lis manifestare omni conatu studuit, ut erga cor-
pus illud, in divini cultûs summum præjudicium,
per ejus adorationem idololatriam committeret;
tunc enim S. Michael divini honoris zelo-
tes ardentissimus illud non minori studio occul-
tais, & ab Hebræorum oculis subducere molitus
fuit, quamvis id non sine acri cum Angelo apo-
stata commisso prælio perfecerit. Undè S. Judas
apostolus scribit: *Cum Michael Archangelus
cum diabolo disputans altercetur de Moysis
corpore, &c.*

15. Denique *præclara conficiet bella* adver-
sus Antichristum in ultimo perdurantis mundi
sæculo; siquidem dum ille totus in eo futurus erit,
ut populos seducat, mortuum se, & post tri-
duum denuò resuscitatum fingendo, dum ad a-
mulandum Redemptorem nostrum è monte O-
liveti ad cœlos ascendere præsumet, S. Michael
illatam Creatori suo injuriam & contumeliam
vindicare acerrimè, *accipe armaturam zelus il-
lius*, & ancipitem illum stringendo gladium:
Quis ut Deus? dolos & præstigia ejus manifestè
revelabit, ac tandem necem illi inferet.

16. Verùm enim verò olim non solum illi
magni appellati fuerunt, qui *præclara consec-
erunt bella*; sed etiam qui *republicam consilio
& virtutibus decorârunt*. Porro quando Deus
noster intra quadraginta annorum decursum

conscriptis & exaratis in monte Sinai tabulis, Moysen in multis ad bonum populi illius regimen inspectantibus rebus, videlicet in ritibus & divini cultus sacramentis, necnon in pietate & religione instruxit, omnium horum gerendum coelestis hic Princeps unicum Dei instrumentum extitit. Atque ideò Rupertus Abbas quanta Archangelus noster in utilitatem populi Dei operatus sit, declaraturus ait: *Multa sunt nimis, & plura quàm ut presenti loco commemorare patiatur tenor propositi nostri, qua per mysterium principis hujus facta sunt, sicut Scripturis sanctis continentur, ex quibus omnibus magnus iste Princeps, quia per ipsum disposita sunt, sortitus est nomen, Michael, quod interpretatur: Quis sicut Deus?* ac tandem mysteria hujus nominis declarans ait: *Quid enim aliud hoc nomine innuitur, nisi quia qualia per ipsum facta sunt, nemo facere possit nisi Deus?* In lectionibus matutinalibus è S. Gregorio de sumptis dicitur: *Quoties mira virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere qua facere praevalet Deus.*

Lib. 5. in
Apost.

Hom. 34.
in Evang.

17. *Consilio rempublicam decoravit.* Ipse etenim & non alius fuit, qui prothoparentes nostros, & consequenter universum genus humanum in cunctis necessariis instruxit & erudit: *Effecit, ut, qui ex injuria ei contigerat lapsus, inquit Panthaleon Diaconus, per laboriosam & Dei gratiam vivendi rationem rursus corrigeretur.*

18. *Virtutibus rempublicam decoravit,* multa nobis relinquendo virtutum exempla, zelum in defendendo Dei contumeliati honore; mansuetudinis, quia altercatus cum diabolo de corpore Moysis, non est ausus iudicium inferre blasphemia, sed dixit: *Imperet tibi Deus.* Charitatis, in procuranda aliorum salute; humilitatis, sese unà cum cæteris sequacibus suis non minori cum submissione subjiendo, quàm quo factu rebellis Lucifer cum cæteris apostatis angelis sese contra, imò & supra Deum erigere voluit, &c.



De immensis beneficiis, quæ mundus ab eodem Archangelo
hactenus recepit, & porro etiamnum quoti-
die recipit.

DISCURSVS TERTIVS.

*Hic est Michael Archangelus Princeps militiae An-
gelorum, cujus honor præstat beneficia.*

1. **H**onores illi, quos ut S. Mi-
chaeli Archangelo vene-
rabundi deferamus, nos ad-
monet sancta mater Eccle-
sia, sancta quadam cum usu-
ra compensantur; siquidem
in vicem illorum innume-
ra, eaque omnia præcellentissima ab eo accipi-
mus beneficia: *Cujus honor præstat beneficia.*

2. Et quidem quemadmodum olim populo
Israelitico inter omnes alios à Deo super terram
electo astitit, lumen & agnitionem Dei eidem
ministrando: *Notus in Iudæa Deus, in Israel
magnum nomen ejus;* ita quoque nunc populo
fidelium summa cum sollicitudine invigilat. Unde si
olim dictum fuit: *Consurgat Michael princeps
magnus, qui stat pro filiis populi mei;* certe nunc,
prouti per omnia novæ Evangelicæ legis sæcula
ipsam edocuit experientia, Ecclesiæ Christi
multò ampliora beneficia contulit, quàm fuerint
olim synagogæ collata. Enimvero ut beneficia
Hebræis collata obiter recenseamus, ipse solus
fuit, qui in una nocte centum & octoginta quin-
que Assyriorum militum millia pari strage con-
fecit, quique civitatem Jerosolymitanam ab ar-
cta qua cingebatur, obsidione liberando, super-
bum Sennacherib Dei contumeliatorem confu-
sum in summa animi perturbatione recedere co-

egit, Josue promptum sese in ejus defensionem
obtulit ad fortiter pro eo certandum, admirabi-
lem non solum ipsi, sed & toti exercitum ejus
suggerendo & imprimendo animi generosita-
tem & invictum robur ad acquirendam sibi ter-
ræ promissionis possessionem, potentesque illos
viginti novem Reges penitus debellandos. Ipse
fuit, qui in tot occurrentibus necessitatibus
Machabæis in auxilium venit, gloriosissimas il-
lis adversus religionis diviniq; cultus perfec-
tores impertiendo victorias. Ipsi soli Heliodo-
ro illatum supplicium attribuitur, qui templi
ærarium deprædari moliebatur. Ipsi in acceptis
referenda est illa Judithæ præstita assistentia, per
quam illam à superbi & sacrilegi Holofernis a-
vidis faucibus præservavit, eique ad impugnan-
dum victoriosum ejusdem tyranni mucronem
virile animi robur inseruit, quod & ipsa gratâ
mente recolens ingenue fassa fuit, dum ait: *Cu-
so dirigit me Angelus ejus & hinc euntem, &
ibi commorantem, & inde huc revertentem.*
Ipsi pariter innocenti Susannæ attribuenda est
defensio, necnon sumptum de calumniosis se-
nibus supplicium; siquidem ipse Danieli eo-
rundem detexit imposturam, animumque sug-
gestit ad inferendam dolosis senibus debitam
mortem. Ipse quoque deinceps Danielelem è la-
eu lisonum liberavit: *Misit Angelum suum. &*

conclusit ora leonum. Similiter in fornace Babylonica flammarum compescuit ardorem, eundem aurâ quadam frigidâ permeante perfundendo mitigavit: *Excussit Angelus flammam fornacis.* Undè cum Nabuchodonosor inter tres illos pueros unum filio hominis similem conspexerit, ille utique nullus alius Angelus fuit, quàm S. Michael, quia, ut jam diximus, ipse solus hac prærogativâ præfulget, quòd similis filio Dei existat; ideoq; nonnulli in Daniele commentaria scribentes Interpretes, per quartum illum, qui tribus pueris adjunctus videbatur, Michaelem intelligunt. Undè & Panthaleon Diaconus (è quo potiori ex parte desumptus est iste Discursus) de hoc Archangelo dicit, quòd *vitiarum flammam extinguit.*

3. *Præstat beneficia.* Visit egregiis in synagogam à Michaele Archangelo collatis beneficiis, nunc quoque ea beneficia, quæ nos quoque ab eodem Archangelo accipimus, accuratius examinemus. *Defendit nos in prælio,* ut jam abundè probavimus; à nostris quoque inimicis nos egregiè defendit, quia ejus operâ *Profectus est draco ille magnus serpens antiquus.* Undè draco infernalis sub ejus pedibus veluti agonizans communiter depingitur. Ultimis temporibus persecutio, qua Antichristus Ecclesiam infestaturus est, adeo erit formidabilis, ut facer textus dicat: *Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi;* at vero ut Lyranus ait: *Quando Angeli conabuntur omnes corrumpere, & à fide subvertere, etiam electos, si fieri potest, tunc consurget Michael ad fortificandum electos per se, & per Angelos sibi subditos.* Refert Thomas Bozius insignem illam, quam Henricus Imperator S. Michaeli exhibuit devotionem, unicam fuisse gloriosorum progressuum, quos in Imperio tempore suo obtinuit, causam: *Henricus Imperator tam studiosus S. Michaelis cultor, non mirum quòd supra omnes Imperium amplifcasse videtur, sicut omnes vita sanctimoniam & puritate superavit.*

4. *Præstat beneficia.* Rupertus Abbas Tuitiensis ait: *Vbi prospera promittuntur, & propitiatio, vel expiatione necessaria est, Michael dirigitur.* Sacratissimum Redemptoris nostri corpus quadraginta horarum spatio in sepulchro dimoratum fuerat: *Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens revolvit lapidem,*

qui alius non fuit quàm Michael Archangelus: hic enim gloriam & honorem Christi zelabat, ideoque resurrectionem mundo manifestam reddidit; ut autem Hebræorum Christi interfectorum malignitatem confunderet, fulguris instar ab iis videri voluit: *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur; undè præ timore ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Est multorum sacrorum Interpretum non improbabilis opinio, quòd quotiescunque in sacra Scriptura Angeli alicujus fit mentio, non adhibitâ nominis ejus specificatione, per Angelum talem S. Michael per antonomasiam semper intelligatur, maxime si de insigni aliqua talis Angeli operatione sit sermo. In resurrectione quoque corporum nostrorum, quæ circa novissimum iudicii diem futura erit, magnam quoque idemmet Archangelus partem sibi vendicat: *In jussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Undè Estius scribit: *Archangelo Michaele, velut præcone Dominici adventus clarissimum sonitum quaqua versus e dente.*

5. *Vbi propitiatio necessaria est, Michael dirigitur.* Zacharias Propheta visionem quandam recenset, in qua de divina justitia peccatis populi illius, qui tot annis in Babylonia detinebatur captivus, graviter irata propitianda & placanda agitur, ac tandem in hunc finem obtinendum S. Michael se promptissimum obtulisse describitur: *Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, usquequò tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es? Iste jam septuagesimus annus est, qui protinus favorable obtinuit responsum à Deo dicente: Revertar ad Ierusalem in misericordiis, & domus mea aedificabitur in ea.* Quando Romæ tempore Pontificatus S. Gregorii dirum pestilentia flagellum passim per omnes domos grassabatur, accidit quòd dum sanctus ille Pontifex ardentes & efficaces quotidie ad Deum preces effunderet, Archangelus noster coram eo apprensus eidem preces ejus à Deo exauditas esse ex mole Adriani, cui insitebat, revelavit, & in remissionis ac indulgentia signum, districtum, quem in manu sua habebat, ense in vaginam recondidit; undè & locus ille deinceps Castellum S. Angeli appellatur, in eoque Ecclesia quedam

1. Thess. 41

Matth. 24

24.

Lib. 7. c. 5.

Lib. 1. in Apoc.

Matth. 28. 3

dam in ejus honorem ad perpetuam rei memoriam consecrata fuit.

6. *Præstat beneficia.* Sæpè citatus Panthaleon de hoc archangelo ita scribit : *Fidejubes pro peccatoribus ; & de homine dicitur : In peccatis natus est totus ; nec tamen homo iste aliquem habet , ad quem securiorum cum fiducia , quàm ad sanctum Michaelem recurrere possit . Undè sancta mater Ecclesia fideles suos eundem in confessione peccatorum suorum invocare docet , ut potè specialem peccatorum fidejussorem & advocatum . Similiter in hodierni officii divini antiphona cecinimus : Archangelus Michael tuba cecinit : Ignosce Domine Deus noster ; Et quidem tuba illius non nos lacescit ad prælium , sed potiùs ad fugam monet peccatorum . Glossa quoque S. Hieronymum in Daniele scribentem citat , ubi ita ait : Michael cui commissus est populus Iudaorum , Dominum deprecatur , & dicit : Domine da eis spatium pœnitentia , & noli eos subvertere . Hic quoque Archangelus S. Mariæ Magdalena Dei voluntatem annuntiavit , qua illi præcipiebatur , ut ad agendam rigidam & austeram pro peccatis suis pœnitentiam in speluncam se Masiliensem subduceret ; ait enim : Deus quem tantum ô Magdalena concupiscis , & semper habes , te vult hunc locum lachrymis rigare profusis , ut futuris sæculis exemplum pœnitentia perpetuò fias ; Crucem in ore spelunca erexit dicens : Cave ne extimescas , custos tuus est Altissimus .*

7. *Beneficia præstat.* Sanctus hic Archangelus non sine causa Christi crucem in humeris bajulans communiter depingitur ; siquidem ipse non solum est Christianæ militiæ signifer , quæ Crucem Christi vexilli loco se habere gloriatur , verùm etiam aliquam in humana redemptione partem habere dici potest ; nam quando Christus horà passionis suæ appropinquante anxius & tremebundus morabatur in horto , accessit Angelus confortans eum Didacus Stella hunc Angelum S. Michaelem fuisse dicit ; in quam eandem opinionem S. Bonaventura & alii pariter consentiunt . Dionysius Carthusianus quoque ait : *Probabile est Angelum istum fuisse S. Michaelem , tunc Principem Synagoga . Sanctus etiam Bonaventura dicit : Cum autem sic orat anxietus Dominus Iesus , ecce Angelus Domini Princeps caelestis exercitus Michael apparuit confortans ;*

vel , ut Syriaca lectio habet , *confirmans eum* In cujus veritatis confirmationem ad illum Zachariæ textum in cap. 3. ejusdem reflectere possumus , ubi ita dicitur : *Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini , & sathan stabat à dextris ejus , ut adversaretur ei . Iesus erat indutus vestibus sordidis , & stabat ante faciem Angeli .* Enimvero quodnam existimatis nobis in hac visione revelari mysterium ? Porro ut illud ritè intelligamus , necessum est ut nobis S. Michael veluti in medio inter Christum & dæmonem constitutum imaginemur ; hic enim dum ei Incarnationis & Crucifixionis Christi repræsentaretur mysterium , Christum ut potè abjectum & humiliatum pro nobis tanquam creatorem suum agnoscere & adorare detrectavit ; imò stabat à dextris ejus , ut adversaretur ei ; undè S. Michael tunc se illi opposuit dicens : *Nunquid non iste est torris erutus de igne ? increpet Dominus in te sathan .* Et ideo Rupertus Abbas ait : *Dominica passionis victoria magna increpatio diaboli fuit .* Imò S. Michael ut Christi improperia & derisiones tanto ampliori honore afficeret , ejusque amarissimam passionem cælo terraque venerabilem redderet , ait : *Auferte vestimenta sordida ab eo ; ponite cydarim mundam super caput ejus .* Quibus verbis devotam quandam gratiarum actionem , nec non debitum adorationis & obsequii tributum reddere intendit , quasi diceret : tanto utique magis exaltabitur in gloria , quanto magis humiliatus fuerit in pœna . S. Hieronymus , vel quisquis est author Commentarii in Psalm. 108. ait : *Tamdiu habere dicitur vestimenta sordida Dominus Iesus , & stare diabolus à dextris ejus , quamdiu portat peccata nostra . & diabolus peccatis nostris adversatur .* Ex quo igitur Christum peccata nostra sibi imposuisse diabolo summè displicet , factis perspicuè illum salutem nostram minimè amare colligitur , sicut illam amavit S. Michael , qui Christum in horto anxium , & pro peccatis nostris agonizantem animavit , & ut pro redemptione nostra sanguinem suum effunderet , strenuè est cohortatus .

8. *Præstat beneficia.* S. Michael quoque animabus nostris expensis à Deo deputatus fuit : *Venit Michael Archangelus cum multitudine Angelorum , cui tradidit Deus animas sancto-*

Dan. 12.

Silves.
Pier. in
res. auric.

Medit. vi.
ta c. 15.

Serm. de
S. Mich.

rum, ut perducatur eas in paradysum exaltationis. Quis igitur præstita nobis ab Angelicis Spiritibus auxilia non experitur? S. Bruno ait: *Vido ergò quantas gratias B. Michaeli Archangelo debeamus, à quo Angelos accepimus nobis ministros ad custodiam ordinatos.* Inter alia motiva, quibus B. Laurentius Justinianus utitur, ut nos ad hujus Archangeli cultum, honorem & reverentiam inducat, hoc quoque unum ex præcipuis fuit, ut scilicet ipsum consideremus, tanquam *animarum Electorum sedulum susceptorem.* In Offertorio quoque Missæ defunctorum dicitur: *Signifer S. Michael representet eas in lucem sanctam.* Verùm enimverò non solum animæ per manus illius transeunt, quando ex hac vita evolvunt ad cælum: *Constituit te Principem super omnes animas suscipiendas;* verùm etiam fideles etiamnum viventes commovet, iisdemque inspirat, ut iisdem animabus electis, in igne purgante acerbissimis pœnis quantocius liberari, atque ad æternæ beatitudinis possessionem adeundam transmitti valeant. Ad hæc anima in purgatorio constituta in ejusdem Missæ pro defunctis Offertorio præsentatur nobis veluti

in quodam lacu leonum constituta: *Libera eas de ore leonis, de profundo lacu.* Quis autem Danieli in lacu leonum constituto succurrit, præterquam S. Michael, qui *conclusit ora leonum;* & Abacuc per capillos apprehensum è Judæa extulit, ut præparatum mellioribus prandium Danieli ministraret?

9. *Præstat beneficia.* Iple etenim instrumentum quoddam est reconciliatæ paci: *Angelum pacis Michael ad istam cœlitus misti rogamus aulam, nobis ut crebrò veniente crescant prospera cuncta.* Nostras quoque orationes coram supremo altissimi Dei tribunali præsentat: *Stetit Angelus juxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua;* ubi per incensum preces nostræ significantur: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Ecce igitur qualiter orationes nostræ per manus S. Michaelis deferantur in cælum. Ipso quoque mediante bonorum terrenorum abundantiam recipimus, eodem sæpè citato Panthaleone attestante, qui ait: *Fertilitatem fructuum terra suppeditat.*



Ex addu-

Ex adducto Apocalypseo textu alia considerantur ejusdem Archangeli encomia; & de beneficiis, quæ nobis communicat.

DISCURSVS QVARTVS.

Stetit Angelus juxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua.

Sancta mater Ecclesia S. Michaeli Archangelum protectorem suum in die hodiernæ solemnitatis, quam, ut se pro immanis beneficiis receptis, aliisque quibus ab ipsius liberalissima manu continuo locupletatur, gratam exhiberet, instituit, in primis per adductam in theatro Antiphonam honorat. Cujus verba ex celeberrima illa visione desumpta sunt, quam S. Joannes habuit, dum in insula Pathmos constitutus esset, & in cap. 8. Apocalypseo perspicuis verbis describitur; ibi namque legimus representatos illi fuisse septem Angelos in conspectu Dei consistentes, quibus totidem data fuerunt turbæ; inter alios autem unus præcipue in mediâ prodit: *Et stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.* Pro cujus adeo mythice vitiosis declaratione servit quod scribit S. Augustinus, dum ait: *Omnes Angeli ejus nos adjuvant, vel orando, vel bona suadendo, vel demones arcendo, potius tamen hoc dicitur de Michaeli.* Et ratio est, quia cum S. Michael sit cœlestis militiæ Princeps & Generalis Archistrategus, alii Angeli eidem tanquam capiti subordinantur, ideoque tanquam milites à minimo ipsius tanquam capitis sui nutu dependent. Et quidem tamen si omnes hi septem Angelicubas in manu habere à nobis conspiciantur, attamen obrenta adversus inimicum infernalem

victoria soli Michaeli adscribitur ad eum modum, quo victoria absoluto prælio non militibus, sed Generali exercitûs Duci adscribi solet, utpotè qui per suam directionem, prudentiam, consilium, generositatem animi, & invictum robur, necnon per insigne fortitudinis suæ exemplum omnes ad pugnam tentandam animavit, primisque licet cohortum suarum auxilio roboratus cum hoste decertans eundem prostravit. Verùm enimvero relicta prælii arenâ seu campo, æquitati magis consonum esse dixi, si Archangelum nostrum in hoc Discursu altaribus assistentem veneremur.

2. *Stetit Angelus juxta aram templi.* Nonnulli per hunc Angelum Redemptorem nostrum interpretantur, utpotè qui *magni consilii Angelus* denominatur; alii verò econtra in Michaeli propendent. Undè Dionysius Carthusianus ait: *Apertius tamen videtur, ut Angelus iste intelligatur Angelicus Spiritus Ecclesiæ præsidens, scilicet Michael, qui nunc Princeps extat Ecclesiæ, sicut olim Synagoga.* Verùm dicat hic aliquis, equodnam in eo mysterium latet, quod Angelus iste cum thuribulo aureo ante altare Dei consistat? *Iste Ecclesiæ visitat* (inquit Carthusianus) *& ante ejus altare stat habens thuribulum aureum, id est, charitatem præcipuam ad fideles, per quam eorum spiritualia beneficia colligit, Deoq; offert;* in testimonium nimirum obsequii & devotionis erga populum Christianum, in ordine ad Dei cultum, & oblationem sacrificiorum. Ecce igitur tibi

Lib. 1. de
ci vit. Dei.

tibi hujus Archangeli gloriam, siquidem omnes per manus ipsius coram adorandæ Triados altare præsentantur; Et ad hoc fortè alludunt illa Canonis verba, quæ post Consecrationem dicuntur: *Supplices te rogamus omnipotens DEVS, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum in conspectu Divinae majestatis tuæ*. Quonam verò fructu nos hanc supplicationem nostram per hujus Archangeli manus porrigere existimatis? Nimirum *ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum sibi tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur*. Ecce hujus Archangeli charitatem præcipuam, &c. Neque enim oblationes & sacrificia nostra tantum offert Altissimo, verum etiam iisdem per amoris & ardentissimæ charitatis suæ efficaciam robur addit, dum illa apud Altissimum gratiora & acceptabiliora, magisque meritoria efficit. Idem quoque Dionysius declarat, quod per incensum hujus thuribuli intelligi debeant orationes, aliaque omnia opera bona, quæ facimus, quæ ab Archangelo nostro coram DEO in cælis præsentantur: *Cui dantur incensa multa*, inquit, *quando Ecclesia ejus suffragia petit, suasque preces per manus illius DEO offerri precatur, quod & ille diligenter exequitur, offerens preces & actus fidelium*. Glossa autem nos docet, qualiter nos ejus in hac re collegæ & sodales esse possimus: *Savage autem*, inquit, *quomodo assumaris ad societatem Michaelis, qui orationes Sanctorum semper offert DEO; assumeris autem in hunc numerum, vel in hoc officium, si instes semper orationi, & vigiles in ea*. Ad majorem verò hætenus dætorum evidentiam & probationem, quod videlicet opera nostra eo interveniente DEO præsententur, clarum in Daniele textum habemus. Hic namque Prophetæ variis modis, scilicet per orationes, jejunia, aliasque austeritates sese affligebat, ut populi sui è Babylonica servitute liberationem à DEO impetraret, omnia autem hæc Danielis opera bona & merita

Mansi Sanctuarii, Tom. III.

solus Michael in cælos coram Throno altissimi Dei deferebat, ipsomet Daniele teste, qui ait: *Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum*.

3. In sacris Annalibus multas hujus Archangeli in diversis occasionibus factas invenimus apparitiones; è quibus ingens illa sollicitudo deducitur, quam habet, ut opera nostra meritoria DEO offerat, suam quoque intercessionem in majus beneficium nostrum interponendo; unde & Ecclesia noscum hæc sequentibus verbis devotè invocare docuit: *Princeps gloriosissime Michael Archangele, esto minor nostri hic & ubique, semper precare pro nobis filium Dei*. Alibi etiam in hodierno Officio ita recitamus: *Cujus oratio perducit ad regna cælorum*; E quibus verbis perspicue satis videtur, qualiter vivacissimam æternæ salutis nostræ spem concipere possimus dummodo verè ipsi devoti simus, ipseque nos advocatus existat.

4. Ad hæc cum incensum, ut diximus, verum sit orationis symbolum, idèd hoc per invocationem sancti Michaelis semper benedicitur, quia ipse est, qui cunctas fidelium orationes coram DEO præsentat; Dicit enim Ecclesia: *Per intercessionem beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus benedicere, & in odorem suavitatis accipere*; E quibus Ecclesiæ verbis clarè cernitur, in quanta æstimatione sint ejus intercessiones, & quanti apud DEUM valeant preces, quæ per manus illius DEO offeruntur, siquidem illæ hæc dexterâ Angelicâ coram DEO præsentatæ æternarum nobis coram DEO conciliant cumulum,

5. Et accepit Angelus thuribulum, ita sanctus Joannes in eadem visione prosequitur, *& implevit illud de igne altaris, & misit in terram*. Circa quæ verba Carthusianus dicit: *Implet igne præfati altaris seipsum ad nos amandos*. Etenim hic Ar-

Y

chan-

changelus amoris igne accenditur, ut tantò se amplius erga nos beneficium demonstret, prout ex immensis quæ nobis communicat, bonis clarè satis liquet; Quid enim Angeli ad nostram custodiam deputati, Angeli quoque qui Provinciis & Regnis efficaci patrocínio suo continuò assistunt, denique supernæ illæ intelligentiæ, quæ amplissimis cælorum spheris una cum primo mobilis continuò volvendis & revolvendis seriò invigilant, quid inquam sunt aliud, quam specialis quidam beneficentiæ & directionis ipsius effectus; *ad nos amandos.* Porro thuribulum istud aureum erat, ad denotandam amoris, quo nos & bona nostra prosequitur, puritatem, *Probatio dilectionis exhibitio est operis.* De hac autem operis exhibitione in discursu præcedenti satis amplè locuti sumus, quando in eo, quòd *præstet beneficia*, abundè satis probavimus.

Hom. 3. ad
Cor.

6. Insignis est illa sancti Augustini propositio dicentis: *Qui non zelat, non amat*; quam etiam sanctus confirmat Chrysostomus, dum ait: *Abunde non noscitur zelotypia, quàm ex vehementi dilectione.* Hoc autem divini amoris rutilans aurum in sancto Michaele utique egregiè resplenduisse, ex eo satis liquet, quia se pro contumeliati DEI honore & gloria defendenda præ cunctis aliis spiritibus Angelicis zelosissimum esse multis argumentis probavit. At verò eisdem verbis Dionysius Carthusianus aliam quandam expositionem adhibuit dicens: *Precibus suis ac nostris ardorem sanctæ charitatis nobis à Deo obtinens ac reportans*; Neque enim sancto Michaeli se DEUM amare, sufficit, nisi nos quoque eodem amoris igne exardescere faciat, Christus enim ait: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Ignis videlicet dilectionis reciproæ, quæ basis est totius legis Evangelicæ; Hæc autem amoris flagrantia hujus Archangeli opera in nobis accenditur, siquidem hic nobis ex Scraphica illa offi-

cina carbones adfert, quibus in nobis purificentur & inflammentur corda nostra: *Idè sequitur: Et misit in terram, id est, corda fidelium hoc igne charitatis succendit.*

7. *Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terra motus magnus.* Mox enim ut hic Archangelus noster ignem hunc super terram effuderat, ingens quidam fulgurum, fulminum, tonitruorum ac terræ motuum universalis auditus est strepitus, cujus rationem reddit Dionysius Carthusianus, dum ait: *Quia tunc corda Prædicatorum, Prælatorum, & Doctorum confortata sunt, atque idonea facta ad prædicandum & miraculosè agendum.* Tametsi enim Archangelus Michael tanquam protector Ecclesiæ eidem assistens, omnes fideles divino amore inflammet, majorem tamèn in Prædicatores, Pastores, superiores Ecclesiasticos & Doctores charitatis ardorem diffundit, utpotè qui sunt instar fulgurum, quæ Divinæ legi obstrepentes & rebelles timore & tremore percellunt. Verùm enimverò, ex quo à nobis superioritatis facta est mentio, (extra orbitam salire, aut præter propositum loqui non videbor, si hoc loco salutare quoddam Hugonis Cardinalis inseruero motivum. Hic igitur in Psalmo octuagesimo secundo ita scribit: *Michael interpretatur: Quis ut DEVS? cujus officium est coercere illos, qui Divinitatem sibi usurpant, id est, dignitatem Ecclesiasticam, sicut Lucifer Isaiæ decimo quarto. Ascendam in cælum, & similis ero Altissimo.* Michael est Præpositus Paradisi, ideo significat Prælatum Ecclesiæ, cujus officium est coercere ambitiosos. Ratio autem cur sanctus hic Archangelus Prælatos Ecclesiæ potius & majori cum solertia divino amore accendere satagat, hæc est, ut nimirum hi exemplo suo subditos & inferiores sibi ad virtutem consecrandam inducant & attrahant. Et idè sanctus Michael summò Pontifici præter proprium ejusdem Angelum custodem singulari

singulari cum auxilio & subsidio assistit. Ipse quoque est ille *Angelus Domini*, qui in carcere Herodis Petro assistit, quando universa Ecclesia pro obtinenda Patris sui libertate orationi intenta erat. Ipse est, qui catenas solvit, quibus Petrus vinculus erat, ipsumque è carcere creptum liberum abire fecit. Ipse Prædicatorum corda accendit, ut animæ, per quas refarciendæ sunt ruinæ Angelorum, denuò convertantur; Ipse quoque corda illuminat Doctorum sacrorum, ut luce sapientiæ suæ ignorantiam, hæreson, cunctorumque aliorum errorum tenebras ab Ecclesia dissipent & abigant, sacrarumque Scripturarum obscuritatem sana doctrina ipsorum mediante interpretentur & perspicuam efficiant, ac proinde de illis dicere licet, quod de duobus illis ex Oleagineo ligno fabricatis Cherubinis, per quos sacri Doctores communi Patrum consensu denotantur, scribit: *De lignis olivarum sunt facti, quia lucem nobis scientia tribuunt, juvante flamma charitatis Dei.*

8. Verùm enimverò abs re non erit, si hoc loco moralem quandam considerationem, quæ non minus in sancti Archangeli nostri honorem deserviet, instituamus, nimirum quod tamen fumus orationum nostrarum, omniumque aliorum bonorum operum è thuribulo ipsius aureo cælum Empyreum versus evaporet; sciendum tamen nobis sit, quod hic Archangelus, quantumvis ad tantam usque dignitatem sublimatus fuerit, ipsi tamen nunquam ne per umbram quidem minimus vanæ gloriæ & ambitionis ventus prædominatus fuerit. Hugo Cardinalis super illum Apocalypseos textum: *Michael & Angeli ejus præliantur*, scribit: *Michael interpretatur: Quis ut DEVS?* mox verò per sanctum Michaelem Prælatum, per alios verò Angelos, Ecclesiasticos significari subjungit; *In quorum factis & doctrina Deus debet apparere mirabilis, ut cum sincera ve-*

ritate dici possit: *Mirabilis DEVS, Sanctis suis, sed ipsi hodie magis dicunt: Quis ut mundus? quarunt enim quæ sunt mundi, & non quæ sunt DEI.* Ac proinde potius Diaconi consentiunt, quàm quod adversus illum decerent, maximè dum se adeo ambitiosos & superbos esse, palam manifestent. Beatus Laurentius Justinianus de hoc Archangelo scribit: *Defendit humiles, pudicos diligit, diligit innocentes.*

9. Sanctus Franciscus de Paula, qui sanctissimi Ordinis Minimorum fundator extitit, atque in profunda humilitate altas radices egit, sanctum Michaelem in peculiarem advocatum suum adoptavit. Similiter sanctus Franciscus Assisius pauper & humilis, integram quadragesimam in ejus honorem jejunabat. Unde sanctus Bonaventura scribit: *Cum juxta solitum morem quadragesimam ad honorem sancti Michaelis Archangeli jejunare cœpisset, superna contemplationis dulcedine abundantius solito subversus, &c.* Et ideo ab hoc sancto Archangelo, prouti creditur, in figura Christi sacra illi stigmata impressa fuere. Sanctus quoque Franciscus Xaverius aded humilis, ipsi pariter devotissimus fuit. Denique sanctus Martinus, ejus quam erga ipsum habebat devotionis effectus, in morte sua expertus fuit; siquidem de ipso post mortem dicitur: *Quem Michael assumpsit.* Extremo itidem odio superbos semper profectus fuit, prouti liquiddò videre est ex conflictu, in quo superbum Luciferum totaliter pessumdedit, & una cum aliis angelis suis perduellibus profligavit. Hanc quoque humilitatem suam in Apparitione testatam fecit, quam in Gorgano monte luculenter satis edidit, in ejus namque montis spelunca abjecta & vili quandam in suum honorem Ecclesiam dedicari voluit. *In monte Gorgano venerabilis memoria beati Michaelis Archangeli, ubi ipse consecrata nomini habetur*

tur Ecclesia, vili facta schemate, sed cœlesti prædita virtute. Templum quoddam sibi consecrari volens, montem quendam solitarium penitus, & in eodem speluncam quandam, ferarum potius quam hominum domicilium sibi elegit, ut per hoc quantum humilitas sibi grata esset, quantumque in devotis suis internarum potius virtu-

tum ornamentum, quam externarum magnifici & splendidi cultus exhibitionem æstimaret, evidenter innueret: *Vili facta schemate, sed cœlesti prædita virtute.*



De zelo ipsius, quo in cælo & in terra, inter Angelos & homines omnem Deum offendendi occasionem è medio tollit.

DISCURSUS QUINTVS.

Va homini illi per quem scandalum venit. Matth. 18.

1. **I**N hodiernæ festivitatis Evangelio severissimam quandam audivimus incretæ sapientiæ investivam, quâ in omnes illos, qui scandali occasionem proximis suis præbere præsumunt, utitur; dicit enim: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt; Exped + ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris; ac tandem æternam illis damnationem comminando subjungit: Va homini illi, per quem scandalum venit.* Verùm enim verò quærit hic aliquis, quidnam hodiernum Evangelium cum præsentis festivitatis commune habeat, si quidem sancta mater Ecclesia Evangelia, quæ in sanctorum solemnissis legi & decantari posuit, ita eisdem adaptavit, ut ad virtutes sanctorum, quorum celebratur solemnitas accurate alludant? Respondeo igitur, quod quantum quis meretur puniri & reprehendi, qui alios scandalizat, iisque ad lapsum viam & occasionem sternit, tantundem laude & remuneratione dignus sit, qui scandala & offendicula è medio tollere satagit; Inter alia autem specialissima encomia, quæ in S. Michaelis ad stuporem usque emicuerunt, unum in ipso speciale hoc fuit, quod singularem semper adhibuerit industriam & sollicitudinem, ut tam in cælo, quam in terra omnes Deum offendendi occasiones è medio tollerentur.

Izech. 29.
31.

2. Apud Ezechielem DEUS dicit: *Draco magne dicitis. Ego feci me metipsum. Lucifer namque cunctis aliis Angelis nihil est persuadere, quod non sicut ipsi à DEO creatus esset, sed quod nobilissimum esse suum sortitus fuisset à semetipso. in cælum conscen-*

dam, inquit apud Isaiam: Super astra Dei exaltabo solum meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: Ascendam super altitudinem nubium; similis ero altissimo. Unde in cælo Empyreo tam grave exortum est scandalum, ut *Factum sit præter magnum in cælo; asseclarum quoque, qui inde ad eum consecretandum seducti fuerunt, numerus tantus fuit, ut tertia pars Angelicorum spirituum sese adversum DEUM rebelles erexerint: Cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram.* Sed ecce consecretum alius quidam Angelus perfidum & contumacem illum spiritum in eadacii & impietatis redarguens, & impenetrabili zeli & generositatis lorica præcinctus, vexillum extulit, cui hæc impressa erat Epigraphe: *Quis ut Deus? omnesque alios spiritus Angelicos ad se consecretandum invitans, acriter cum hoc Dracone congressus est, eumque ex eminentissima cælorum sede exturbatum in profundissimam usque terræ abyssum præcipitem egit: Michael & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnavit, & Angeli ejus, & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo, & projectus est Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocabatur Diabolus & Sathanas sequentia autem verba manifestè declarant, quæ & quanta scandala illa fuerint, quibus perfidus hic Apostata cælum pariter & terram implevit; & quidem scandala in cælo exorta jam audistis, siquidem impius ille Apostata Angelos pro tertia ipsorum parte, id est, milliones millionum adversus Deum sese rebelles erigere fecit; quoad scandala verò per ipsum quotidie in terra exorta, sufficiat dicere: *Quis**

Y 3

seducis

seducit universum orbem : at verò dicite sedes, quisnam ille fuit, qui se h. sec. scandalis, ruinis hisce, & huic exterminio, quod cælo Empyreo imminerebat, opposuit? quisnam perfidis Draconis illius conaribus in terra resistit, præterquam invictus hic noster Archangelus? & quidem an non ipsum sub ejus pedibus prostratum & conculcatum continuo conspiciatis? Et audivi vocem magnam in cælo dicentem Nunc factus est salus & virtus & regnum Dei nostri & potestas Christi ejus. Verè sanctus Michael salus nostra est, utpote qui animarum nostrarum saluti invigilat, atque in hunc finem unicuique singularem Angelum custodem assignavit. Est quoque virtus nostra, quia ut tentationibus resistere valeamus, valde efficacia nobis auxilia animique vigorem subministrat. Regnum Dei nostri est; quia in beati illius Regni possessionem nos statuit; denique & potestas Christi est, quia est Dei altissimi brachium dextrum.

3. Verùm enim verò observetis velim quam perfectè hodierni Evangelii comminationes in superbo illo & contumaci spiritu adimpleta fuerint, scilicet quod is, qui scandali occasionem ministrat in maris profundum mereatur demergi, siquidem hæc apostata huius pœna fuit, quod in ignem tartareum fuerit demersus, cum tamen ex altera parte hic Archangelus ob confirmatos in stabilitate fidei sodales, nec non ob zelum gloriæ Dei & reverentiæ erga ipsum, omnium Angelicorum spirituum principatu insignitus fuerit. Hic est Michael Archangelus Princeps in litia Angelorum Panthaleon Diaconus hoc ei Epithetum attribuit; quo vocatur ab eo vindex zelosissimus blasphemorum; ac proinde cum Lucifer primus blasphemator extiterit, primus quoque fuit, in quo de illata Deo per blasphemiam injuria, acerba vindicta exercita fuit.

4. Advertendum est autem S. Archangelum nostrum hanc vindictam non exercuisse in Luciferum ferrum seu ensen stringendo, sed ut B. Laurentius Justinianus scribit: Tunc cælestes spiritus non clypeo, hasta, vel ense sed voluntate tantum certavere vicissim, sanè in huiusmodi spirituali conflictu cæteris spiritibus sanctis prælatas est Michael, quem porrò primatum per ardentem illum zelum prome-

ruit, quem contumeliati Dei honorem defendendo exhibuit. Unde idem Justinianus salubriter nos in onet, dicens. *Quoniam omnes cæli milites maximo cum honore debemus excolere, præcipue tamen gloriosissimum Michaelem cælestis exercitus primatem & duces, veneremur in illis sublimem gratiam, prærogativam singularem præstitutum ministerium, insuperabilem virtutem conditoris benevolentiam ipsiusque bellatoris constantiam.*

5. Hunc quoque zelum suum S. Michael in alio quoque conflictu eximie probavit: quando ut S. Judas Thadæus in Epistola sua refert, cum eodem Dracone colluctatus fuit, dimicando adversus blasphematores, omnesque alios, qui supremam illam Majestatem aspernantur, Dominatorem spernunt, Majestatem autem blasphemant, ita enim scribit præfatus Apostolus: *Cum Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercetur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemis, sed dixit, Imperet tibi Dominus;* Etenim hic textus novam virtutem ejus admirandi occasionem nobis ministrat. Porrò non satis inter sacros Expositores convenit, quænam fuerit hujus commissi certaminis occasio: Nam Euthymius in ea est opinio, quod sanctus Michael tanquam constitutus a Deo synagogæ & totius Hebraismi specialis protector sacrum hoc corpus per solemnes exequias honorare intenderit, eidem verò Archangeli conatui Sathanas ex solo malignitatis & invidiæ motivo sese omnibus viribus opposuerit. Hugo Ætherianus ad Clerum Pisanum scribit, quod dum S. Michael Moyse Prophætæ animam in Abraham sinum deferre vellet, Sathanas se eidem opposuerit, commissum adversus Ægyptium homicidium allegando; veruntamen sincerior opinio esse videtur eorum, qui dicunt causam luctæ hujus eam fuisse, quam B. Petrus Damiani, in quodam sermone licet ad aliud propositum tetigit, dum ait: *Quid est, quod ab hominum notitia removeretur, nisi tollatur occasio, ne qui tam Deo charus & familiaris extitisse cognoscitur, divinus honor ille ab Israeliticæ plebis perfidia præbeatur.* Diabolus enim corpus Moyse revelando se populum illum ad idololatræ inducere posse sperabat, cui proinde Archangelus contradicens, ne id fieret, corpus abscondendo impedivit. Veruntamen

Deltranslat. S. Hila

runtamen Arefius aliam quandam circa præsentem historiam observationem adinvenit, dicendo, quod quia Moyses in Genesi dum omnium creaturarum primam à DEO communi omnium creatore productionem describit, nullam proflus Angelicæ naturæ mentionem fecit, eo præcipue motivo inductus, ne populus Judæorum Angelorum mentionem fieri audiens, prout erat ad Idolatriam valde proclivis, suspicaretur Angelis cultum patriæ debitum esse, adeoque à veri Dei adoratione omnino defisteret; idè quoque S Michael corpus Moysis mortuum ob eundem finem ab oculis eorum submovit & abscondit. At verò dicit fortasse aliquis, habuisse id speciem aliquam vindictæ, siquidem idè sanctus Michael corpori Moysis suam adorationem ademit, quia ipse creationem Angelorum in enarrata mundi Genesi subtrahit, adeoque ipsorum, qui tam nobili omnique veneratione dignissima præditi sunt, gloriæ admodum præjudicavit. hoc autem sine blasphemia affirmari non posset, siquidem ejusmodi reprehensibilia motiva soli naturæ nostræ depravatæ dominantur, & maxime in superbis & ambitiosis cernuntur, qui potius ad propriam, quam ad DEI gloriam aspirant; justi autem & electi servi DEI, potius eligunt contemni & posthaberi, quando honorem sibi impendendum iam damnium & præjudicium honoris & gloriæ DEI cedere vident. Et hinc est, quod Paulus & Barnabas divinum sibi cultum adhiberi videntes, præ nimia tristitia animique dolore vestes lutas disciderunt.

6. Porro modus, quo Sanctus Archangelus in hoc conflictu sese habuit, valde est considerabilis, quia tamen quando de offensa & injuria agebatur Divinitatis, totus semper igneus & vehemens fuerit, attamen quando in persona propria injuriis aut calumniis infestabatur, summam semper præ se tulit mansuetudinem: *Non est ausus illi iudicium inferre blasphemia*; quantumvis nullus sit, qui magis maledictionem & acerbam reprehensionem commeruerit, quam hic hostis tarareus, cæloque rebellis. Quo in facto egregiam nobis doctrinam subministrat, quod videlicet dum nobis cum impiis atque pervertis hominibus res est, vitis quidem & sceleribus eorum indignari possumus, utpote Christi

offensis, & Divinæ legis prævaricationibus; in reliquo verò naturæ ipsorum, in qua similes sunt nobis, compatiendum sit, exerceri que erga illos à nobis sit charitas eisdem tolerando.

7. Observandum est quoque quod sanctus Michael ausus non fuerit Diabolo ex motivo zeli maledicere, tamen id faciendi tam urgentem habuerit occasionem; & tamen nos vilissimi terræ vermiculi, adeo sumus arrogantibus, ut ob quamvis rem quantumvis levissimam in graves prorumpere blasphemias non dubitemus: Audite Hugonem Cardinalem, qui ita scribit: *Cum in destina scilicet & mansuetudine hoc dixit: Imperet tibi Deus, nec est contra multos Prælatos, qui cum austeritate imperant, & cum potentia; non est ausus Michael, qui tantus erat, imperare Diabolo, ut ipsi pauca imperent, vel nullas, & si oportuerit, hoc faciant cum timore & mansuetudine.* Unde Psalmo 89, dicitur: *Quoniam supervenit mansuetudo & corripimur.* Sanctus autem Hieronymus scribit: *Meretur Diabolus maledicium sed p. r. Archangeli es blasphemia exire non d. buit,* & consequenter nec verba immoderate iracundiæ per os superioris. Hoc tamen non obstante, quando de Dei contumeliati & injuria affecti honore, reverentia, & gloria defendenda agitur, condignus exhibendus est Divini honoris conservandi zelus, quia si propter honorem & bonam existimationem nostram, nec non parentum, amicorum, Dominorum, vel aliorum ad eos protegendos jure nos moveri censemus, quanto rationabilius est, ut id ipsum faciamus, quando Deum aut ejus honorem injuria aut contumelia affici audimus?

8. Aliud quoque ejusdem sancti Archangelii facinus in Daniele Propheta legimus, ex quo pariter in ejusdem zeli, quo sanctus Michael scandala removere & abolere studuit, noticiam devenire possumus. Daniel namque multo tempore populi Israelitici è captivitate Babylonica liberationem per multas afflictiones corporales suspiraverat, & tamen à primo suæ ad DEUM effusa orationis die, DEUS iteratæ sæpius supplicationi illius annuerit, concessi tamen favoris executio per viginti & unius dierum decursum delata fuit, idque hoc sequentem causam, quia nimitum *Princeps Regni Persarum resistit mihi viginti*

Ad Tit. 3.

Cap. 10.

Lib. de
vict. ver.
9. c. 6.

Viginti & uno diebus. Suppetiarum verò succursus, per quem suum erat assecutus intentum removendumque omne favoris concedendi obstaculum, à sancto Michaelè præstitus fuit: *Ecce Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum.* Et quidem supposita Ruperti Abbatis opinione sciendum est; Apostatam Angelum nihil æque desiderasse, quam ut populus Israëliticus Babylonicis vinculis diuturniori tempore mansisset constrictus, nec adeo cito ad civitatem sanctam Hierosolymorum redux fieret, sperabat enim futurum ut filii Israël per diurnam hanc cum Idololatriæ conversationem, valdeque longam à templo Domini distantiam, potiori ex parte perverterentur. Sanctus Michaël autem hoc periculum prævidens, sciensque Deum Danie-

lem libertatem Israëlitis affectuosè sollicitantem exaudivisse, adversus tartaream se tyrannidem armavit, & ut concessum à DEO favorem, nimirum populi Israëlitiçi à Babylonica captivitate liberationem quanto citius exequeretur, impedimentum omne quod Dæmon procuraverat, sustulit, effecitque ut ad ritus & caeremonias sacras, sacrificia item, omniaque alia Religionis & cultus divini exercitia redeuntes, tanto magis in divino servitio, & in sanctarum legum sanctarum observantia stabiliarentur, atque ab omni Idololatrarum consortio, omnique alia scandali occasione sequestrati & sejuncti permanerent.

FINIS TOMI III.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.



I N D E X

M A T E R I A R V M

ET RERVM MAGIS NOTABILIVM,

quæ in tertio Tomo continentur.

A.

A bire; quidnam abire, stare & sedere in peccatore significant? De S. Rocho Disc. 5. per totum. Et de S. Matthæo Disc. 4. num. 3.

A cedi; de ejus symbolo illam representante, De S. Petro in vinculis D. 5. n. 2.

A dventus Christi ad judicium fulguri comparatur. In festo S. Jacobi apost. D. 1. n. 2.

A lulatio est vitium particulare aulicorum. De Decollat. S. Joan. Bapt. D. 3. n. 1.

A dulatores reprehenduntur. In festo S. Rochi, D. 1. n. 1.

A gid us socius S. Francisci, de quæ Patientia insigni dicto.

A thna mons, qui intus ignem habet, foris nive reclusus est, assimilatur corpori humano castitati dedito. In festo S. Mariæ ad Nives D. 2. n. 1.

A ffectus inordinatus ad res terrenas aggravat animas nostras. In festo S. Rochi D. 2. n. 3.

A gnellus cur ab Hebræis baculos in manu sua tenentibus manducatus fuerit? In festo sancti Rochi D. 4. n. 1.

Sacrificatus in antiqua lege figura fuit Christi in Paschate immolatus.

A lexander à Seneca ob vendicatum sibi Magni titulum reprehensus fuit. In festo S. Michaelis archangeli D. 2. n. 3.

S. Alexius utpotè pauper voluntarius agnitus est pro Martyre. In festo S. Rochi D. 1. n. 5.

A mor inordinatus omnem indignam conditionem recipit. In festo Decollationis S. Joannis Bapt. D. 6. n. 1.

A mor Dei & charitas mensura est sanctitatis. In festo S. M. Magd. D. 1. 2. n. 1.

A ngeli cœlestes, custodes nostri, cunctique alii S. Michaeli archangelo subordinantur. In festo S. Michaelis archang. D. 1. n. 3.

A nima à corpore separari potest tum vi doloris,

Mansu Sanctuarii Tom, III,

tum amoris virtute. In festo assumpt. B. V. D. 13. n. 1 & 2.

S. Anna sanctitatem nobilitati conjunxit. In festo S. Annæ D. 1. n. 1.

Ex sterili facta est fecunda. Ib. n. 3. & 4.

Idque post 20. annos sterilitatis. Ib. D. 5. n. 4.

Orationibus medianibus obtinuit, ut mater fieret Mariæ Virginis. Ibid.

Qualitas partus ejus, Ibid.

Juxta probabiliorem sententiam, aliam præter Virginem Deiparam filiam non habuit. Ibid.

In ejus partu cœlum & terra præ gaudio exultarunt. Ib. D. 1. n. 7.

Magna erga pauperes & peregrinos, necnon versus cultum, divinum elemosynaria fuit. Ib. num. 9.

Nomen ejus gratia interpretatur. Ib. D. 5. n. 1.

Plures aliæ insignes veteris Testamenti fœminæ hoc nomine insigniti fuerunt. Ibidem D. 2. num. 11.

Partus ejus supernaturalis fuit, si præcedentem illius sterilitatem consideremus. Ibid. D. 2. num. 1.

Partus ejus ab Angelo nuntiatus fuit. Ib. n. 9.

In illa plus operata fuit gratia, quam natura. Ib. n. 3. & D. 5. n. 2.

Una cum hoc partu paradysum terræ inseruit. Ib. D. 2. n. 4.

Dicitur concha marina, in qua margaritæ nascuntur, & cur? Ib. n. 5.

Cur sancta mater Ecclesia plus ipsam, quam maritum ejus S. Joachimum honoret. Ib. D. 3. n. 1.

Extra matrem Matris Dei omnia encomia de ipsa dicuntur. Longè superat. Ib. D. 4. per totum.

Contemptrix fuit sui ipsius. Ib. D. 3. n. 3.

Ejus erga pauperes compassio adventum Filii Dei incarnandi acceleravit. Ib. D. 4. n. 4.

Variis gratis locupletata fuit. Ib. D. 5. n. 4.

Ejus intercessio apud Salvatorem efficacissima est. Ib. n. 4.

Zz

Anna

INDEX MORALIUM.

- A**ana mater Samuelis hunc filium suum post longam sterilitatem peperit. *Ib. d. 1. n. 3. 4.*
- Antichristus** à S. Michaelè Archangelo superabitur & interficietur. In festo S. Michaelis Archang. *d. 2. n. 15.*
- Antiochus** prima ejus è templo surrepta præda fuit candelabrum aureum. In festo S. Petri in vinc. *d. 5. n. 17.*
- Apostoli** intelliguntur per nubes. In festo S. Jacobi Apost. *d. 3. n. 2.*
- Laudantur** à Christo, eo quod ipsum secuti fuerint. In festo S. M. Magd. *d. 13. n. 1.*
- A Christo** in die ascensionis suæ in montem Oliveti perducti fuerunt. In festo S. Jacobi Apost. *d. 3. n. 1.*
- Appetitus & passionés** animi quomodo homini dominantur. In festo S. Mariæ ad Nives, *d. 4. n. 5.*
- Arca** ex lignis incorruptilibus fabricata figura est B. V. ob ejus incorruptionem. In festo Assumpt. B. V. *d. 12. n. 1. & seqq.*
- Quisnam** hujus Arca architectus fuerit? In festo S. Annæ, *d. 4. n. 2.*
- Argentum**; quousque argentum à Davide in fabricam templi congregatum ascenderit? In festo S. Petri in vinculis, *d. 1. n. 2.*
- Assumptio** B. V. Mariæ, vide infra v. Maria Virgo.
- Astaroth** dæmon in Armenia adoratus à S. Bartholomæo fugatus fuit. In festo S. Bartholomæi, *d. 6. n. 1.*
- Proprio ore** fraudes & technas suas divulgat. *Ib. n. 2.*
- Astages** Rex ejusque sacerdotes à dæmonibus cruciati infeliciter moriuntur ob mortem S. Bartholomæo illatam. *Ib. n. 3.*
- Avarus**, avaritia; ejusque qualitates. In festo S. Matth. Apost. *d. 3. n. 4.*
- Pauper** est, & cur? *Ib. n. 6.*
- Difficiliter** corrigitur. *Ib. d. 4. n. 7.*
- Avaris** minatus est Abacuc Propheta. *Ibid. d. 3. n. 5.*
- Crescentibus** annis avarorum quoque cupiditas & avaritia crescit. *Ib. d. 7. n. 9.*
- S. Augustinus** cupidus fuit animas Deo conciliandi. In festo S. Matth. Apost. *d. 6. n. 12.*
- Aula**; quisnam illam libenter & invitus videat? In festo Decollat. S. Joan. Bapt. *d. 3. n. 1.*
- Aurum** à Davide in fabricam templi congregatum, quousque ascenderit? Vide supra v. Argentum.
- Authoritas** in funestis occasionibus damnofa est innocentibus, in bonis vero eventibus subsidio est oppressis. In festo Decollat. S. Joan. Bapt. *d. 5. n. 2.*
- B.**
- S. Bartholomæus** fuit apostolus nobilissimus. In festo S. Barth. Apost. *d. 3. n. 1.* in medio.
- Juxta** aliquos fuit filius cujusdam Regis Syriæ, *ib. circa finem.*
- Centies** de die, & centies de nocte orabat, *ibid. d. 2. n. 5.*
- Quomodo** id ab eo factum fuerit, *ib. d. 1. n. 1.*
- Merita** ejus ab oratione processerunt, *ibid.*
- Signa** à dæmone ad eum cognoscendum expressa, *ib.*
- Intra 26. annos** non mutavit habitum, *ib.*
- Renuit** acceptare thesauros à Polamone Rege ob sanatam filiam ei præsentatos, *ib. nu. 2. & d. 5. n. 1.*
- Humilis** existens odit hominum applausus, *ib.*
- Magnæ** fuit fidei, pietatis, charitatis & amoris erga Deum, *ib.*
- Movit** implacabile bellum dæmonibus, *ib.*
- Idola** Astaroth, & cuncta alia templi idola usprosterneret & dejiceret, præcepit, *ib. nu. 3.*
- Berith** dæmon se ab eo ligatum teneri palam confessus est, *ib.*
- Plures** infirmos orationis virtute sanavit, *ib.*
- Martyrium** ejus maximum est inter omnia, quæ hætenus tyranni invenerunt, *ib. n. 5.*
- Exutus**, ligatus, & decoratus est ingenti cum lætitia & patientia, *ib.*
- Uter** majorem in mundo fructum fecerit Petrus an vero Bartholomæus, *ib. d. 2. n. 2.*
- Provinciæ & loca** quibus prædicavit, *ib. & d. 5. n. 1.*
- In Armenia** ecclesias erexit, iisque de bonis ministris optimè providit, *ib.*
- Corpus** ejus in mare projectum ad insulam Lipariensem miraculosè translatum fuit, ubi eidè templum quoddam erectum est, *ib. d. 3. n. 1. in fin.*
- Ossa** ejus per agros sparsim jacentia à Monacho quodam collecta, & Beneventum translata fuerunt, *ib.*
- Tandem** Romam ad ejus ecclesiam, quæ in Insula est, translatum, sæpè undante Tybere miracula patrat, *ib. d. 2. n. 5.*
- Instigatoribus** idolorum sacerdotibus flagellari & decapitari jussus est, *ib. d. 3. n. 2.*

Ejus erga Deum amor. Jonathæ erga Davidem
amori comparatur, ib.
Pellis ejus assimilatur pellibus illis, quibus ta-
bernaculum contectum fuit, ib. d. 4. n. 1.
Candido semper colore vestitus, ridens semper
& hilaris erat, ib. n. 2.
Excoriatus toto corpore, pelle circâ collum sto-
læ loco pendula prædicavit ad populum, ibid.
num. 4.
Passio ejus cum Christi passione collata, ib. d. 5.
num. 3.
Astiages Rex unâ cum sacerdotibus, qui mor-
tem ejus procurârunt, infeliciter omnes mor-
tui sunt, ib. d. 6. n. 2.
Anastasio Imperatori apparens eundem repre-
hendit, & cur? ib. n. 3.
Eucomia quoad ejus pellem. ibidem num. 4. &
seqq.
Beatitudo & gradus illius. In festo Assumpt. B. V.
d. 4. n. 2.
Consistit in clara visione Dei, ib. d. 1. n. 2.
Verisio nomen est carceris S. Petri, ejusque ethy-
mologia. In festo S. Petri in vinculis, d. 5.
num. 2.
Bona terrena sunt excrementa. In festo S. Mat-
thæi d. 3. n. 6.

C.

CAnanæa à Christo ob ejus fiduciam lauda-
tur, In festo S. M. Magd. d. 13. n. 1.
Candelabrum aureum prima præda fuit, quam
Antiochus Dei ex templo furripuit, d. 5. de
S. Petro in vinc. n. 18.
Canopus Ægyptiorum Deus, quomodo ignem
Chaldæorum Deum superârît? d. 4. de san-
cto Laurentio Mart. nu. 2. circa finem.
Capilli sunt mulierum inhonestarum vanitates,
d. 10. de S. M. Magd. n. 6.
Carbunculus lapis pretiosus, ejusque qualitates,
color, & ubi nascatur, de S. Jacobo apost.
d. 5. n. 3.
Carcer S. Petri Hierosolymis in loco quædam
sordido prope domum Pilati situatus, figura
est status peccatoris, d. 5. de S. Petro in vinc.
n. 2. & seqq.
Caro quanto melius tractatur, tantò magis me-
tuenda est, d. 1. de sancta Maria Magdalena,
num. 2.
S. Carolus urbem Mediolanensem à peste libe-
ravit, d. 5. de S. Rocho nu. 5.

Castitas est donum Dei, d. 4. de S. Maria ad Ni-
ves, n. 2.
Est lilium florens inter vitæ austeritates, ibid.
num. 5.
Communis est multis, virginitas autem paucis
competit; in Maria verò est sine exemplo.
ib. d. 3. n. 3.
Est vestis gentilitia, sive livrea, è qua servi Dei
dignoscuntur, ib. d. 2. in fine.
Catena ex variis annulis confecta, peccata signi-
ficat, & eorum expositio, d. 3. de S. Petro in
vinc. nu. 2.
Demonstratur in apocalypsi, ibid.
Catena fortiter constringentes sunt peccata,
& quanam illa, d. 4. de S. Petro in vinculis,
num. 2.
Tres sunt catenæ quibus Deo adstringimur, &
quanam illæ, ib. n. 1.
Catena, quæ S. Petrum strinxerunt, earumque
prærogativæ tam sublimes, ut cum ligno cru-
cis Christi competant, d. 1. de S. Petro in
vinculis, nu. 3.
Pretiosiores sunt auro, & quovis thesauro ma-
jores, d. 2. de S. Petro in vinc. n. 2.
Catena S. Petri soluta figurant ejus à peccatis
absolvendi potestatem, d. 3. de sancto Petro
in vinculis, n. 1.

Vide v. S. Petrus in vinculis.

S. Celerinus Martyr de intrepido & constanti,
quem in martyrio exhibuit, animo laudatur,
d. 4. de S. Petro in vinc. n. 3.
Centurio ob fidem suam à Christo laudatur, d. 13.
de S. M. Magd. n. 10.
Cervæ quomodo facilis parturiant, d. 1. de san-
cto Jacobo, n. 7.
Charitas est Regina aliarum virtutum, d. 5. de
S. Jacobo apostolo, num. 3. & d. 6. de S. Lau-
rent. n. 3.
Est virtus, sine qua nulla aliarum virtutum acce-
pta esse potest, d. 13. de S. M. Magd. n. 1.
Mors est peccatorum, & vita virtutum, ib. nu. 2.
Est catena quæ Deo adstringimur, d. 4. de S. Pe-
tro in vinc. n. 1.
Choræ sive tripudia. vide infra v. Epulæ.
Christiani Edessæ urbis quàm fuerint ad marty-
rium prompti, d. 1. de Laurentio Martyre,
num. 3.
CHRISTUS. Christus sibi aliquid de S. Anna me-
diante Mariâ V. filia ejus sibi assum; sit, cum
de substantia corporis ejus fuerit efformatus.
d. 2. de S. Anna avia Christi. n. 5.

INDEX MORALIUM.

- In ejus genealogia secundum carnem 14. computantur Reges, 14. Patriarchæ, & 14. Principes, nique omnes celebres valdè & famosi, d. 1. de S. Anna avia Christi, n. 2.
- Cur adulteram liberans in terræ pulverem scripserit? d. 1. de S. Maria ad Nives, n. 2.
- Multos servorum suorum laudavit, d. 3. de sancta Maria Magdalena, n. 1.
- Solo obtutu suo Matthæum convertit, d. 1. de S. Matthæo apost. n. 4.
- Eodem modo S. Petrum reduxit ad poenitentiam, ibid.
- Oculi ejus portæ sunt misericordiæ, & fenestræ salutis, ib. n. 3.
- Mirabilia quæ facta fuerunt in conversione Apostolorum, d. 7. de S. Matth. apost. n. 13.
- Samaritanam convertit, & quomodo? Quando sibi in horto calicem Passionis præferari vidit, extimuit; postquam verò orâset, abindè surrexit intrepidus, d. 1. de S. Bartholomæo apost. n. 5.
- Ejus flagellatio in excoriatione victimæ in antiqua lege fieri solita præfigurata fuit, d. 3. de S. Barth. Apost. n. 1. in med.
- Cur in ejus passione sol obscuratus fuerit? d. 2. de S. Matth. apost. n. 11.
- Cur habitum seu speciem peregrini post resurrectionem suam, & non antea præ se tulerit? d. 2. de S. Rocho, n. 9.
- In monte Thabor facies ejus sicut sol resplenduit, & vestimenta ejus sicut nix candida fuere.
- Et noster apud Patrem cœlestem secundus advocatus.
- Claves olim pia consuetudo fuit, quod pro devotione sua clavis aurea ad collum suspensa portaretur, cum inserta eidem aliqua particula limaturæ catenarum S. Petri, d. 1. de S. Petro in vinculis, n. 2.
- Compassio, quam S. Anna erga pauperes habuit, adventum Filii Dei in terram acceleravit, d. 4. de S. Anna, n. 4.
- Concupiscentia & cupiditas duæ sunt catenæ, quarum prima carnem, altera mentem constringit, d. 4. de S. Petro in vinc. n. 2.
- Confidentia in divinam pietatem semper sociata esse debet cum timore divinæ justitiæ, d. 8. de S. M. Magdalena, n. 4.
- Connectio miraculosa catenarum S. Petri ab Herode Hierosolymis carceri mancipati, unâ cum illis, quæ Romæ illum à Nerone incarce-
- ratum stinxerunt, ejusque significatum, d. 2. de S. Petro in vinc. n. 1.
- Constantiensis civitas à contagione liberata fuit protinus ut quandam S. Rochi imaginem circumferre fecit, d. 2. de S. Rocho, n. 6.
- Conversatio sceminarum omnino fugienda est, d. 5. de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 3.
- Conversio peccatorum, angelorum qui in cœlis sunt, lætitia est, d. 4. de S. M. Magd, n. 5.
- Gratissimus Deo cibus est, d. 5. de S. M. Magd, n. 2. circa fin.
- Cur S. Paulus Felicem convertere non potuerit, cum tamen Sergium Paulum converterit, d. 3. de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 4.
- Convivium; de diversis conviviis, eorumque significatis, d. 11. de S. Matth. apost. n. 8.
- Qualia esse debeant hodie convivia, d. 4. de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 1. & 2.
- Corona Mariæ Virginis 12. stellarum, ejusque explicatio, d. 6. de Assumpt. B. V. n. 4.
- Corrigere, v. Reprehendere.
- Crudelitas cum luxuria concertare solet, d. 2. de S. Bartholomæo apost. n. 2.
- Crux, pars Crucis Christi relicta est Hierosolymis, pars altera ab Helena Constantini matre Romam delata est, d. 1. de S. Petro in vinculis, n. 3.
- In monte Calvariæ tres cruces visuntur, & quid singulæ earum significant, d. 4. de S. Rocho, num. 3.
- Culpa qualiter à Beda describatur, d. 3. de S. Petro in vinc. n. 2.
- Conditio veræ contritionis est, ut instrumenta culpæ convertat in instrumenta poenitentiae, d. 10. de S. M. Magd. n. 10.
- Cunæ Salvatoris nostri conservantur in S. Maria Majore, d. 5. de S. Maria ad Nives, n. 5.
- Cupiditas sicut pestis fugienda est, d. 5. de sancto Rocho, n. 4.
- Cupiditas & concupiscentia sunt duæ catenæ, quarum una mentem, altera carnem constringit, d. 4. de S. Petro in vinc. n. 2.
- Cupiditas causa est crudelissimi belli, quod demon ad verum nos excitat, d. 4. de S. Matth. apost. n. 7. vide v. Avaritia.

D.

Daniel per orationem inter leones intrepidus permansit, d. 1. de S. Bartholomæo apost. n. 5.

S. Mi-

ET RERUM MAGIS NOTABILIIUM.

S. Michaelis Archangelo mediante exauditus fuit
 d. 5. de S. Michaelis archang. n. 8.
 David contemptum sumptus ex devotionis in-
 functu publicè manifestavit, d. 3. de S. Maria
 Magd n. 1. in fine.
 Septies in die orabat, d. 1. de S. Bartholomæo
 Apost. n. 1.
 Decollatio S. Joannis Bapt. Vide v. S. Joannes
 Baptista.
 Devotio non solum in verbis, sed & in operibus
 consistere debet, d. 5. de S. Maria ad Nives,
 num. 8.
 DEUS tanto plus amatur, quanto magis cogno-
 scitur.
 Adamus post peccatum commissum à Deo pelle
 fuit coopertus, & cur? d. 4. de S. Bartholo-
 mæo apost. n. 2.
 Propitio oculo oblationem ab Abel factam, non
 verò eam quam Cain obtulerat, respexit, &
 cur? d. 1. de S. Matth. apost. n. 9.
 Deum nobis totaliter vendicabimus, si humanos
 negligamus & contemnamus respectus, d. 10.
 de S. M. Magd. n. 4.
 Nostram quoque vult cooperationem, d. 11. de
 S. M. Magd. n. 1.
 In vocationibus nostris debilitati nostræ, nec non
 & inclinationi Deus se sæpè accommodat,
 d. 9. de S. Matth. apost. n. 4.
 Mutat corda, non verò talenta, ibid. de eadem.
 n. 4. circa finem.
 Vocanti promptè respondendum est, d. 9. de
 S. Matth. apost. n. 2.
 nobis aliud nihil requirit, nisi quod possumus,
 ib. n. 3.
 affectu potiùs quàm effectu ei satisfacimus, d. 2.
 num. 1.
 Omnem servis suis alleviat, & facilem reddit dif-
 ficultatem.
 Defendit omnem illum, qui ex corde ei deservit.
 animam dilectorum suorum curat & protegit,
 d. 1. de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 2.
 Quicquid ei datur, in nostrum beneficium red-
 undat, d. 10. de S. M. Magd. n. 2. & n. 10.
 Tribulationes nobis immittit, ut regnum ipsius
 nobis comparare valeamus, d. 4. de S. Bar-
 tholomæo apost. n. 2. circa finem.
 Dignitas humana pestis est animæ secundum Au-
 gustinum, d. 5. de S. Rocho, n. 2.
 Divitiæ similes sunt spinis, d. 4. de S. Matthæo
 apost. n. 12.
 Doctores sacri figurantur in duobus Cherubinis

ex ligno olivæ confectis, d. 4. de S. Michaelis
 Archangelo, n. 7.
 Donum miraculorum ab oratione procedit, d. 1.
 de S. Bartholomæo apost. n. 4.

E.

Ecclesia sancta in omnibus sæculis ingentia à
 S. Michaelis Archangelo beneficia acce-
 pit, d. 3. de S. Michaelis Archangelo per to-
 tum.
 S. Petri in vinculis eo in loco fabricata est, ubi
 olim vetus curia, in qua Senatus Romanus
 congregabatur, situata erat, d. 1. de S. Petro
 in vinculis, n. 3.
 Eleemolyna, ejusque fructus in S. Anna, d. 2. de
 S. Anna, n. 9.
 Unicum medium fuit, per quod S. Anna obtinuit
 ut Genitricis Dei Mater fieret, d. 3. de S. An-
 na, n. 2.
 Epulæ & tripudia, eorumque damna & exempla,
 d. 4. de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 2.
 S. Eulalia virgo, ejusque martyrium, d. 8. de fan-
 cto Laurentio Martyre, n. 1.
 Exemplum præcedere debet prædicationem, d. 11.
 de S. Jacobo apost. n. 6.
 Bonum eorum, qui malè hæctenus vixerunt, apud
 sæculares efficacius est illo, quod deditur ab
 iis, qui benè semper vixerunt, d. 9. de S. Mat-
 thæo apost. n. 9.

F.

Feriatu Augustum, seu Ferrate Agosto voca-
 bulum corruptum est, à verbo Feriò deri-
 vatum, ejusque significatum, d. 3. de S. Petro
 in vinculis, post med.
 Quomodo intelligi debeat, ib. circa finem, u. 2.
 Festum S. Petri in vinculis qualiter institutum
 fuerit, d. 2. de S. Petro in vinculis, nu. 1.
 Fides Majorum mirabilis, d. 5. de S. Matthæo
 apost. n. 3.
 Item fides boni Latronis, ib. n. 4.
 Motivum principale conversionis S. M. Magda-
 lenæ, d. 1. de S. M. Magdalena, n. 3.
 Fons frigidus haud procul à Gratianopoli situa-
 tus, qui vapores tales emittit, qui protinùs ac-
 cenduntur.
 Fuga securissimum est ad declinandam pestem
 ejusque mortalitatem remedium, d. 5. de fan-
 cto Rocho, n. 2. & 3.

INDEX MORALIUM

Fulgur filius est tonitruī, d. 5, de S. Jacobo Apost. num. 2.
 Fulmina & tonitrua, eorumque effectus, d. 1, de S. Jacobo Apost. n. 6.

G.

Gula, ejus damna, d. 4, de Decollat. S. Joannis Bapt. n. 1.
 Comes est luxuriæ, ibid.

H.

Henicus Imperator S. Michaeli Archangelo devotus, ac proinde victoriosus semper fuit, d. 3, de S. Michale Archangelo, nu. 3.
 Herodes Tetrarcha S. Jacobum apostolum decapitari fecit, d. 5, de S. Jacobo Apost. nu. 4, & d. 4, n. 2, & seqq.
 Idem incarcerari fecit S. Petrum apostolum, d. 3, de S. Jacobo Apost. n. 2.
 Reprehenditur ex eo quod decollari S. Joannem Baptistam jusserit.
 Cur id fecerit, d. 2, de Decollat. S. Joan. Bapt. num. 1.
 Herodes & Herodiades inter se de nece Joannis conspirarunt, ib.
 Quantum illi libido dominata fuerit, d. 5, de Decollat. S. Joan. Bapt. n. 1.
 Cur in tantum proruperit excessum, d. 7, de Decollat. S. Joannis Bapt. n. 1.
 Vulpes à Christo appellatus fuit, ibid.
 Qualiter à Deo fuerit castigatus, ibid. nu. 4.
 Miserabiliter moritur, ib. in fine.
 Herodis imitatores sunt, qui sensualitati serviendo prodigi, parci vero & tenaces erga pauperes, d. 5, de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 1.
 Herodiades postulavit ab Herode caput S. Joannis Bapt. d. 4, de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 1.
 Cur id fecerit, d. 2, de Decollat. S. Joan. Bapt. num. 1.
 Ejus in procuranda Baptistæ morte sollicitudo, d. 6, de Decoll. S. Joan. Bapt. per totum.
 Cur non jusserit illum in sua præsentia decapitari, d. 6, de Decoll. S. Joan. Bapt. n. 4.
 Fuit Herodis ruina, d. 7, de Decollat. S. Joan. Bapt. n. 4.
 Holocaustum, erat perfectissimum antiquæ legis sacrificium, d. 3, de S. Bartholomæo apostol. n. 1, in medio.

Honor Dei defendendus est acerrimè, d. 5, de S. Michaeli Archang. n. 7, & 8.
 Horæ Canonicæ undè suam trahant originem, d. 1, de S. Bartholomæo Apost. nu. 1.
 Humilitas B. V. Mariæ Filium Dei, ut carnem nostram assumeret, de cælo attraxit, d. 7, de Assumpt. B. V. M. n. 2, circa finem.
 Eadem eundem in sua assumptione de cælo in terram attraxit, ibid.
 In S. Michaeli exaltata est, qui proinde Archangeli titulo honoratus fuit, d. 7, de Assumpt. B. V. Mariæ, nu. 1, circa finem.
 Item in Abrahæ Patriarcha, ibid.
 Item in S. Joanne Bapt. ibid.
 Item in Virgine Maria præ quovis alio, ibid.

I.

Jacobus apostolus artis exercitio piscator fuit.
 Ad sequendum Christum promptissimus fuit, d. 5, de S. Jacobo Apost. n. 2.
 Priusquam omnes alii apostoli prædicandi causâ in universum mundum dispergerentur, S. Jacobus in Hispanias protectus est, d. 1, de S. Jacobo Apost. n. 2.
 Dubium circa ejus abitum in Hispaniam, qualiter à Cardinali Baronio resolvatur, ibid.
 Ad secretissimorum mysteriorum participium admittitur fuit, d. 5, de S. Jacobo apostolo, num. 3.
 Primus quoque fuit, qui pro Christi fide moretetur, d. 1, de S. Jacobo, n. 5.
 Sæpius in cælo visus est apparuisse, ut Christianum nomen adversus inimicos exercitus defenderet, ib. n. 4.
 In regnis Hispaniarum tanquam universalis regnorum illorum Protector, suam ab omnibus venerationem habet, ibid. & d. 2, de eod. num. 2.
 Tonitruī filius dictus, quomodo? d. 1, de eod. num. 5.
 De veneratione sepulchri ipsius, d. 1, de S. Jacobo Apost. n. 4, & d. 2, n. 2.
 Fuit virgo, d. 1, de eod. n. 6.
 Philetum magum & Hermogenem per miracula circa ejus conversionem occurrentia convincere haud est difficile, d. 2, de eod. n. 2.
 Beata Virgo eidem etiamnum vivens, in Saragoza apparuit, d. 1, de eodem, numer. 4.

Respon-

ET RERUM MAGIS NOTABILIIUM.

Responſum Chriſti S. Gertrudi quoad ſepulchri ejus venerationem datum, *ibid.*
 Super omnes alios Apoſtolos privilegiatus fuit, *D. 3. de eodem, n. 1.*
 A Chriſto in montem Thabor deductus fuit, *ibidem.*
 Fuit de progenie Jeſſe, & Chriſti ſecundum carnem nepos, *D. 3. de eod. n. 3.*
 Sepulchrum ejus à S. Boaaventura laudatur, *ibid.*
 Raſiones cur tantopere honoratus fuit, *ibid.*
 Vocum peregrinationis ad ejus ſepulchrum inſtituendæ ſoli reſervatur Summo Pontifici, *ibid.*
 Victoriæ, quas ipſe reportavit, in Apocalypſi memorantur, *ibid.*
 Corpus ejus in Hiſpania conditum, verum eſt orthodoxæ fidei propugnaculum, *ibid.*
 In extremo vitæ percupidus fuit martyrii, *D. 4. de eod. n. 2.*
 Hujus ratio traditur, *ibidem, n. 3.*
 Imitator, imo æmulator fuit charitatis Chriſti, *ibid.*
 Joſiam miniſtrum martyrii ſui convertit, *ibid. num. 2.*
 Ejus ad ſupplicium perducti jubilus, *ibid.*
 S. Ignatius Martyr utpotè martyrii in extremo vitæ ſuæ valdè anxie cupidus laudatur, *D. 4. de S. Jacobo Apoſt. nu. 2. & D. 2. de S. Petro in vinculis, n. 4. & D. 1. de S. Laurentio n. 4. & D. 3. de S. Rocho, n. 2.*
 S. Ignatius Loyola quantas in carcere conſolationes habuerit, *D. 1. de S. Petro in vinculis, num. 4.*
 Imagines ſacræ cur monetis impreſſæ fuerint, *D. 7. de S. Matth. Apoſt. nu. 2.*
 Impii, ut appetitibus ſuis omnino ſatiſfacerent, valdè fuerunt ſoliciti, *D. 6. de Decoll. S. Joannis Bapt. n. 2.*
 Ad mala patranda prompti, ad benè autem operandum tardii fuerunt, *D. 6. n. 1.*
 Excellentius opus eſt juſtificare impium, quàm cælum & terram creare, *D. 5. de S. Matth. num. 1.*
 Incenſum ſymbolū eſt orationis, *D. 4. de S. Michaelis Archang. nu. 4.*
 Sub invocazione S. Michaelis benedicatur, *ibid.*
 Incentiva, quibus mulieres juventutem ſibi attrahunt, *D. 10. de S. Mariæ Magd. n. 10.*
 Infamia aliena celari debet, *D. 2. de ſancta Mariæ Magdalena, n. 1.*

S. Job cur dicatur patiens, *D. 4. de S. Bartholomæo Apoſt. n. 4.*
 S. Joannes Baptiſta, & de ejus jubilo ob Mariæ Virginis præſentiam, *D. 2. de S. Anna, n. 7.*
 Judexa Cambyſe juſſus eſt excoiri, oblatam à ſe injuſtam ſententiam, *D. 2. de S. Bartholomæo Apoſt. n. 4.*

L.

L Achrymæ longè potentiores ſunt precibus & orationibus, *D. 9. de S. M. Magdalena, num. 7.*
 Valdè conferunt ad ſalutem, nec petendo erubescunt, ſed efficaciter obtinent quod petunt, *ib. n. 5.*
 Primum in via ſpiritus locum obtinent, *ib. n. 1.*
 Eodem tempore, quo ipſæ e peccatoris oculis deſcunt, peccatorum quoque veniæ e cælis deſcendit, *ib. n. 3.*
 Ab Athenienſibus Deo ignoto offerbantur, *ibid.*
 Lascivia, vide v. Luxuria.
 Latro bonus valdè eſt in fide ſua mirabilis, *D. 5. de S. Matthæo Apoſt. n. 4.*
 S. Laurentius Martyr etiam ante perpeſſum martyrium Martyr appellari meruit, *D. 1. de ſancto Laurentio, n. 1.*
 Æqualis eſt S. Stephano, *ibid.*
 Cautus fuit, *ib. n. 2.*
 Theſaurarius Eccleſiæ fui, *ibid.*
 Sanctæ ejus exercitia, *ib. n. 2.*
 Ejus cum S. Sixto Papa habita luſta à S. Ambroſio exponitur, *ib. n. 3.*
 Ab eodem Pontifice prædictum eſt illi martyriū, *ib. n. 4.*
 Reſolutum ejus tyranno redditum reſponſum, *ib. n. 4.*
 Martyrii extremè cupidus fuit, *ibid.*
 In craticula poſitus carnes ſuas tyranno manducandas obtulit, *D. 2. num. 1. & D. 1. num. 4. in fine.*
 Et cur id fecerit? *D. 7. de S. Laurent. n. 7.*
 Martyrii ſui encomium, *D. 2. n. 1.*
 De dæmone, mundo & carne triumphavit, *ibid. num. 3.*
 Martyrio ſuo multos idololatrias ad fidem convertit, aliosque in ea fideles ſtabilivit, *ibid. num. 4.*
 In martyrio ſuo gaudio & jubilo repletus fuit, *D. 3. de eod. n. 1. & ſeqq.*

Pluri-

INDEX MORALIUM

Pluribus modis cruciatus fuit, d. 4. de eodem, num. 2.
 David, ad verus Goliath pugnantem comparatur, d. 4. de eod. n. 2.
 Latitudo ipsius, sui erga Deum amoris effectus fuit, ib. n. 2.
 Patientia filius fuit, siquidem patientia appellatur; fuit ejus mater, ib. n. 3.
 Varii ab ipso patienter tolerata tormenta, ibid. num. 3.
 Cur tantoperè ab Ecclesia honorètur, ib. nu. 4.
 Compatis fuit erga pauperes, d. 5. de eod. n. 4.
 Rogandus est ut ab igne infernali nos defendat, ibid.
 Gloria ejusdem, d. 6. per totum.
 Beneficia quæ ab ipso in Ecclesiam resultarint, ibid.
 Ignis cæcini amoris qui in ipso ardebat, prævaluit igni quo forissecus urebatur, d. 7. de eod. per totum.
 Martyrium ejus in figura sacrificii describitur, d. 8. de eod. per totum.
 Laurus, de usu illius apud antiquos, d. 2. de S. Laurent. n. 2.
 In igne positus aliquando boni, aliquando mali augurii loco erat, & qua ratione hoc discerni potuerit, ibid.
 Lilium flos typus est virginitatis, d. 1. de sancta Maria ad Nives, n. 3. circa finem.
 Lingua, Principes linguam qua laudentur, non verò dentes quibus mordeantur, desiderant, d. 3. de Decollat. S. Joan. Bapt. n. 3.
 Lucifer quondam caput fuit curiæ cœlestis, d. 2. de S. Michael. Archang. n. 2.
 A S. Michael. Archangelo depositus est, ibid.
 Lucta Jacob cum Angelo Nativitati B. V. Mariæ accommodatur, d. 4. de Nativ. B. Virg. nu. 2. circa finem.
 Figura est prælii, quod est inter Deum peccatorem, ejusque in commodum ipsius promptum patrociniū, d. 11. de assumpt. B. Virg. num. 2.
 Luna cur Mariæ pedibus subjiciatur? d. 4. de Assumpt. B. V. n. 2. circa finem.
 Luxuria, de ejus effectibus, d. 1. de S. M. Magdalena, n. 3.
 Ejus damna, d. 2. de Decollat. S. Joannis Bapt. num. 1.
 Gula & crudelitas illius sunt individui comites, d. 2. de Decollat. S. Joan. Bapt. per totum, & d. 4. per totum.

Quot mala per gulam causet, d. 4. de Decollat. S. Joan. Bapt. per totum.
 Ubique reperitur, lex omnis penitus proculcatur, d. 2. de S. Maria ad Nives, num. 1. in medio.
 Postquam frænum rupit, licitum ab illicito distinguere nescit, d. 2. de Decollat. S. Joannis Bapt. n. 1.

M.

Maceratio corporis evidentissimum est ad verus sensualitatem remedium.
 Manus Moyſi facta est leprosa, ejusque mysterium, d. 5. de S. Rocho, n. 5.
 Margarita cur Latinè unio dicatur, d. 5. de sancta Anna, n. 5.
 Qualiter generetur, d. 2. de S. Anna, n. 2.
 Quanto candidior, tanto est venustior & pulchrior, d. 2. de S. Anna, n. 4.
 S. Maria Magdalena fuit opulenta, pulchra, variorumque castellorum Domina, d. 5. de sancta M. Magdalena, n. 1.
 Speculum est veræ conversionis, d. 1. de eadem, num. 2.
 Qualiter ad illam permota fuerit, d. 4. de ead. n. 1. in fine.
 Quam fuerit admiranda, d. 1. de eadem, num. 2. & 4.
 Admirabilem egit pœnitentiam, d. 1. de eadem, num. 2.
 Et constantem, d. 1. de eadem, nu. 2. in fine.
 Ejus dotes pulchræ & qualitates, ibid.
 Cur ejus Evangelium à sancta matre Ecclesia in Septimanam usque sanctam differatur, d. 1. de eadem n. 3. circa finem.
 A septem dæmonii possessa fuit, d. 2. de eadem, num. 1.
 A Christo laudata fuit, ibid.
 Eidem propter pœnitentiam quasi in pari gradu cum Maria Virgine & S. Joanne Bapt. complacuit, d. 1. de eadem, n. 5.
 Ipsa est quæ in Evangelio S. Lucæ peccatrix dicitur, ib.
 Admirabilis ejus mutatio, d. 2. de eadem, nu. 1. in fine.
 Ad primam inspirationem convertitur, d. 3. n. 2.
 Equè manifesta fuit ejus emendatio, sicuti publicum scandalum ejus extitit, ib.
 Triginta annos in solitudine transegit, d. 3. n. 4.
 Cur longam adeo pœnitentiam egerit, quæ de pec-

- De peccatorum suorum remissione adeo secura erat *ibid* n.5.
- O**mnem superavit & vicit veterandiam humanumque respectum, *disc.5. de eadem per totum.*
- Q**ua ratione Salvatorem in sua conversione invenire studuerit, *ibid*
- I**n ea frontis parte quam Christus tetigit, viva caro conspicitur etiamnum, & quare? *ibid.*
- C**hristum simul cum Apostolis sequebatur, *ibid.*
- Q**uale vas illud unguenti fuerit, quod secum terebat *D.6. de eadem, n.1.*
- E**xcellentissima fuit fides ejus, *ibid. n.2.*
- Q**uidam planctus ejus in quem ad Christi pedes prorupit, effecit *ibid.*
- M**ortificatio & contemptus sui ipsius, *ibid. & n.8.*
- Q**ualiter Civitatem poenitens oberravit, *D.6 de ead n.4.*
- E**jus statura, *D.7. de eadem, n.1.*
- V**irtutes ejus, *ibid, n.3 & 4 & 5.*
- I**n Calvario monte iuxta Crucem astitit, *D.7. de S. Maria Magd. n.6.*
- P**ost suam conversionem nunquam virum aliquem fixis, & directis in eum oculis aspexit, *ibid n.11.*
- Q**uoties se ad Redemptoris nostri pedes collocavit, & quales illi fuerint? *D.8 de eadem Sancta, n.2.*
- P**rima fuit qua Redemptorem nostrum a mortuis redivivum videre meruit *D.9. de eadem Sancta, n.1. in fine.*
- E**t a Christo ad Apostolos Resurrectionem ejus ut annuntiaret, missa fuit, & cur? *ibid.*
- A**d Christi pedes amarissime flevit, *D.9 de eadem per totum.*
- L**achrymae ejus pro culpis ipsius efficaciter perorarunt, *ibid. n.5.*
- S**peculum sanctitatis fuit, *D.10. de ead, n.3.*
- A**postola fuit Apostolorum, *ibid n.9.*
- Q**uoties Salvatorem unxit. *D.11. n.4.*
- A**mor ejus erga Christum, *D.12. de eadem, per totum.*
- Q**uidam per lachrymas, unguentum, Capillorum dissipationem, pedumque Christi oscula significavit? *D.13. de eadem Sancta, n.1.*
- P**ro sustentatione Christi & Apostolorum, de facultatibus suis libenter subministrabat, *ibid, n.2.*
- Mansi Sanctuarij Tom. III.*
- H**istoria ignis facti a Sacerdotibus Machabaeis absconditi, & in aquam conversi, ac demum in ignis substantiam redeuntis conversioni hujus peccatricis applicatur, *ibid. n.1.*
- U**bi alii desinunt, ipsa portò exorta fuit, *D.13 de eadem n.1.*
- Q**ualitas amoris ejus, quo erga Redemptorem nostrum flagrabat, *ibid*
- I**n navicula ruinosa & per varias rimas hiantem iram maris, ventos, aut scopulos, nec quicquam timuit, *ibid. n.3.*
- S**pelunca Massiliensis, in qua diu commotata fuit, facta est Angelorum ipsi assistentium habitaculum, *ibid. n.4.*
- I**bidem in rigida poenitentia triginta annorum spatio fuit commorata, *ibid. n.6.*
- S.** Maria ad Nives, *vide infra.*
- S.** Maria Major, primum ejus templum Romae valde conspicuum miraculose est per deciduas, sub ardenti leone & canicula nives opera B. Virginis Mariae designatum, eademque in monte Esquilino dedicatum, *D.2. de S. Maria ad Nives n.1.*
- M**ARIA Virgo denominatur aurora, & cur? *D.1 de Nativ. B.V. Mariae, per totum.*
- C**omparatur Soli, *ibid.*
- D**icta fuit Mater Dei priusquam conciperet illum; & cur? *ibid.*
- S**peciale ipsius privilegium, est, quod sit immaculata.
- I**psa in mundo comparente omnes super nos descenderunt benedictiones, *D.2. de Nativ. B.V. Mariae, n.1.*
- O**mnes alios Sanctos superavit, *ibid, n.5.*
- D**icitur Stella maris, *D.13 de Nativit. B.V. Mariae, n.1.*
- A**b Isaia sub nomine lucis praedicta fuit, *ibid.*
- E**st refugium peccatorum, *disc.5. de Nativ. B.V. Mariae, n.2.*
- O**mniū bonorum est dispensatrix, *D.4 de Nativ. B.V. Mariae, n.2.*
- A** Davide tanquam caeli Emphyrei Regina describitur, *ibid n.2.*
- E**st scala viva, *ibid.*
- A**b Elia sub nomine Nubeculae praedicitur, *ibid. n.4.*
- E**jus in hunc mundum Nativitas homines pariter & Angelos in admirationem rapuit, *disc.5. de Nativit. B.V. Mariae per totum.*
- C**reatorem suum concepit, *ibid. n.4.*

INDEX MATERIARUM,

- Quomodo ipsam stellam & virgam esse intel-
ligatur, ib. n. 5.
- Cœlestis potius creatura est quam terrestis ,
ibid. n. 5.
- Gratia in ea prius principium habuit, & postea
natura, ib. n. 6.
- Divinæ gratiæ Domina est, D. 6. de Nativ. B. V.
Mariæ, n. 1.
- A mari denominatur, ibid.
- Tertius noster apud Patrem & Filium est ad-
vocatus, D. 6. de Nativ. B. V. Mariæ, n. 5.
- Cur in mense Septembris nata fuerit , D. 7. de
Nat. B. V. Mariæ n. 1 circa med.
- Per ejus Nativitatem omnia vaticinia & my-
steria antiqui & novi Testamenti adimpleta
fuerunt, ibid. n. 2.
- Nobilior est Angelis , D. 8. de Nativ. B. M. V.
n. 2.
- Prius fuit sancta, quam nata, ib. n. 3.
- Festum natalium suorum , causa est omnium
totius anni festivitatum, D. 9. de Nat. B. V.
M. n. 1.
- Unde suam habeat originem, Ib. n. 4.
- Ejus Nativitas cœlum patiter & terram lætifi-
cavit, ib. n. 2.
- Adhuc infantula tanquam mater Dei vene-
rationem suam habuit, D. 10. de Nat. B. V.
M. n. 1.
- Imo priusquam nasceretur ib. n. 3.
- Cur in sacra Scriptura nulla fiat Nativitatis suæ
& virtutum mentio, D. 11. de Nat. B. V. M.
per totum.
- Mater est gratiæ, D. 1. de B. V. maria ad Nives ,
n. 3.
- Ejus in utero S. Annæ existentis prærogativa ,
D. 1. de S. Anna, n. 4.
- A peccato originali præservata fuit, ibidem ,
n. 5.
- Major est Angelis, Ibid. & D. 2. de S. Anna ,
num. 1. & disc. 3. de S. Maria ad Nives nume-
ro 3.
- Meritum ipsius superat merita omnium spi-
rituum Angelicorum, disc. 2. de S. Anna ,
n. 8.
- Tabernaculum est Altissimi, D. 2. de S. Anna ,
num. 10.
- Sacramentum est Spiritus sancti, Ib. n. 11. & D. 3. de
maria ad Nives, n. 4.
- Cur de matre sterili nata fuerit? D. 2. de S. An-
na n. 2.
- Dicere de ipsa, quod mater sit Dei , omnem
prorsus laudem superat, disc. 4. de S. Annæ
n. 1.
- Gratias in suam genitricem influebat , Ibi-
dem
- Mater est omnium viventium, D. 5. de S. Anna,
n. 1.
- Fructus divinus, ib.
- Protectio ipsius ad servandam continentiam
medium est efficax, D. 3. de Nat. B. Mariæ
Virginis, numero 2. & disc. 1. de S. maria ad
Nives, n. 3.
- Adeò replenduit, ut nemo eam fixis potuerit
oculis intueri, D. 1. de S. maria ad Nives, n. 3.
& D. 3. de eadem, n. 3.
- Videntibus illam puritatis imprimebat affe-
ctus, disc. 3. de sancta Maria ad Nives, nume-
ro 3.
- Ipsa mediante recipitur castitas, D. 2. de S. Ma-
ria ad Nives, n. 1.
- Effectus Patrocinii ipsius, Ib. & n. 2.
- Exemplum castitatis ib. n. 3.
- A Joanne Nobili Romano hæres instituta
fuit, disc. 2. de sancta Maria ad Nives , nu-
mero 1.
- Hæreditatem sibi testamento legatam acce-
pavit, ib.
- Liberio Papæ apprensus mandat, ut ex prædi-
cta hæreditate Ecclesia fabricetur, tempore
ardentis leonis & caniculæ per Nives in
monte Esquilino designanda, ib.
- Ejus Virginitas à S. Thoma explicata , D. . de
sancta maria ad Nives, n. 4.
- Est sine exemplo. D. 3. de sancta maria ad ni-
ves, n. 4.
- Ejus puritas superior est puritate Angelorum ,
ib. n. 4.
- Ejus omni tempore quæsitæ & adamatæ soli-
tudo, D. 4. de sancta maria ad Nives, nume-
ro 3.
- Assimilatur nivi & quomodo? D. 5. de S. Maria
ad Nives, n. 3 & sequentibus.
- Ad ipsam oratio practicata & docta per S.
Philippum Neriium, D. 5. de sancta Maria ad
Nives, n. 3.
- Cur post Filii sui in cœlos Ascensionem mul-
tis annis in terra relicta fuerit disc. 1. de As-
sumptione B. V. mariæ, n. 2 & disc. 3. de ead.
n. 3.
- Desiderata fuit in cœlo Empyreo, & cur? disc.
1. de Assumpt. B. V. mariæ, n. 1. & 3.
- Ipsa solam suam Assumptione plura cœlo me-
rita

- rita inculit, quam habuerint omnes Angeli, alique Sancti simul sumpti, D. 2. de Assumpt B. M. V. n. 2. in medio
- Sol est cœli Empyreï, ib. n. 2. in fine
- Ejus Assumptio quadantenus major dici potest fuisse Ascensione Filii ejus, D. 3. de Assumpt. B. V. M. n. 2.
- Symbolizatur in scala Jacob, D. 3. de Assumpt B. V. M. n. 2.
- Et ascendenti in cœlos filius obviam processit, ib.
- Thesauraria est gratiæ Dei D. 4. de Assumpt. B. V. M. n. 2.
- Totius divinæ gloriæ compendium est, D. 5. de Assumpt. B. V. M. n. 1.
- Opinio quorundam Sanctorum circa ipsius exaltationem, eam nimirum tantam esse, ut vicina sit filio, ib. n. 2.
- Aliæ opiniones circa ejus gloriam, ib. n. 3.
- Ab ejus humilitate facile colligi potest ejus exaltatio. D. 7. per totum
- Humillima fuit, ib.
- Idque tunc, quando vel maximè exaltata fuit, ib.
- Assumpta in cœlo in nostrum adiutorium vel maximè assistit, D. 9. per totum.
- Rationes, ob quas corpus ejus incorruptibile esse debuit, D. 12. per totum.
- Mortua est ex nimia amotis violentia, Deo namque uniri percupida, animâ pariter & corpore tenus in cœlum evolavit, D. 13. per totum.
- Mors ejus morti Phœnicis comparatur, ib. n. 2.
- Martyres, martyres in Japonia Anno 1622. eorumque dum fugere possent constantia, D. 3. de s. Rocho n. 2. in medio.
- Martyres cum eorundem vulnere cicatrici- bus resurgent, quæ pro Christo fuerunt perpassi, disc. 5. de sancto Bartholomæo, n. 5.
- Quorundam sanctorum martyria inter se similia fuerunt, D. 2. de sancto Bartholomæo, n. 3. in fine.
- Martyrium S. Bartholomæi in sui atrocitate nullum aliud sibi simile habuit, ib.
- Martyrium triumphus est Martyrum, D. 2. de s. Laurentio, per totum.
- Sanctus Matthæus Apostolus ad unicum Christi obtutum subito convertitur, D. 1. de s. Matthæo Apost. per totum.
- Modus conversionis ejus consideratur, ib. numero 4
- Lautum Christo præparat convivium, ib. numero 8
- Quam improvisa ejus vocatio fuerit? D. 1. de s. Matthæo Apost. n. 7.
- Vocabatur enim, quando vel maximè peccato erat immerfus, ib.
- Præpuè de avaritia notatur ib.
- Omnia deserens, factus est voluntarius pauper, D. 3. de eodem, n. 6.
- Ethymologia nominis ejus, ib. n. 11.
- Ejus conversio multis modis miraculosa fuisse, ostenditur, D. 4. n. 1 & seqq.
- Conversus est enim negotiorum suorum fortuna vel maximè efflorescente, D. 7. de eodem, per totum.
- Ejus in sequendo Christum promptitudo, ib.
- Contemptus sui ipsius, D. 6. de eodem, n. 3. & 4.
- In humilitate & modestia incomparabilis fuit, ib.
- Omnes divitias reliquit, ut totus Deo cederet ad usum, D. 7. de s. Matthæo per totum.
- Ipsius exemplo nobis de Dei misericordia minime est desperandum, ib. n. 12.
- Vocatio ipsius omnipotentiam altissimi ex multis capitibus mirè relucere facit, D. 8. de sancto Matthæo Apostolo, numero 1. & seqq.
- In Ethiopiam se transfulit, ubi multas Deo animas comparavit, ib. n. 6.
- Curâ Christo ad Apostolatam electus fuerit, ib.
- Ejus ad unicam Christi invitationem prompta obedientia pauca invenit exempla D. 9. de s. Matthæo, n. 1
- Certa in hoc sancto Apostolo signa, ex quibus vera quædam dignosci potest conversio, ib. n. 9.
- Tametsi suam vocationem enarraverit, ea tamen, quæ in laudem ipsius cedebant, cautè subtrahit, D. 10. de s. Matthæo, n. 1.
- Christum in opprobriis & vitæ Apostolicæ paupertate & passionibus expedite secutus est, ib. n. 3.
- Idque promptius quam Eliseus olim Eliæ paruit, dum hic illi Prophetiæ donum communicavit, ib. n. 4.
- Multo majores ipse divitias reliquit, quam cuncti alii Apostoli, ib. n. 5. & 6.

INDEX MATERIARUM.

- Conversio** ejus longè considerabilior est conversione Zacchæi, & cur? Ib. n. 6.
Quomodo convivium à S. Apostolo Christo exhibitum spiritualiter intelligatur, D. 11. de s. Matthæo, n. 1 & seqq.
Memoria mortis optimum est adversus peccata præservativum, D. 5 de s. Petro in Vinculis n. 11.
Mensura perfectionis è charitatis gradu desumitur, D. 13. de s. Maria magdal. n. 1.
S. Michael militiæ Angelicæ Archistrategus agnoscitur, D. 1. de s. Michaelæ Archang. numero 1.
Nos ad decertandum confortat, atque ne dæmonem timeamus, efficit, ib.
Dæmonem prosternit & vincit, D. 5 de s. Michaelæ Archang. n. 2.
Prælium ejus cum dæmone in Apocalypsi descriptum quo sensu juxta interpretes intelligatur, ib.
Continuè pro nobis præliatur, ibid.
In prælio adversus Alachim Tyrannum Tridentinum habito visibiliter apparuit, unde & prædictus Tyrannus in eodem moritur, D. 1. de s. Michaelæ Archang. n. 6.
Ecclesia animas nostras eadem in judicio particulari & universali commendat, ib. n. 7.
In puncto mortis ipse nos defendit, ib. n. 8.
Officium ejus in judicio finali, ib.
Magni titulus eidem attribuitur, D. 2. de s. Michaelæ Archang. n. 11.
Cur Archangelus nominetur, ib. n. 12.
Olim Synagogæ, modo Ecclesiæ defensor extitit, ib. n. 9.
In Apocalypsi spiritus ex ore Dei egrediens describitur, ib. n. 8.
Aere ipsius cum Luciferò habitum prælium, D. 1. de s. Michaelæ Archang. num. 1, & seqq.
Moyſis corpus abscondit, & cur? D. 2. de s. Michaelæ Archang. n. 15.
Adversus Anti Christum dimicabit ibid.
In danda lege populo Dei vivum instrumentum fuit, ib. n. 16.
Honores à nobis ipsi exhibiti tripliciter remunerantur, disc. 3. de eodem num. 1 & seqq.
Populo fideli invigilat, ibid.
Varia facinora in beneficium Israelitici populi ab ipso præstita, ib. n. 2.
Ad Christi sepulchrum aperiendum de cælo descendit, ib. n. 4.
Tempore S. Gregorii Papæ in signum cessaturæ pestilentiæ, in vertice Castellæ S. Angeli visibiliter apparuit, ib. n. 5.
Ad ipsum ab Ecclesiâ orationes diriguntur, ib. n. 6. & D. 4. de eodem n. 4.
Cur cum Cruce depingatur, D. 1. de eodem, n. 10.
Deputatus est ad animas nostras recipiendas, D. 3. de S. Michaelæ Archang. n. 8.
Fidelibus ut pro animabus in purgatorio contentibus Deum orent, continuo inspirat, ibid.
Omnia nostra sacrificia ss. Trinitati præsentat, D. 4. de S. Michaelæ Archang. n. 2.
Ejus erga nos amor, ibid.
Prædicatores, Pastores, Superiores Ecclesiasticos & Doctores zelo & amore divino accendit, & cur? Ib. n. 7.
Ejus humilitas, ibid. n. 8. & 9.
In monte Gorgano apparuit, ibid. n. 9.
Templum quoddam in Gargani montis speculæ fabricari jubet, ib.
Specialis ipsius in removendis scandalis curæ & sollicitudo, D. 5. de s. Michaelæ Archang. n. 1.
Salutem nostram procurat, ibid. n. 2.
Qua ratione sibi dignitatem principatus militiæ cælestis comparaverit, ib. n. 5.
Aliud quoddam ab ipso adversus diabolum circa corpus Moyſis habitum prælium, ib. n. 5.
Miseria humana objectum est misericordiæ DEI, D. 1. de S. Matthæo Apost. n. 1. & seqq.
Monita ad se liberandum à servitute peccati, D. 5. de s. Petro in Vinculis, numero 1, & sequent.
Amara est illi, qui mundi vanitatibus fruitur, ei verò qui pro Deo laborat, felix & dulcis, D. 4. de S. Petro in Vinculis, n. 2. in fine.
Ex amotis vehementia mors alieni accidere potest, D. 13. de Assumptione B. V. M. n. 2. & 3.
Moyſes se filium Pharaonis esse negavit, & cur? D. 1. de S. Rocho, n. 6.
Quare nullam naturæ Angelicæ mentionem fecerit, D. 5. de S. Michaelæ Archangelo, n. 5.
Cur corpus ipsius à S. Michaelæ Archangelo absconditum fuerit, ibid.

Mulier ex natura sua superbire solet. disc. 5. de decoll. S. Joan. Baptista. n. 2.

Mala quavis fera etiam savissima deterior est, D. 2. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 1. in med.

Ab alio amata, quam dure amanti imperare solet, D. 6. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 3. in & 4.

Facile est illi in malum prolabi, inde verò resurgere difficile & arduum, D. 1. de S. M. Magd. n. 2.

In quatuor præcipuè rebus vel maximè peccant, & quænam sint illæ, D. 1. de S. M. Magd. n. 3.

Malarum mulierum consortium & conversatio fugienda est, D. 5. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 2.

Mundus quanto alicui gratior tantò periculiosior, D. 3. de S. Rocho, n. 2.

N

Nativitas B. V. Mariæ, vide v. Maria Virgo Nix, ejus qualitates, D. 4. de S. maria ad nives, n. 1. & seqq.

Symbolum est puritatis virginalis Mariæ, D. 3. de S. Maria ad nives, n. 1. & teqq.

Per illam in Sacra Scriptura castitas sapè intelligitur, D. 4. de S. M. ad nives, n. 2.

In alto mari cœlum non attingit, D. 3. de S. Maria ad nives, n. 4.

Ejus qualitates mariæ Virgini applicantur, D. 1. de S. maria ad nives, n. 3.

In montem Esquilinum Romanum dilapsa per facinus Banaizæ intelligitur, D. 2. de S. maria ad nives, n. 1.

Nives S. Francisco armorum loco servierunt adversus fornicationis stimulum, D. 5. de S. maria ad nives, n. 2. & D. 4. de ead. n. 5.

Nobilitas; ejus principia, D. 8. de S. maria ad nives, n. 2.

Vera qualis sit, ib. n. 3.

O

Occasio peccandi; occasiones fugiendæ sunt, D. 2. de S. maria ad nives, n. 3.

Illas fugientium exempla, ibid. n. 4.

Oculi Christi misericordiæ portæ sunt & fenestras salutis, D. 1. de S. Matth. Apost. n. 3.

Oculus Dei gratiarum & benedictionum est thesaurarius, D. 2. de S. Matth. Apost. n. 5.

Operatio meritoria vitæ æternæ sine Dei gratia, non datur, D. 2. de S. Matth. Apost. numero 4.

Oratio est elevatio mentis in Deum, D. 1. de S. Barth. Apost. n. 5.

Ejus utilitas, ibid. n. 4.

Humanam infirmitatem sublevar, ib. n. 5.

Tres pueros è fornace liberavit, vide v. Daniel.

P.

Passiones; passionibus & appetibus internis quomodo dominandum sit, D. 5. de S. maria ad nives, n. 5.

Pati servis Dei idem est, quod quiescere, D. 4. de S. Petro in Vinculis, n. 1. post med.

Patientia in adversitatibus majoris æstimanda est; quam virtus patranda miracula, D. 4. de S. Rocho, n. 3. post med.

S. Paulus qua ratione conversus fuerit, D. 1. de S. Matthæo Apost. n. 1.

Mox ut vocatus fuit per conversionem suam vocanti Deo respondit, D. 5. de S. Petro in vinculis, n. 8.

Videns se una cum Barnaba divinis honoribus affici, vestes suas præ dolore dilacera vit, D. 5. de S. Michaeli Archang. n. 5.

Cur Patrem Publii sanitate donavit non vero Timotheum ministrum Ecclesiæ per prædicationem adeo proficuum, D. 4. de S. Rocho n. 3. post med.

Paupertas voluntaria pretium est, quo regnum cœlorum comparatur, disc. 1. de S. Rocho, n. 4.

Peccatum; in sacra Scriptura peccata, vinculum nomine intelliguntur, D. 3. de S. Petro in vinculis, n. 2.

Septem mortalia peccata per carcerem s. Petri intelliguntur, D. 5. de S. Petro in vinc. n. 2.

Peccata publica publicè reprehendenda sunt, D. 3. de decoll. S. Joan. Bapt.

Peccatum immentum in se pondus continet, D. 7. de S. M. Magdalenæ, n. 9.

Ejus exemplum, ibid.

Peccator pericula, in quibus constitutus est, sicut & bonum quod amisit, minimè cognoscit, D. 5. de S. Petro in vinculis, n. 7.

Quidnam dum se ad Deum convertit, præter morum mutationem facere debeat, D. 1. de S. Matthæo Apost. n. 1.

Quanam re opus habeat, ut ad penitentiam resurgere possit, D. 4. de S. M. Magd. n. 1. in fine.

Mortis memor esse debet, ne cadat, D. 5. de S. Petro in vinculis, n. 11.

Peccatorum tria sunt genera, secundum Davidem, & quænam illa, D. 4. de S. Matth. Apost. n. 3.

INDEX MATERIARUM.

- P**ellis culpæ Symbolum & figura est, D. 4. de S. Barth. Apost. n. 1.
- Peregrinus** quale esse debeat iter illius juxta S. Leonem Papam, D. 2. de S. Rocho, n. 7.
- Ærumnæ** eorum, qui veri peregrini sunt, eorum denotant aduersitates, qui ad cælum peregrinantur, D. 2. de S. Rocho, n. 8.
- Perfectio Christiana** quomodo mensuretur, D. 13. de S. M. Magd. n. 1.
- Non in verbis sed in operibus consistit**, D. 8. de S. Matthæo Apost. n. 7.
- Perseuerantia** in bene operando; & laudes ipsius, D. 5. de S. Anna, n. 4.
- S. Petrus** quomodo reductus fuerit ad pœnitentiam, n. 1. de S. Petro Apost. n. 4.
- Timesa**, Christo de ejus erga se amore interrogatus fuit, & cur? D. 2. de S. Petro in Vinculis, n. 4.
- Ipsium** ab eodem Christo delegatum esse unum est à maximis beneficiis generi humano à Christo præstitis, D. 3. de S. Petro in Vinculis, n. 1.
- S. Petrus** à Christo laudatur, & cur? D. 13. de S. M. Magd. n. 1.
- Romam** & consequenter totum mundum ab Idololatria liberatum legi Christi alligavit, D. 1. de S. Petro in Vinc. per totum.
- S. Petrus** in vinculis sive ab Herode incarceratus animæ in peccato constitutæ figura est, D. 5. de S. Petro in Vinc. per totum.
- Ejus liberatio** peccatoris ad pœnitentiam reducti symbolum est, ibid. n. 2.
- Quid** per illum, dum catenis constrictus dormiebat sensu literali relicto intelligatur, D. 4. de S. Petro in Vinculis, n. 1.
- Ejus significatum**, D. 5. de eod. n. 4.
- Corpore ligatus Spiritu liber erat**, D. 4. de S. Petro in Vinculis, n. 3.
- Cupidus** erat patiendi pro Christo, D. 2. de eodem, n. 4.
- Cur liberatus** è vinculis fuerit? ibid. n. 5.
- Catenæ** quibus constrictus jacebat. claves factæ sunt cœlestis Paradisi, D. 1. de S. Petro in Vinculis, n. 1.
- In tribus præcellentibus mundi civitatibus** per magni æstimatæ fuerunt, ib. n. 2.
- Miraculum** illis mediantibus patratum, D. 2. de S. Petro in Vinculis, n. 3. & disc. 1. de eod. n. 2.
- Romæ & Constantinopoli** donatæ fuerunt, D. 1. de S. Petro in Vinculis, n. 3.
- Solliguitudo**, qua Imperatrix angebatur, ut catenis illis honorandis specialia fabricarentur templa, ib.
- Ecclesia S. Petri** in vinculis ad earum honorem fabricata est ib.
- Cur institutum** fuerit, ut festum vinculorum celebraretur prima Augusti, D. 2. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
- S. Philippus Neri**. Qualiter monialium quandam quæ se damnatam existimabat, consolatus fuerit, D. 9. de s. Matthæo Apost. n. 11.
- Piscatio** animarum non à labore adhibito, sed ab efficacia divinæ gratiæ dependet, D. 2. de s. Jacobo Apost. n. 1.
- Pœnitentia**, pœnitens; pœnitens ss. Eucharistiæ Sacramentum frequentare debet, D. 5. de s. Petro in Vinculis, n. 14.
- Quid faciendum** volenti veram agere pœnitentiam, D. 3. de s. Maria Magd. n. 3.
- Ad hoc** ut pœnitentia vera sit è medio tollenda est peccati occasio, ib. n. 2.
- Quam grata** sit Deo, dum lachrymis associatur, D. 11. de s. Maria Magd. n. 1. in fine.
- Pœnitentia carnalium** instabilis, D. 1. de s. Maria Magd. n. 2.
- Non sufficit** pœnitere, sed annexa debet esse satisfactio, D. 3. de s. M. Magd. n. 3.
- Quid faciendum** ei, qui debet satisfacere voluerit, ib.
- Porta**, porta tabernaculi cur versus orientem fuerit collocata, D. 2. de s. Rocho, n. 3.
- Potentes**; potentes nunquam volunt errasse, D. 7. de decoll. S. Joannis Bapt. n. 3.
- Quia** eorundem semper excusantur errores, sæpè hinc magnæ ruinæ aperitur via, ib.
- Præliati** prælium quomodo præliandum sit cum Dæmone, D. 6. de S. Barth. n. 1.
- Prælia** vitæ hujus triplicis sunt generis, ib.
- Promissio**; promissio quam Herodes Herodiadi & Afluerus fecit Estheri, valdè inter se differunt, D. 5. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 2.

R

- R**adii solares; eorundem virtutes, D. 2. de S. Matthæo, n. 1.
- Rectitudo** intentionis est anima omnium operum bonorum, D. 7. de s. Maria Magdalenæ, n. 3.
- Regnum Dei** & tota Evangelii doctrina, est bona conscientia, disc. 1. de sancto Rocho, n. 2.
- Reprehendere**; reprehensio fieri debet, cum mo-

modestia & charitate, D. 3. de decoll. S. Joan. Bap.
 Ubi non sunt reprehensiones, facillimè in omne quis habitus præcipitium, ibid
 Correcturo alium quilibet minimus culpæ navus obstat, minus alium utiliter corrigat, ib. n. 2.
 S. Rochus natus est in monte pessulano Dominus territorialis, D. 1. de S. Rocho, n. 1.
 Cum esset annorum 12. vendidit, quidquid potuit, pretiumque inde comparatum pauperibus distribuit, ibid, & disc. 2. de eodem, n. 2.
 In habitu peregrini relicta patria Romam proficiscitur, ib.
 Ejus finis, D. 1. de eodem n. 1.
 Fuit austerissimus, ib. n. 4.
 Pauper fuit voluntarius, ib. n. 5.
 Multos à peste liberavit, ib.
 Vita ipsius continua fuit passionis Christi imitatio, D. 2. de eod. n. 4.
 Semetipsum contemptui habuit, ib.
 In multis Christianissimi locis in magna veneratione habetur, ib. n. 6.
 Multas Italiæ civitates solo crucis signo à contagione liberavit, ib.
 In patriam suam armis inardescentem incognitus revertitur, D. 3. de eod. n. 1.
 A patre suo tanquam proditor & patriæ explorator in carcerem conjicitur, in quo integro quinquennio ignotus permanit, ib.
 Fratibus Josephi in Ægypto carceri mancipatis comparatur, ib.
 Pro Deo dira pati gaudet, quando liberari & tanquam verè innocens, & captivantium Dominus temporalis declarari poruit, ib. n. 2.
 Comparatur S. Alexio, ib.
 Ejus virtutes, ib.
 Colorata quadam cruce signatus nascitur, disc. de eod. n. 2.
 Delicias abhorrens carnem suam macerat, ib.
 Cur factus sit pauper ib. n. 3.
 Dum in densa quadam sylva sagitta vulneratus esset, eidem à cane quodam panis subministratus fuit ib. & disc. 5. n. 4.
 In prædicto carcere peste moritur, ib.
 Quo fine miraculis usus fuerit, ib.
 A Deo obtinuit, ut nos ob ipsius innocentiam à peste liberari valeamus ib.
 Ut procul à dignitatibus remotus viveret,

cuncta sua Domina patre suo renuntiavit, disc. 1. de eod. n. 2.
 Quacunq; gradiebatur pestem fugabat, ib. n. 5.
 In loco ubi mortuus fuit tabula quædam inventa fuit, cui inscripta verba patrociniæ promittebant omnibus illis, qui tempore pestis sævientis ad ipsum recurrerent, ib. n. 8.
 Ros divinæ gratiæ symbolum est, D. 1. de Nat. B. V. M. n. 2.
 S
 Sacerdotium à S. Martino Episcopo supra omnem dignitatem Imperialem honoratum fuit, D. 4. de S. Jacobo Apost. n. 4.
 Salus animæ omnem verecundiam pedibus subternere debet, D. 5. de S. M. magd. n. 1.
 Sanctitas unde mensuretur, D. 2. de S. Michaele Archang. n. 4.
 Sensualitas ubicunq; regnat, nullum est, quod non committatur peccatum, D. 2. de decoll. S. Joan. Bap. n. 1.
 September ejus festa apud Hebræos, D. 7. de Nativ. B. V. M. n. 1. circa fin.
 Servi Dei etiam magnatibus formidari fuerunt, D. 1. de S. Rocho, n. 6.
 Sileni Alcibiadis quales fuerint, D. 2. de S. Rocho n. 5.
 Sol, ejus effectus, D. 3. de Nativ. B. V. n. 2.
 Ejus virtus, D. 2. de ead. n. 4. & 5.
 Cur in morte Redemptoris fuerit obscuratus, ib. n. 11.
 Solitudo medium est efficax pro servanda continentia, D. 1. de S. Maria ad nives, n. 3.
 Maximè in sexu fragiliori, ib.
 Aliæ ejus virtutes, ib. n. 4.
 Somnus S. Petri in carcere Herodis ejusque significatum, D. 4. de S. Petro in vinc. n. 2.
 Stella polaris ejus proprietates, D. 3. de Nativit. B. V. n. 1.
 T
 Templum Salomonis tamen ab eo erectum fuerit, fuit tamen à Davide præparatum, D. 3. de S. Anna, n. 1.
 Typus est & figura Ecclesiæ, D. 4. de S. Bart. Apost. n. 1. in fine.
 S
 Crucis Romanum eo in loco erectum fuit, in quo olim Veneris templum stetit, ejusque mysterium, D. 1. de S. Petro in Vinculis, n. 3.
 S. Petri in vinculis eo in loco fundatum fuit, ubi

ubi olim curia Romana erat, ejusque mysterium, ibid.
 Thraces diem natalitium plangendo, mortis verè diem ridendo agebant, disc. 7. de Nat. B. V. n. 1.
 Tiberis Civitatem Romanam inundans, sepulchrum tamen S. Bartholomæi tangere non audet, disc. 2. de S. Barth. Apost. n. 5.
 Tobias quid per fumum ex concrematis piscis. cujusdam intestinis excitatum, effecerit, D. 1. de S. Barth. Apost. n. 3.
 Tonitru quomodo producat, D. 1. de S. Jacobo Apost. n. 2.
 Pater est fulguris, ibid.
 Ejus effectus, ibid.
 Eiusdem proprietates, ibid. & n. 3.
 Traditor à Solimanno in expugnatione urbis Rhodiensis justè punitus, D. 2. de S. Barthol. Apost. n. 2.
 Tripudia vide v. Chorea, v. epulæ.
 V.
Valerianus in justam vindictam injustæ necis S. Laurentio Martyri illatæ factus est Regis Persarum mancipiæ. disc. 2. de S. Laurentio Mart. n. 4.
 Excoriatus & palo seu stipiti publicè infixus, disc. 4. de S. Laurentio Mart. n. 1. & n. 2. circa finem.
 Verecundia, & erubescencia proprietas est naturæ humanæ, disc. 5. de S. Maria Magd. n. 2. circa finem.
 Specialius tamen mulieribus hæc proprietas competit, ibid.
 De peccatis commissis erubescere manifestum est bonæ conversionis signum. D. 7. de S. Maria Magd. n. 10.

Veritas in aulis principum non agnoscitur, D. 3. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 3.
 Principum aulis nihil aded deest, quam quod nemo in eis sit, qui veritatem edicere auserit, ib. n. 1.
 Veritate nihil est in principum aulis abominabilius, ibid.
 Victima; cur in antiqua lege ordinatum, ut victima ante sui oblationem decorietur, D. 3. de S. Barth. Apost. n. 5.
 Vincula, vide catena S. Petri in vineulis.
 Virtutes ex quibus aliquis servus Dei esse dignoscitur, D. 1. de S. Anna n. 4.
 Sine charitate nulla virtus meritoria est apud Deum, D. 13. de S. Maria Magd. n. 1.
 Vitia quæ hominem omni prioris discursu & ratione destituunt, D. 3. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 4.
 Unguentum quo B. Maria Magdalena pedes Christi inunxit, quale fuerit, D. 11. de S. Maria Magd. n. 1. & 2.
 Quid spiritualiter significet, ibid. n. 3.
 Pretiosum, quod juxta B. Petrum Damianum peccatorem significat, qualiter componatur, ib.
 Unicornis quæ ratione capiatur. D. 4. de Nativ. B. V. n. 4.
 Voluntas propria nisi à nobis moderatione frænctur, ruina est ipsiusmet volentis, D. 6. de decoll. S. Joan. Bapt. n. 3.

Z

Zisca Belli dux ex pelle sua tympanum fieri jussit, & quare? Disc. 6. de S. Barthol. Apost. n. 3.

Finis Indicis Materialium & Rerum Notabilium.

I N D E X

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

hoc Tomo tertio contentorum.

GENESIS.

- Cap. 1. v. 2. *Terra erat inanis & vacua, & tenebra erant super faciem abyssi.* Disc. 4. nu 1. in festo S. Mariæ Magdalenzæ
- v. 3. *Dixit Deus, fiat lux & facta est lux,* ibid.
- v. 4. *Divisit lucem à tenebris,* ib
- v. 10. *Congregationes aquarum vocavit maria,* d. 2. n. 3. in festo Assumpt. B. V.
- cap. 2. v. 20. *Appellavit Adam nominibus suis cuncta animantia,* d. 1. n. 1. in festo S. Jacobi apost.
- cap. 3. v. 7. *Aperti sunt oculi amborum; cumque cognovissent se esse nudos,* d. 4. nu. 5. in festo S. M. Magdalenzæ.
- v. 21. *Fecit quoque Dominus Adæ tunicas pelliceas,* d. 4. n. 2. in festo S. Bartholomæi.
- v. 22. *Ne forè sumat de ligno vite, & vivat in æternum,* d. 12. n. 1. in festo Assumptionis B. Virg.
- cap. 4. v. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus,* d. 3. n. 9. in festo S. Matthæi apostoli.
- v. 5. *Ad Cain autem & ad munera ejus non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus ejus,* ibid.
- cap. 6. v. 5. *Cuncta cogitatio cordis insenta ad malum omni tempore,* d. 5. n. 3. in festo S. Petri ad vincula.
- cap. 7. v. 17. *Elevaverunt in sublime,* d. 1. n. 3. in festo Assumptionis.
- cap. 8. v. 1. *Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi,* d. 2. n. 6. in festo S. Rochi.
- v. 2. *Faciamque te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum erisq; benedictus,* ib.
- v. 3. *Benedicam benedicentibus tibi, in te benedicentur universæ cognationes terra,* ibid.
- v. 4. *Egressus est Abraham, sicut praeceperat ei Dominus,* d. 10. n. 3. in festo S. Matthæi apostoli.
- v. 5. *Tulitque Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui: universamq; substantiam Mansi Sanctuarii Tom. III.*

- quam possederant, & animas quas fecerat in Haran,* ibid.
- cap. 15. v. 1. *Ego ero merces tua magna nimis,* d. 7. n. 1. in festo Assumptionis.
- cap. 21. v. 8. *Grande convivium in die ablactationis,* d. 11. num. 9. in festo S. Matth. apostoli.
- cap. 25. v. 23. *Major serviet minori,* d. 8. n. 3. in festo S. M. Magd.
- cap. 27. v. 28. *Vt det nobis de rore cœli abundantiam,* d. 1. n. 2. in festo Nativ. B. Virg.
- cap. 30. v. 37. *Tollens virgas populeas virides, & amygdalinas. & ex platanis ex parte decoravit eas, detractisque corticibus in his quæ spoliata fuerant candor apparuit,* d. 4. n. 1. in festo S. Bartholomæi.
- v. 38. *Illæ verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius,* ibid.
- v. 39. *Posuitq; eas in canalibus, ubi effundebatur aqua, & cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent,* ibid.
- cap. 32. v. 10. *In baculo meo transivi Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior,* d. 2. n. 4. in festo S. Jacobi apost.
- v. 24. *Lucebatur cum eo usque mane,* d. 2. n. 4. in festo Nativ. B. Virg.
- v. 26. *Dixitque ad eam: Dimitte me, jam enim ascendit aurora,* ibid. & d. 11. n. 2. in festo Assumpt. B. Virg.
- cap. 34. v. 2. *Adamarvit eam, & rapuit, & dormivit cum illa, vi opprimens virginem,* d. 6. n. 1. in Decollatione S. Joar. Bapt.
- cap. 45. v. 28. *Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus vivit, vadam & videbo illum,* d. 13. n. 2. in festo Assumpt. B. V.

EXODI.

- Cap. 3. v. 2. *Solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est,* d. 4. n. 3. in festo S. Annæ. d. 12. n. 4. in festo Assumpt. B. V.

I N D E X

- cap. 4. v. 6. *Mitte manum tuam in sinum tuum: quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis*, d. 5. nu. 5. in festo sancti Rochi.
- cap. 16. v. 13. *Manè quoque nos jacuit per circuitum castrorum*, d. 1. nu. 2. in festo Nativit. B. Virginis.
- v. 14. *Cumque operisset superficiem terra, apparuit minusum in similitudinem pruinae*, ibidem.
- cap. 20. v. 18. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades, montemque fumantem*, d. 7. n. 3. in festo S. Laurentii.
- v. 19. *Et perterriti ac pavore concussi steterunt procul*, ibid.
- cap. 23. v. 20. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quem preparavi*, d. 5. numer. 14. in festo S. Petri ad vincula. d. 2. n. 6. in festo S. Michaelis.
- v. 21. *Observa eum, & audi vocem ejus*, ibid.
- cap. 26 v. 14. *Facies & operimentum aliud festo de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursus aliud operimentum de janthinis pellibus*, d. 4. num. 1. in festo S. Bartholomaei.
- cap. 27. v. 4. *Craticulamque in modum retis ansam*, d. 8. n. 2. in festo S. Laurentii Mart.
- v. 5. *Eritque craticula usque ad altaris medium*, ibid.
- cap. 28. v. 22. *Facies in rationali catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo*, d. 2. n. 1. in festo S. Petro ad vincula.
- cap. 32. v. 2. *Tollite in aures aureas*, d. 7. nu. 1. in festo S. Matthaei apost.
- cap. 37. v. 1. *Fecit autem Betsaleel & arcam de lignis Sethim*, d. 4. n. 2. in festo S. Annae.

L E V I T I C I.

- Cap. 2 v. 7. *Sin autem de craticula fuerit sacrificium: simile oleo conspergetur*, d. 8 n. 2. in festo S. Laurentii.

N U M E R I.

- Cap. 13. v. 24. *Absciderunt palmitem cum uvula sua, quem portaverunt in veste duo viri*, d. 11. n. 3. in festo Nativit. B. Virg.
- v. 28. *Terra hac verè fuit lacte & melle: ut ex his fructibus cognosci potest*, d. 5. n. 3. in festo S. Annae.

- Cap. 24. v. 17. *Orietur stella ex Jacob, & consurgit virga de Israel*, d. 5. n. 5. in festo Nativit. B. M. V.

D E U T E R O N O M I I.

- Cap. 1. v. 46. *Seditis ergo in Cades-barne multo tempore*, d. 4. num. 1. in festo S. Matthaei apostoli.
- Cap. 32. v. 15. *Incrassatus impingentus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutaris suo*, d. 5. num. 1. 2. in festo S. Matthaei apost.

J O S U E.

- Cap. 2. v. 11. *Dominus Deus vester ipse est Deus in caelo sursum, & in terra deorsum*, d. 1. n. 2. in festo S. M. Magdalena.

I. R E G U M.

- Cap. 2. v. 5. *Donec sterilis peperit plurimos*, d. 1. n. 3. in festo S. Annae.
- v. 30. *Quicumque honorificavit me, glorificabo eum*, d. 1. num. 4. in festo S. Petri ad vincula.
- cap. 18. v. 4. *Iuierunt autem David & Ionathas foedus: diligebat enim eum quasi animam suam*, d. 3. n. 2. in festo S. Bartholomaei.
- v. 4. *Expoliavit setunicam, qua erat in auctus, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium & arcum suum, & usque ad valisbecum*, ibid.

I I. R E G U M.

- Cap. 6. v. 11. *Habitavit arca Domini in domo Obededom Gethai tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus*, d. 4. n. 2. in festo S. Annae.

I I I. R E G U M.

- Cap. 1. v. 2. *Dixerunt servi ejus: queramus Domino nostro Regi adolescentulam virginem, & stet coram Rege, & forteat eum, & calefaciat Dominum nostrum*, d. 11. nu. 1. in festo assumptionis.
- cap. 2. v. 19. *Surrexit Rex in occursum ejus, adoravitque eum, & sedit super thronum suum, positusque est thronus matri Regis, qua sedit*

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- ad dexteram ejus. d. 5. n. 1. in festo Assumpt.
B. V. M.
- Cap. 10. v. 20. Non est factum tale opus in uni-
versis regnis. d. 8. n. 5. in festo Assumptionis
B. V. M.
- v. 23. Ut esset tanta abundantia argenti, quan-
ta lapidum. d. 2. num. 1. in festo Assumpt.
B. V. M.
- Cap. 18. v. 38. Cecidit ignis Domini, & voravit
holocaustum, d. 8. num. 1. in festo S. Lau-
rentii.
- v. 39. Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est
Deus. ibid.
- v. 44. Ecce nubecula parva quasi vestigium
hominis ascendebat de mari. d. 10. nu. 3 in
festo Nativit. B. V. M.
- Cap. 19. v. 2. Hec mihi faciant Dii, & hæc ad-
dant, nisi hac hora cras posuero animam
tuam, sicut animam unius ex illis. d. 6.
num. 2. in Decollatione sancti Joannis Ba-
ptistæ.
- v. 19. Misit pallium suum super illum, d. 10. n. 4.
in festo S. Matthei Apost.
- v. 20. Qui statim relinquit bobus cucurrit post E-
liam, & ait: Osculer, oro patrem meum, &
matrem meam, & sic sequar te, ibid. & d. 9.
nu. 2. in eodem festo.
- versu eodem. Vaade & revertere; quod enim
meum erat, feci tibi. d. 9. n. 2. in festo S. Mat-
thæi Apost.
- v. 21. Reversus tulit par boum, & mactavit
illud: & in aratro boum coxit carnes, &
dedit populo: & comederunt; surgensque
abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat
ei. d. 10. nu. 4. in festo sancti Matthei Apo-
stoli.

IV. REGUM.

- Cap. 1. v. 4. Pallio Elia percussit aquas, & non
sunt divisi; & dixit: ubi est Deus Elia et-
iam nunc? percussit aquas, & divisa sunt
huc atque illuc, & transit Eliseus. d. 2. n. 5.
In festo S. Bartholomæi.

PARALIPOMENON.

- Cap. 9. v. 9. Dedit Regi centum viginti talen-
ta auri, & aromata multa nimis, & gemmas
pretiosissimas. d. 2. num. 1. in festo Assum-
ptionis
- v. 12. Dedit Regina cuncta qua voluit, & postu-

lavit, & multo plura. d. 10. n. 4. in festo As-
sumpt. B. V. M.

ESDRÆ.

- Cap. 9. v. 6. Deus meus confundo, & erubescio
levare faciem meam ad te, quoniam iniqui-
tates nostræ multiplicatae sunt super caput
nostrum. d. 7. num. 10. in festo S. M. Mag. Ia-
lenz.

TOBIÆ.

- Cap. 5. v. 13. Quale gaudium mihi erit, qui in
tenebris sedeo, & lumen caeli non video?
d. 3. n. 2. in festo Nativ. B. V. M.
- Cap. 6. v. 9. Fumus ejus extricat omne genus da-
moniorum. d. 1. num. 3 in festo S. Bartholo-
mæi apost.
- Cap. 12. v. 15. Ego sum Raphael Angelus unus
ex septem, qui astamus ante Dominum. d. 10.
n. 1. in festo Assumptionis.

JUDITH.

- Cap. 15. v. 11. Benedixerunt eam omnes unâ vo-
ce dicentes. d. 3. nu. 3. in festo S. Annæ. d. 1.
n. 2. in festo Assumptionis.
- v. 12. Tu gloria Ierusalem, tu latitia Israel, tu
honorificentia populi nostri. ib.

ESTHER.

- Cap. 4. v. 2. Ad fores palatii. d. 7. n. 1. in Decol-
latione S. Joan. Bapt.
- v. 14. Quis novit ortum idcirco ad regnum ve-
neris, ut in tali tempore parareris? d. 9. n. 2.
In festo Assumpt. B. V. Mariæ.
- cap. 7. v. 2. Etiam si dimidiam partem regni mei
petieris, impetrabis, d. 5. n. 2. in Decollatione
S. Joan. Bapt.
- Cap. 8. v. 16. Nova lux oriri visa est, gaudium,
honor, & tripudium. d. 11. n. 2. in festo Nativ.
B. V. M.
- cap. 10. v. 9. Prævus fons, qui crevit in fluvium,
& in lucum solemque conversus est, & in
aquas plurimas redundavit, Esther est, quæ
Rex accepit uxorem, & voluit esse Regi-
nam. d. 3. num. 1. in festo Nativitatis B. V.
Mariæ.
- cap. 15. v. 3. Circumdatus gloria sua. d. 9. nu. 2.
in festo Assumptionis B. Virg.

- v. 4. *Assumpsit duas famulas: & super unam quidem innitebatur quasi pre delictis; altera autem sequebatur Dominam, defluentia humum vestimenta sustentans. ibid.*

J O B.

- Cap. 2. v. 4. *Pelle pro pelle, & cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua. d. 3. num. 1. in festo S. Bartholomæi.*
- v. 5. *Alioquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi, ibid. & d. 4. n. 3. in festo sancti Rochi.*
- cap. 3. v. 9. *Non videat ortum surgentis aurore. d. 2. n. 2. in festo Nativit. B. V.*
- cap. 4. v. 18. *In Angelis suis reperit pravitate. d. 5. n. 1. in festo S. M. Magd.*
- cap. 6. v. 12. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea. d. 3. n. 1. in festo S. Laurentii.*
- v. 16. *Qui timent ruinam irruet super eos nix. d. 4. n. 4. in festo S. Mariæ ad Nives.*
- cap. 9. v. 10. *Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint vultus mundissima manus mea. d. 3. n. 1. de S. Maria ad Nives.*
- cap. 10. v. 4. *Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut scius videt homo & tu videbis? d. 3. nu. 7. de S. Matthæo.*
- cap. 13. v. 23. *Vocabis me, & ego respondebo tibi. d. 11. n. 3. de Assumpt.*
- cap. 17. v. 3. *Pone me juxta te, & cujus vis manus pugnet contra me d. 13. n. 1. de S. Maria Magdalena.*
- cap. 17. v. 14. *Putredini dixi pater meus es, mater mea & soror mea vermibus n. 12. nu. 4. de Assumpt.*
- cap. 19. v. 16. *Rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. d. 4. n. ult. de S. Bartholomæo.*
- cap. 26. v. 13. *Spiritus ejus ornavit caelos & spiritu oris ejus omnis virtus eorum, &c. d. 1. n. 3. de S. Jacobo.*
- cap. 31. v. 23. *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. d. 4. n. 4. de Nativ. B. V. M.*
- v. 24. *Si putavi aurum robur meum. d. 7. n. 10. de S. Matthæo.*
- cap. 37. v. 5. *Tonabit Deus voce sua mirabiliter. d. 1. n. 6. de S. Jacobo.*

EX P S A L M I S.

- Pf. 10. v. 2. *Dum superbit impius, incenditur pauper. d. 5. n. 3. de S. Laurent.*
- Pf. 12. v. 5. *Illumina Domine oculos meos. d. 5. n. 7. de S. Petro in vinculis.*
- Pf. 15. v. 15. *Delectationes in dextera tua usque in finem. d. 4. n. 2. de S. Jacobo.*
- Pf. 16. v. 3. *Ignem me examinasti, & non est inventa in me iniquitas. d. 5. n. 1. de S. Laurent.*
- Pf. 17. v. 9. *Ascendit fumus in ira ejus. d. 4. n. 3. de S. Laurentio. Item d. 7. de eodem, num. 2. Item d. 7. n. 1. de Nativ. B. V. Mariæ.*
- Pf. 18. v. 5. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. d. 2. n. 3. de S. Jacobo.*
- Pf. 19. v. 3. *Memor sit Dominus omnis sacrificii tui, & holocaustum tuum pinguescat. d. 9. num. 3. de S. M. Magdalena.*
- Pf. 22. v. 5. *Parasti in conspectu meo mensam. d. 4. n. 2. de S. Laurentio.*
- Pf. 28. v. 9. *Vox Domini preparantis cervos. d. 1. n. 7. de S. Jacobo.*
- Pf. 29. v. 12. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me latitiam. d. 5. n. 5. de S. Barth.*
- Pf. 33. v. 17. *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. d. 7. n. 8. de S. Maria Magdalena.*
- Pf. 36. v. 9. *Sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram. d. 5. n. 4. de S. Anna.*
- Pf. 37. v. 4. & 6. *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ; putruerunt & corrupta sunt cicatrices mea. d. 5. n. 2. de S. M. Magdalena.*
- Pf. 38. v. 8. *Et nunc quæ est expectatio mea nonne Dominus. d. 2. v. 8. de S. Anna.*
- Pf. 39. v. 3. *Eduxit me de lacu miseria, & de luto fœcis. d. 4. n. 12. de S. Matthæo Apost.*
- Pf. 39. v. 13. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei. d. 8. n. 4. de S. M. Magd. Item d. 10. n. 7. de eadem.*
- Pf. 44. v. 8. *Propterea anxius te Deus Deus tuis oleo latitia. d. 8. n. 2. de S. Laurentio.*
- v. 10. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. d. 2. nu. 5. de Assumpt. B. V. M.*
- v. 11. *Audi filia, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupisces Rex decorem tuum. d. 4. n. 2. de Nativ. B. V. M.*
- Pf. 45. v. 7. *Fluminis impetus latificat civitatem Dei. d. 1. n. 3. de Assumpt. B. V. M.*

- Pl. 47. v. 3. 4. *Fundatur exultatione uniuersa terra mons Sion; Deus in domibus ejus cognoscetur cum suscipiet eam.* d. 9. de Natiuitate B. V. M. n. 2.
- Pl. 48. 19. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* d. 5. de S. Marth. n. 8.
- Pl. 49. 23. *Sacrificium laudis honorificabit me.* d. 2. de S. Petro in vinc. n. 2.
- Pl. 50. 5. *Et peccatum meum contra me est semper.* d. 1. de S. M. Magd. n. 4.
- Pl. 50. 9. *Et super nivem dealabor.* d. 3. de S. Maria ad Nives, n. 1. Item d. 5. de ead. num. 9.
- v. 16. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mea.* d. 4. de S. M. Magdalena.
- Pl. 51. 9. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & preualuit in vanitate sua.* d. 3. de S. Matthæo apolt. n. 4.
- Pl. 54. 18. *Vespere, mane, & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.* d. 1. de S. Bartholomæo, n. 1.
- Pl. 56. 9. *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara, exurgam diluculo.* d. 12. de Assumpt. B. V. M. n. 2.
- Pl. 57. 9. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem.* d. 1. de Natiuitate B. Virginis Mariæ, num. 2.
- Pl. 61. 6. *Veruntamen subiecta esto Deo anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.* d. 1. de S. Rocho, n. 5.
- Pl. 65. 13. *Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi vota mea, qua distinxerunt labia mea.* d. 1. de S. Anna, n. 8.
- Pl. 67. 35. *Ecce dabit voci sue vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel, magnificentia ejus & virtus ejus in nubibus.* d. 7. de sancto Matthæo, n. 13.
- Pl. 69. 2. *Saluum me fac Deus, quoniam intraverunt aqua usque ad animam meam.* d. 3. de Nativ. B. V. M. n. 1.
- v. 3. *Veni in altitudinem maris,* d. 4. de S. Jacobo apolt. n. 3.
- v. 29. *Deleantur de libro viventium, & cum iustus non scribantur.* d. 2. de S. Maria Magdalena, n. 1.
- Pl. 70. 15. 16. *Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini.* d. 7. de S. Matthæo, n. 8.
- Pl. 71. 14. *Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.* d. 3. de S. Matthæo, n. 7.
- Pl. 72. 24. *Cum gloria suscepisti me.* d. 5. de Assumpt. B. V. M. n. 1.
- v. 28. *Mibi autem adharere Deo bonum est.* d. 1. de S. M. Magdalena, n. 2.
- Pl. 73. 16. *Tuus est dies, & tua est nox, &c.* d. 11. de Assumpt. n. 1.
- Pl. 74. 3. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* d. 1. de sancto Michaele Archang. num. 10.
- Pl. 75. 6. *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt viri diuitiarum in manibus suis.* d. 7. de S. Matthæo, n. 7.
- Pl. 76. 11. *Et dixi, nunc cepi, hac mutatio dextera Excelsi.* d. 2. de sancta Maria Magdalena, n. 1.
- v. 19. *Illuxerunt coruscationes tua orbi terra, commota est & contremuit terra.* d. 1. de S. Jacobo, n. 4.
- Pl. 77. 69. *Et edificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra.* d. 4. de Natiuitate B. V. M. n. 4.
- Pl. 78. 4. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.* d. 5. de S. Anna, n. 3.
- Pl. 84. 2. *Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Iacob.* d. 12. de Assumpt. B. V. M. n. 3.
- v. 13. *Etenim Dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum.* d. 5. de S. Anna, n. 4.
- Pl. 86. 1. *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* d. 5. de S. Anna, n. 2.
- Pl. 87. 14. *Et ego ad te Domine clamavi, & manè oratio mea proueniet te.* d. 2. de Natiuitate B. V. M. n. 1.
- Pl. 88. 19. *Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel Regis nostri.* d. 3. de Assumpt. num. 4.
- v. 37. *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo.* d. 1. de Nativ. B. V. M. n. 1.
- Pl. 89. 14. 15. *Exultauimus & delectati fuimus omnibus diebus nostris, latati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.* d. 2. de Natiuitate B. V. Mariæ, num. 1.
- Pl. 94. 8. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra,* d. 3. de S. M. Magd. num. 2.
- Pl. 101. 19. *Scribantur hac in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum.* d. 2. de S. Matthæo apolt. n. 9.
- Pl. 102. 4. *Qui redimit de interitu vitam suam.*

I N D E X

- qui coronat te in misericordia & misericordiam
 nius, &c. d. 6. de Nativitate B. V. M. n. 4.
- Pl. 103. Qui facis Angelos tuos spiritus, & mi-
 nistros tuos ignem urentem. d. 6. de S. Lau-
 rentio, n. 2.
- Pl. 106 10. Sedentes in tenebris & umbra mor-
 tis, vinclos in mendacitate & ferro. d. 5. de
 S. Petro in vinculis, n. 2.
- Pl. 109 3. Tecum principium in die virtutis tuae,
 in splendoribus Sanctorum. d. 10. n. 2.
- v. 7. De torrente in via bibet. d. 4. de S. Jaco-
 bo, num. 3.
- Pl. 112. 5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui
 in altis habitat, &c. d. 3. de S. Mathæo,
 num. 6. 1.
- Pl. 115. 16. O Domine quia ego servus tuus, &
 filius ancilla tua. d. 3. de Al. sumpt. B. V. M.
 num. 4.
- v. 18. Vota mea Domino reddam in conspectu
 omnis populi ejus in atriis domus Domini, in
 medio tui Ierusalem. d. 5. de S. M. Magdal.
 num. 1.
- v. 30 Declaratio sermonum tuorum illuminat,
 & intellectum dat parvulis. d. 4. de S. Ma-
 ria Magdalena, n. 4.
- Pl. 118. 61. Funes peccatorum circumplexi sunt
 me. d. 3. de sancto Petro in vinculis, nu-
 mer. 2.
- v. 164 Septies in die laudem dixi tibi. d. 1. de
 S. Bartholomæo, n. 1.
- v. 165 Pax multa diligentibus legem tuam, &
 non est illis scandalum.
- Pl. 119 4. Sagitte potentis acuta cum carboni-
 bus desolatoris. d. 3. de S. Laurentio, n. 3.
- Pl. 128. 3. Supra dorsum meum fabricaverunt
 peccatores. d. 7. de sancta Maria Magdale-
 na, n. 9.
- Pl. 131. 6. Ecce audivimus eam in Ephrata, in-
 venimus eam in campis sylva. d. 4. de S. An-
 na, n. 2.
- v. 8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca
 sanctificationis tuae. d. 1. de Assumpt. B. V. M.
 num. 3.
- Pl. 138. 1. Domine tu cognovisti sessionem meam.
 d. 3. de S. Jacobo, n. 1.
- v. 11. Et nox illuminatio mea in delictis meis.
 d. 6. de S. Laurentio, n. 4.
- Pl. 144. 14. Allevat Dominus omnes qui cor-
 ruunt, & erigit omnes elisos. d. 7. de S. Ma-
 ria Magdal. n. 1.
- Pl. 147. 16. Qui dat nivem sicut lanam. d. 5. de
 S. M. Magdalena, n. 5.

- Pl. 149. 5. Exultabunt Sancti in gloria, & laca-
 buntur in cubilibus suis. d. 5. de S. Laurentio,
 n. 8. Item d. 7. de eod. n. 7.
- Pl. 150 1. Laudate Dominum in Sanctis ejus,
 laudate eum in firmamento virtutis ejus.
 d. 2. de Assumpt. n. 3.

P R O V E R B I O R U M,

- Cap. 1. 10. 12. Si te laclaverunt peccatores, ne
 acquiescas eis. d. 6. de Decoll. S. Joan Bapt.
 num. 1.
- cap. 3. 22. Funibus peccatorum suorum con-
 stringitur. d. 3. de S. Petro in vinc. n. 2. Item
 d. 5. de eod. n. 5.
- cap. 7. 27. Via inferi domus ejus. d. 4. de S. Ma-
 ria Magdalena, n. 5.
- v. 22. Quasi bos ductus ad victimam, & quasi
 agnus lascivens & ignorans, quod ad vim-
 cula stultus trahatur. d. 6. de Decollatione
 S. Joan. Bapt. n. 3.
- cap. 8. 22. Dominus possedit me in initio via-
 rum suarum, antequam quicquam face-
 ret à principio. d. 12. de Assumpt. B. V. M.
 num. 1.
- v. 3 1. Delitia mea esse cum filiis hominum. d. 3.
 de S. Anna, n. 3.
- cap. 15. 15. Secura mens quasi juce convivium,
 d. 4. de S. Maria Magdalena, nu. 5. Item d. 3.
 de S. Laurentio, nu. 5. Item d. 4. de S. Bar-
 tholomæo, n. 2.
- cap. 16. 32. Melior est patiens viro forti, & qui
 dominatur animo suo, expugnatore urbium,
 d. 3. de S. Rocho, n. 2.
- cap. 19. 11. Doctrina vivi per patientiam nosci-
 tur. d. 5. de S. Laurentio, n. 3.
- cep. 25. 21. Si esurierit inimicus tuus, ciba il-
 lum: prunas enim congregabis super caput e-
 jus & Dominus reddet tibi. d. 3. de S. Lau-
 rentio, n. 3.
- cep. 31. 14. Facta est quasi navis institoris, de
 longe portans panem suum. d. 6. de Nativit.
 B. V. Mariae, n. 2.
- v. 31. Date ei de fructu manuum suarum, &
 laudent eam in portis opera ejus. d. 8. de Al-
 sumpt. B. V. M. n. 5.

E C C L E S I A S T E S.

- Cap. 4. 14. Quod de carcere catenisque egredia-
 tur ad regnum. d. 1. de S. Petro in vinc. r. 4.
 Item d. 4. de S. Rocho, ult.

cap. 7. 2.

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

cap. 7. 2. *Melior est dies mortis die natiuitatis.*
D. 7. de Natiuitate B. V. M. nu. 1.

CANTICA CANTICORUM.

- Cap. 1. 3. *Trahe me post te.* D. 13. de Assumptione, num. 3.
- v. 5. *Nolite me considerare quod suscita sum, quia decolora uis me sol.* D. 2. de S. M. Magdalena, num. 3.
- v. 8. *Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea.* D. 9. de Natiuit. B. Virginis Mariæ, n. 3.
- v. 11. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis.* D. 6. de S. M. Magd. num. 1.
- v. 14. *Botrus cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi.* D. 5. de S. Anna, n. 3.
- v. 15. *Oculi tui columbarum.* D. 9. de Assumpt. B. V. M. n. 1.
- v. 16. *Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypresina.* D. 12. de Assumpt. n. 4.
- Cap. 2. 3. *Sicut malus inter ligna silvarum.* D. 13. de Assumpt. nu. 4.
- v. 8. *Ecce iste uenit saliens in montibus, transfiliens colles.* &c. D. 9. de Assumpt. num. unico, ferè in fine.
- v. 10. *Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni.* D. 12. de Assumpt. n. 2.
- v. 14. *Ostende mihi faciem tuam.* D. 5. de S. Maria Magdal. n. 1.
- v. 16. *Dilectus meus mihi & ego illi.* D. 5. de Assumpt. n. 3.
- Cap. 3. 4. *In ueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* D. 8. de S. Maria Magdalena, n. 3. Item D. 13. de ead. n. 1.
- v. 6. *Qua est ista qua ascendit per desertum sicut uirgula fumi.* &c. D. 3. de Assumpt. n. 3.
- v. 10. *Reclinatorium aureum, ascensum purpureum mediâ charitate conscrauit.* D. 9. de Assumpt. nu. unico, in fine. Item D. 13. de ead. num. 1.
- Cap. 4. 4. *Sicut turris David collum tuum.* D. 7. de Assumpt. n. 1.
- Cap. 4. 5. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli caprea.* D. 9. de Assumptione, num. unico, in medio.
- v. 7. *Tota pulchra es, & macula non est in te.* D. 3. de S. Maria ad Nives, n. 2.
- v. 8. *Veni de Libano sponsa mea, ueni de Libano, ueni coronaberis, de capite Amanæ, de*

- vertice Sanir & Hermon.* D. 8. de Assumpt. n. 5. Item D. 11. de Assumpt. nu. 3. Item D. 2. de sancto Rocho, n. 2.
- v. 9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine.* D. 10. de M. Magdalena, n. 4.
- D. 12. *Hortus conclusus soror mea sponsa.* D. 3. de S. Anna, n. 3.
- v. 13. *Emissiones tuae paradisi.* D. 1. de S. Anna; num. 4. Item D. 6. de Assumptione, num. 3. Item D. 10. de Natiuitate B. Virginis Mariæ, num. 4.
- Cap. 5. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* D. 5. de Assumpt. B. V. n. ult.
- v. 3. *Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis notitium.* D. 10. de S. M. Magdalena, nu. 7.
- v. 7. *Inuenerunt me custodes qui circummont civitatē percusserunt me.* &c. D. 3. de S. Bartholomæo, n. 2.
- v. 8. *Adjuro vos filia Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, & nuntietis ei, quia amore languet.* D. 13. de Assumptione B. V. Mariæ, num. 1.
- v. 10. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* D. 5. de S. Bartholomæo, n. 5.
- Cap. 6. 2. *Dilectus meus mihi.* D. 5. de Assumpt. B. V. M. n. ult.
- v. 4. *Auerte oculos meos, quia ipsi me a uolare fecerunt.* D. 4. de Natiuitate B. V. Mariæ, num. 2.
- v. 8. *Vna est columba mea perfecta mea, una est matris suæ, electa genitricis suæ.* D. 2. de S. Anna, n. 4.
- v. 9. *Qua est ista qua progreditur quasi aurora confurgens.* D. 3. de Assumptione B. V. M. num. 3.
- v. 11. *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* D. 3. de sancto Jacobo, num. 2.
- v. 12. *Revertere, revertere Sion amir, ut intuemur te.* D. 1. de Assumpt. n. 2.
- Cap. 7. 2. *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia Principis.* D. 3. de Natiuit. B. V. Mariæ, n. 1.
- v. 6. *Quam pulchra es & quam decora in delictis.* D. 13. de Assumptione B. Virg. Mariæ, num. 2.
- v. 13. *Omnia poma noua & uetera dilecto mi seruaui tibi.* D. 8, nu. 2, de Natiuit. B. V. Mariæ.

I N D E X

- cap. 8. 1. *Quis det te fratrem meum sugentem ubera matris meae, ut inveniam te foris, & deosculer te & jam nemo despiciat.* d. 5. de S. M. Magdalena, nu. 2.
- v. 5. *Qua est ista qua ascendit de deserto delitiis affluens, innixa super dilectum suum.* d. 3. de Assumpt. n. 3.
- v. 7. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem.* d. 4. de sancto Laurentio, n. 2. in fine ferè.
- v. 10. *Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reprensus.* d. 10. de Assumpt. B. V. M. n. 6.

S A P I E N T I Æ.

- Cap. 4. 15. *Et respectus in electos illius.* d. 1. de S. Mattheo, n. 5.
- cap. 5. 18. *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* d. 4. de S. M. Magdalena, n. 5.
- cap. 6. 8. *Et aequaliter est illi cura de omnibus.* d. 9. de Assumpt. B. V. M. n. 1.
- cap. 8. 21. *Servi quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det.* d. 2. de S. Maria ad Nives, Item d. 4. de ead. n. 2.
- cap. 10. 14. *Et in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni.* d. 1. de S. Petro in vinculis, n. 4.
- cap. 16. 28. *Oportet ad ortum lucis te adorare.* d. 3. de Nativit. B. V. M. n. 2.
- cap. 17. 17. *Vna catenâ tenebrarum omnes erant colligati.* d. 3. de S. Petro in vinculis, in fine.
- cap. 18. 14. *Dum quietum silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus, &c.* d. 5. de S. Mariae ad Nives, n. 5.

E C C L E S I A S T I C U S.

- Cap. 3. 2. *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem.* d. 3. de S. Anna, n. 1.
- cap. 5. 5. *De propitiato peccato noli esse metus.* d. 3. de S. M. Magdalena, n. 5.
- cap. 6. 26. *Ne acedieris vinculis ejus.* d. 4. de S. Petro in vinc. n. 1.
- v. 25. *Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, &c.* d. 4. de S. Petro in vinc. n. 2.
- v. 31. *Et vincula illius alligatura singularis.* ib. in fine.
- cap. 7. 4. *Noli quarere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris.* d. 5. de sancto Rocho, n. 2.

- cap. 9. 4. *Cum saltatrice ne sis assiduus, nec audias illam, ne forte pareas in efficacia illius.* d. 4. de Decoll. S. Joannis, n. 2.
- v. 10. *Quasi sterco in via conculcabitur.* d. 4. de S. M. Magdalena, n. 5.
- cap. 11. 12. *Est homo marcius, egens, plus deficiens virtute, & abundans proprietate, &c.* d. 3. de S. Mattheo, n. 6.
- cap. 14. 18. *Omnis caro sicut fœnum veterascet.* d. 2. de S. Maria ad Nives, nu. 1.
- cap. 15. 3. *Aqua sapientie salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flebitur, & continebit illum.* d. 1. de S. Jacobo num. 3.
- cap. 18. 30. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere; si praestes anima tua concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.* d. 6. de Decoll. S. Joannis, n. 3.
- cap. 23. 26. *Quis me videt? tenebra circumdant me, quem vereor?*
- v. 28. *Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes profundum abyssi.* d. 2. de S. Mattheo, n. 1.
- cap. 24. 6. *Ego feci in caelis ut oriretur lumen indeficiens.* d. 1. de Nativit. B. V. M. n. 1. Item d. 3. de ead. n. 1.
- v. 15. *In civitate sancta similiter requievi, & in Ierusalem potestas mea.* d. 10. de Assumpt. B. V. M. n. 4.
- v. 23. *Ego quasi vitis fructificavi.* d. 5. de sancta Anna, n. 3. Item d. 4. de Assumpt. B. V. M. num. 3.
- v. 25. *In me gratia omnis via & veritatis.* d. 4. de Assumpt. B. V. M. n. 2.
- v. 26. 20. *Non est digna ponderatio continentis anima.* d. 1. de sancta Maria ad Nives, num. 2.
- cap. 31. 5. *Qui aurum diligit, non justificabitur.* d. 5. de S. Mattheo, n. 9.
- cap. 38. 29. *Vapor ignis uret carnes & in calore fornacis concertatur.* d. 5. de S. Laurentio, n. 3.
- cap. 40. 3. *A residente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terra & cinere, ab eo qui utitur hyacintho, &c.* d. 7. de Nativ. B. V. Mariae, n. 1.
- cap. 41. 1. *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!* d. 4. de S. Petro in vinculis, n. ultimo.
- cap. 44. 23. *Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.* d. 1. de S. Anna, n. 1.

- Cap. 47. 3. *Cum leonibus lusu, quasi cum agnis, & cum ursis similiter fecit* D. 1 de S. Laurentio, n. 4.
 Cap. 50. 1. *Simon Onia filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, &c.* D. 2. De S. Michael, n. 9.

ISAIA S.

- Cap. 1. 3. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem me non cognovit.* D. 9. de Nativit. B. V. M. numer. 2.
 v. 16. *Lavamini mundi estote.* D. 10. de S. M. Magdalena, n. 7.
 v. 18. *Si fuerint peccata vestra sicut coccinum quasi nix dealbabitur* D. 5. de S. Maria ad Nives n. 8. Item ibid n. 9.
 Cap. 3. 16. *Elevata sunt filia Sion & ambulaverunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant* D. 10 de S. M. Magdalena, n. 8.
 cap. 5. 11. *Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino estuetis, &c.* D. 4. de Decoll. S. Joannis, n. 1.
 Cap. 7. v. 4. *Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titonium fumigantium istorum.* D. 4. de S. Laurentio, n. 2.
 Cap. 9. 2. *Habitantibus in regione umbra mortis lux orta est eis.* disc. 3. de Nativit. B. V. M. n. 1.
 Cap. 10. v. 10. *Egredietur virga de radice Jesse & flos de radice ejus ascendet.* D. 4. de S. Anna, n. 3. Item Disc. 10. de Nativit. B. V. M. n. 7.
 Cap. 11. 10. *Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* D. 10 de Nativit. B. V. M. n. 7. Item D. 3. de S. Jacobo n. 3.
 Cap. 14. 13. *In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, &c.* D. 5. de S. Michael, n. 2.
 Cap. 25. 7. *Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. Precipitabit mortem in sempiternum.* D. 3. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
 Cap. 28. 9. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum, ab lactatos à lacte, & vulsos ab uberibus.* disc. 11 de S. Mattheo, n. 10.
 Cap. 30. 26. *Et erit lux Luna, sicut lux Solis.* D. 6. de Assumpt. B. V. M. n. 2.
Manfi Sanctuarii, Tom. III.

- Cap. 33. 20. *Respice Syon civitatem solemnitatis nostrae oculi tui videbunt Ierusalem habitacionem opulentam.* D. 6. de Nativit. B. V. M. n. 3.
 cap. 38. 14. *Domine vim patior, responde pro me.* L. 12 in fine.
 Cap. 43. 2. *Cum ambulaveris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel Salvator tuus.* D. 7. de S. Laurentio, n. 4.
 Cap. 45. 14. *Labor Aegypti & negotiatio Aethiopia & Sabaim, viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt post te ambulabunt.* D. 8. de S. Mattheo, n. 6.
 Cap. 45. 16. *Veretui es Deus absconditus.* D. 3. de S. Anna, n. 1. Item D. 9. de S. Maria Magdalena, n. 3.
 v. 6. *Ecco dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra.* D. 3. de Nativitate B. V. M. n. ultimo. Item D. 6. de eadem, n. 3.
 Cap. 49. 15. *Nunquid mulier oblivisci potest infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui.* D. 9. de Assumpt. n. 2.
 Cap. 51. 1. *Attendite ad petram unde excisi estis.* D. 1. de S. Laurentio, n. 2. Item D. 5. de S. Bartholomæo, n. 3.
 Cap. 55. 10. *Nix descendit de caelo & inebriat terram & germinare eam facit.* D. 4. de S. Maria ad Nives, n. 5.
 v. 13. *Pro urtica crescet myrtus.* D. 1. de S. Michael, n. 4.
 Cap. 57. 20. *Cor impij quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* D. 4. de S. M. Magdalena n. ultimo.
 Cap. 58. 9. *Si tu abstuleris de medio tui catenam.* D. 3. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
 Cap. 60. 8. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant.* D. 1. de S. Jacobo, n. 1. Item D. 2. de S. Mattheo, n. 6.
 Cap. 63. 2. *Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari.* D. 7. de Nativitate B. V. Mariae, n. 1.

JEREMIAS.

- Cap. 2. 13. *Foderunt sibi cisternas dissipatas.* disc. 2. de S. Maria ad Nives, n. 1.
 Cap. 7. 18. *Colligunt signa, ut faciant placentem Regina caeli.* disc. sexto, de Assumptione, n. 2.

I N D E X

- cap. 8. 6. *Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad praelium, disc. 6. de decoll. s. Joannis Baptistæ n. r.*
 cap. 13. 23. *si mutare potest Æthiops pellem suam, disc. 1. de S. M. magdalena n. 2. Item disc. 4. de S. Bartholomæo, n. 2*
 cap. 1. 2. 21. *Locutus sum ad te in abundantia tua, & dixisti: Non audiam, disc. 5. de S. Matthæo, n. 12.*
 cap. 23. 29. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram. D. 8. de sancto Matthæo n. 1*
 cap. 27. 2. *Fac tibi vincula & catenas, & pone eas in collo tuo, & militas eas ad Regem, disc. 1. de S. Petro in vinculis n. 2.*
 cap. 32. 14. *Sume tibi libros istos, & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis. disc. 7. de sancto Laurentio, n. 4*

THRENORUM.

- Cap. 1. 13. *De excelsis misit ignem in ossibus meis, & erudit me. disc. 8. de S. Laurentio n. 1.*
 cap. 2. 13. *Magna est velut mare contritio tua, disc. 4. de S. Jacobo, n. 3.*
 cap. 3. 49. *Oculus meus affluctus est, nec tacuit, eo quod non esset requies disc. 1. de S. Matthæo, n. 9.*

EZECHIELIS.

- Cap. 1. 6. *Transiens autem per te vidi te conciliari in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo, vive disc. 8. de S. Matthæo, n. 4.*
 cap. 19. 2. *Mater tua leana, disc. 2. de S. Maria ad Nives, n. 1.*
 cap. 29. 3. *Draco magne, qui dicis: Ego feci memetipsum disc. 6. n. 2.*
 cap. 33. 15. *Si egerit penitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & pignus restituerit. &c. D. 3. de S. Maria Magdal. n. 3.*

DANIELIS.

- Cap. 5. 19. *Quos volebat interficere, & quos volebat percutere, & quos volebat exaltare, & quos volebat humiliare, disc. 6. de*

- Decoll. S. Joannis Bapt. numero 3
 Cap. 7. 10. *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Disc. 1. de Assumpt. B. M. V. n. 3. Item D. 4. de Assumpt. n. 2.*
 cap. 10. 13. *Et ecce Michael unus de Principibus primis, D. 2. de S. Michael, n. 5*
 v. 21. *Nemo est adiutor meus nisi Michael Princeps vester. ibid. n. 9.*
 cap. 12. 1. *Consurget Michael Princeps magnus, qui stat pro filiis populi mei, D. 3. de S. Michael, n. 2.*
 cap. 12. 3. *Fulgebunt quasi stella in perpetuas aternitates, disc. 2. de Assumpt. B. V. Mariæ, n. 3.*

O S E Æ.

- Cap. 2. 20. *Sponsabo te mihi in fide, disc. 1. de S. M. Magdalena, n. 2.*
 cap. 4. 2. *Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit, D. 3. de Nativ. B. V. M. n. 1.*
 cap. 4. 7. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo, disc. 1. de Decollat. S. Joannis Bapt. n. 2.*
 cap. 5. 3. *Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non invocaverunt disc. 1. de S. Maria Magdalena n. 2.*
 cap. 6. 3. *Quasi diluvium preparatus est egressus ejus disc. 2. de Nativ. B. V. M. n. 1.*

A M O S.

- Leo rugiet, quis non timebit, D. 7. de Nativ. B. V. M. n. 1.*

M I C H E Æ.

- Cap. 3. v. 2. *Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pullos eorum de super eis, &c. D. 2. de Bartholomæo, n. 4.*

H A B A C U C.

- Cap. 2. 6. *Va ei, qui multiplicat non sua usquequo & aggravat contra se densum lutum, D. 3. de S. Matthæo, n. 6.*

ZACHA.

ZACHARIÆ

- Cap. 8. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum & ipse stabat inter myrtos. & D. primo de sancto Michaelē, n. 1.
- v. 12. Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, usquequo non tu misereberis Ierusalem, & urbem Iuda, quibus iratus es? Iste jam septuagesimus annus est, D. 3 de S. Michaelē Archangelo n. 5.
- v. 16. Revertar ad Ierusalem in misericordiis & domus mea aedificabitur in ea D. 3 de S. Michaelē Archangelo, n. 5.
- cap. 3. v. 9. Super lapidem unum septem oculi sunt D. 1. de S. Matthæo, n. 5.
- cap. 12. 10. Effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratia & precum, D. primo de S. Bartholomæo, n. 5.

NOVUM TESTAMENTUM.

MATTHÆUS.

- Cap. 1. 21. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. D. 4. de S. M. Magdalena, n. 1.
- v. 24. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. D. 1. de S. Maria ad Nives, n. 3.
- cap. 4. v. 19. Faciam vos fieri piscatores hominum. D. 2. de S. Jacobo Apost. n. 1.
- v. 21. Procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius cum Zebedæo patre eorum, D. 5 de S. Jacobo, n. 2.
- v. 22. illi autem relictiis retibus secuti sunt eum. D. 1. de S. Jacobo, n. 7.
- cap. 5. v. 16. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. D. 1. de S. Jacobo, n. 6.
- v. 40. Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, D. 4. de S. Bartholomæo, n. 4.
- cap. 7. v. 14. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. D. 4. de S. Bartholomæo, n. 4.

- v. 16. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Disc. 4. de S. Anna, n. 3.
- cap. 8. v. 21. Domine permittite primum ire & sepelire patrem meum disc. 4. de S. Jacobo, n. 1.
- v. 22. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. D. 9. de S. Matthæo, n. 2.
- v. 28. 1. Occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes, savi nimis D. 6 de S. Joanne Baptista, n. 1.
- cap. 9. v. 12. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. D. 5. de S. Maria Magdalena, n. 2.
- cap. 10. v. 30. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Disc. 11 de S. Maria Magdalena, n. 9.
- Cap. 11. v. 12. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, D. 5. de S. Maria Magdalena, n. 1.
- Cap. 13. v. 30. Triticum autem congregate in horreum meum, disc. secundo de S. Jacobo, n. 2.
- cap. 16. v. 18. Porta inferi non prevalebunt adversus eam. disc. 2. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
- v. 19. Quodcumque solveris super terram erit & solutum in cælis, quodcumque ligaveris, &c. D. 3. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
- cap. 16. v. 23. Vade post me Sathanas, scandalum es mihi. disc. 4. de S. Joanne Apostolo, n. 4.
- cap. 19. v. 21. Si vis perfectus esse, vade & vende quæ habes & da pauperibus, & sequere me. D. 1. de S. Rocho, n. 2.
- cap. 20. v. 20. Tunc accessit ad eum, &c. D. 5. de S. Jacobo, n. 4.
- Cap. 20. v. 28. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis &c. D. 2. de S. Bartholomæo, n. 4.
- Cap. 20. v. 22. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? D. 4. de S. Jacobo, n. 1.
- v. 24. Et audientes, decem indignati sunt de duobus fratribus D. 1. de sancto Jacobo, n. 2.
- Cap. 21. v. 37. Verebuntur filium meum. D. 5 de S. Maria Magdalena, n. 1.
- Cap. 2. v. 13. Mittite eum in tenebras exteriores. D. 5. de S. Petro in Vinculis, n. 2.
- Cap. 2. v. 24. Ita ut in errorem reducantur. si fieri potest, etiam electi. D. 3 de S. Michaelē Archangelo, n. 3.

cap. 25. v. 35. *Nudus eram & cooperuisti me. hospes & collegisti me.* disc. 5. de S. Anna, n. 4.

cap. 26. v. 13. *Vbicunque predicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo.* D. 10. de S. Maria Magdalena, n. 9. & disc. 11. de eadem, n. 4.

v. 31. *Percutiam Pastorem & dispergentur greges.* disc. secundo, de S. Petro in Vinculis, n. 2.

v. 40. *Sic non potuistis una hora vigilare mecum.* D. 1. de S. Bartholomæo, n. 1.

v. 46. *Surgite, eamus.* D. 1. de S. Bartholomæo Apost. n. 5.

cap. 28. v. 2. *Angelus autem Domini descendit de caelo, & accedens revolvit lapidem.* D. 3. de S. Michaelæ Archangelo, n. 14.

v. 30. *Aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix.* D. 4. de S. Maria ad Nives, n. 1.

EX MARCO.

Cap. 2. v. 8. *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus.* disc. 1. de S. Maria Magdalena, n. 2.

cap. 6. v. 14. *Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in eo.* Disc. 7. de S. Joanne Baptista, n. 4.

cap. 10. v. 15. *Quisquis non receperit regnum Dei sicut parvulus, non intrabit in illud.* D. 1. de S. Rocho, n. 1.

v. 17. *Magister bone quid faciam, ut vitam aeternam percipiam.* disc. quarto, de S. Mattheo n. 7.

cap. 14. v. 3. *Fractio alabastrum fudit super caput ejus.* D. 8. de S. Maria Magdalena, n. 1. & D. 12. de ead. n. 1.

v. 33. *Capit cadere, parere, & mæstus esse.* D. 1. de S. Bartholomæo, n. 5.

cap. 16. v. 15. *Euntes in mundum, predicate Evangelium omni creatura.* D. 20. de Assumptione B. V. num. 5. & disc. 1. de S. Jacobo n. 2.

v. 9. *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei.* disc. tertio, de Assumptione, n. 3.

EX LUCA

Cap. 1. v. 39. *Abiit in montana cum festinatione.* disc. 4. de S. Maria ad Nives, n. 4.

v. 56. *Mansit autem Maria cum illa, quasi tribus mensibus, & reversa est domum suam.* D. 4. de S. Maria ad Nives, n. 4.

cap. 4. v. 13. *Et consumata omni tentatione Diabolus recessit ab illo usque ad tempus.* D. 1. de S. Michaelæ Archang. n. 8.

cap. 5. v. 5. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* D. 2. de S. Jacobo, n. 1.

cap. 7. v. 37. *Ecce mulier erat in civitate peccatrix.* Disc. 1. de S. Maria Magdalena, num. 10 & disc. 2. de eadem num. 1. & disc. 3. de eadem, num. 1.

cap. 8. v. 6. *Natum aruit, quia non habebat humorem.* disc. 9. de S. Maria Magdalena, n. 1.

cap. 9. v. 54. *Vis dicimus, ut ignis descendat de caelo, & consumet illos.* disc. 6. de S. Jacobo, n. 5.

cap. 10. v. 17. *Etiam dæmonia subjiciuntur nobis.* D. 6. de S. Maria Magdal. n. 2.

v. 39. *Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.* disc. 9. de S. Maria Magdalena, n. 1.

v. 43. *Maria optimam partem elegit, qua non auferetur ab ea.* D. 2. de S. M. Magdalena, n. 3. item disc. 3. de eadem n. 5.

cap. 11. v. 15. *In Beelzebub Principe dæmoniorum, eiecit dæmonia.* disc. 6. de S. M. Magdalena, n. 2.

cap. 12. v. 19. *Habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* disc. primo, de S. Maria Magdalena, n. 3.

v. 49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur.* D. 2. de S. Jacobo, n. 1. Item disc. 2. de S. Laurentio, n. 2.

cap. 14. v. 20. *Vxorem duxi, & ideo non possum venire.* disc. 1. de S. Maria Magdalena, numer. 2.

cap. 15. v. 10. *Gaudium est coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.* D. 2. de Assumptione B. Virginis, n. 5. & D. 4. de S. M. Magdalena, n. 5.

cap. 17. v. 21. *Regnum Dei intra vos est.* D. 1. de S. Rocho, n. 3.

cap. 21. v. 18. *Capillus de capite vestro non peribit.* D. 11. de S. Maria Magdalena, n. 9.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

Cap. 12. v. 28. Vos estis, qui permansistis mecum
in tentationibus meis. D. 13. de S. Maria Mag-
dalena, n. 1.

v. 61. Et conversus Dominus respexit ad Petrum
D. 1. de S. Matthæo, & n. 14. D. 4. de S. Maria
Magdal. n. 1.

cap. 23. v. 25. Iesum tradidit voluntati eorum,
D. 6. de festo S. Joannis Bapt. n. 3.

cap. 24. v. 49. Manete in civitate donec indua-
mini virtute ex alto. D. 1. de S. Jacobo Apost.
n. 2.

cap. ult. v. 32. Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis, dum loqueretur in via. D. 13. de As-
sumpt. B. V. M. n. 3.

EX JOANNE.

Cap. 1. v. 9. Erat lux vera, qua illuminat om-
nem hominem. D. 4. de S. Maria Magdal. n. 1.
v. 47. Hic est verus Israelita, in quo dolus non
est. D. 3. de S. Maria Magdal. n. 1.

cap. 4. v. 6. Fatigatus ex itinere sedebat supra
fontem. D. 5. de S. Maria Magdal. n. 1. & disc.
5. de S. Matthæo.

v. 32. Cibum habeo manducare quem vos nescitis
D. 6. de S. Maria Magdal. n. 6. & D. 8. de S. Lau-
rentio, & D. 6. de S. Matthæo.

cap. 6. v. 44. Nemo potest venire ad me nisi pa-
ter qui misit me, traxerit eum. D. 2. de S. Ja-
cobo n. 1.

cap. 7. v. 48. Nunquid ex principibus aliquis cre-
didit in eum. disc. 5. de S. Maria Magdal. n. 1.
circa medium.

cap. 8. v. 44. Vos ex patre Diabolo estis, & desi-
deria Patris vestri vultis perficere. D. 6. de S.
Joanne Bapt. n. 3.

cap. 11. v. 36. Ecce quomodo amabat eum. D. 12.
de S. Maria Magdal. n. 1.

cap. 12. v. 3. Maria accepit libram unguenti nar-
di mystici pretiosi, & unxit pedes Iesu, &c. D.
11. de S. Maria Magdal. n. 1.

v. 24. Nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit ipsum solum manet, sin au-
tem mortuum fuerit multum fructuum ad-
fert. D. 2. de S. Jacobo, n. 2.

v. 26. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. D.
4. de Assumpt. n. 3.

v. 26. Si quis mihi ministraverit honorificabit eum
Pater meus qui in caelis est. D. 5. de Assu. n. 1.

cap. 13. v. 35. In hoc cognoscetes omnes quod di-
scipuli mei estis si dilectionem habueritis. D.
4. de S. Laurentio, n. 2.

cap. 14. v. 28. Si diligeretis me, gauderetis utique
quia vado ad Patrem. D. 9. de Assumpt. n. 2.
Cap. 15. v. 1. Pater meus agricola est, disc. 2. de S.
Jacobo, n. 2.

cap. 18. v. 11. Calicem quem dedit mihi Pater, non
vis, ut bibam illum. D. 4. de S. Jacobo Ap. n. 3.
v. 38. Ego ad hoc veni in mundum ut testimoni-
um perhibeam veritati, quid est veritas. D. 3.
de S. Joanne Bapt. n. 3.

cap. 16. v. 21. Mulier cum parit, tristitiam habet,
quia venit hora ejus; cum autem peperit puer-
rum, jam non meminit pressuræ propter gau-
dium, quia natus est homo in mundum. D. 9.
de Nativit. B. V. n. 6.

cap. 20. v. 13. Mulier quid ploras? tulerunt Do-
minum meum. D. 3. de S. Maria Magdal. n. 5.
v. 15. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi ubi
posuisti eum, & ego eum tollam. disc. 22. de S.
Maria Magdal. n. 1.

v. 23. Accipite Spiritum sanctum quorum remi-
seritis peccata, remittuntur eis. disc. 3. de S.
Petro in Vinculis, n. 2.

ACTUUM APOSTOLORUM

Cap. 1. v. 3. Per dies quadraginta apparens eis, &
loquens de regno Dei. disc. 3. de S. Jacobo, n. 1.
cap. 2. v. 4. Seditque supra singulos eorum. D. 3. de
S. Jacobo n. 3.

cap. 7. v. 55. Iesum stantem à dextris Dei. D. 19.
de Assumpt. n. 1.

cap. 8. v. 1. Præter Apostolos. D. 1. de S. Jacob. n. 2.

cap. 9. v. 6. Quies Domine, Domine quid me vis
facere. D. 5. de S. Petro in vinculis n. 9.

cap. 11. v. 7. Occide & manduca. D. 11. de S. Mat-
thæo Apost. n. 8.

cap. 12. v. 3. Occidit Iacobum fratrem Ioannis
gladio, videns autem quia placeret Iudæis,
apposuit, ut apprehenderet & Petrum. D. 1.
de S. Jacobo n. 5.

v. 5. Oratio fiebat ab Ecclesia sine intermissione
ad eum pro eo. D. 4. de S. Jacobo Apost. n. 3.

cap. 17. v. 23. Ignoto Deo, quod ignorantes colitis
ego annuntio vobis. D. 9. de S. M. magd n. 3.

cap. 24. v. 25. Tremefactus Faustus. disc. 2. de S.
Jacob n. 6.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 5. v. 12. In quo omnes peccaverunt. D. 4. de
Nativit. B. V. n. 2.

v. 20. Vbi abundavit delictum, superabundavit
gratia.

- Et gratia, D.5. de S. Maria Magdalena, n.5
 Cap.6.v.19. Sicut exhibuistis membra vestra ser-
 v. re immunditia & iniquitati ad iniquita-
 tem, ita nunc membra vestra, &c. disc.6. de S.
 Maria Magd. n.7. & D.3. de ead. n.3
 Cap.7.v.25. Gratia Dei per Dominum nostrum
 Iesum Christum D.4. de Assumpt. B.V. n.2
 Cap.8.v.36. Propter te mortificamur tota die,
 esti nati sumus sicut oves occisionis. D.3. de
 S. Bartholomæo, n.1
 Cap.9.v.16. Non volentis neque currentis, sed
 miserentis est Dei. D.1. de S. Matthæo, n.1
 Cap.12.v.1. Obsecro ut aque vos fratres, ut exhibeatis
 corpora vestra hostiam viventem, D.
 3. de S. Bartholomæo, n.1
 v.20. Si erit inimicus tuus, ciba illum, hoc
 enim faciens carbones ignis congeres super
 caput ejus D.4. de S. Laurentio, n.2
 Cap.13.v.11. Hora est jam nos de somno surgere,
 nunc enim prope est nostra salus, quam credi-
 dimus. D.2. de Nat. B.V. n.5. & D.4. de S. Pe-
 tro in Vinculis, n.4
 v.12. Nox præcessit. dies autem appropinqua vit.
 D.2. de Nativit. B.V. n.1. & D.11. de Assumpt.
 B.V. n.1.
 v.12. Abijcimus opera tenebrarum. D.5. de S.
 Petro in vinculis, n.4. & D.2. de Nativ. B.V.
 n. ad longum.
 v.14. In diuini Dominum Iesum Christum. D.
 5. de S. Petro in Vinculis, n.13

I. AD CORINTHIOS

- Cap.4.15. Si decem millia pedagorum habea-
 tis in Christo, sed non multos Patres, nam in
 Christo per Evangelium ego vos genui. D.1. de
 S. Jacobo n.3.
 Cap.6.v.17. Qui autem adhæret Domino unus
 spiritus est. D.13. de S. Maria Magdal. n.1
 Cap.7.v.34. Et mulier innupta & virgo cogitat
 que Domini sunt ut sit sancta corpore & spi-
 ritu D.1. de S. Maria Magdal. n.2
 Cap.9.v.24. Sic currite ut comprehendatis, om-
 nis autem qui in agone contendit, ab omni
 bus se abstinet, &c. D.5. de S. Jacobo, n.1.
 Cap.13.v.4. Caritas patiens est, benigna est,
 non amulatur D.2. de S. Anna, n.6
 Cap.15.v.41. Stella differt à Stella in claritate.
 disc.2. de Assumpt. n.3

II. AD CORINTHIOS.

- Cap.2.v.14 Deo autem gratias. qui semper tri-
 umphat nos in Christo Iesu. disc.2. de S. Lau-
 rentio martyre, n.1.
 cap.14.v.4. Illuminatio Evangelij gloria Christi,
 qui est imago Dei D.5. de S. Anna, n.4
 v.7. Habemus thesaurum istum in vas fictili-
 bus D.1. de S. Maria ad Nives. n.2. item D.4.
 de ead. n.2
 cap.4.v.17. Momentaneum hoc & leve tribu-
 lationis nostra æternum gloria pondus opera-
 tur in nobis, D.7. de S. Laurentio, n.4
 cap.6.v.4. in omnibus exhibeamus nosmetipsos
 sicut Dei ministros D.1. de S. Rocho, n.15.
 cap.8.v.9. Propter nos egenus factus est, cum esset
 dives D.2. de S. Anna n.1.
 Cap.9.v.6. Qui parce seminat, parce & metet.
 qui seminat in benedictionibus, de benedictio-
 nibus & metet. D.2. de S. Anna, n.9
 Cap.12.v.12. Signa Apostolatus mei facta sunt
 super vos in omni patientia. in signis & pro-
 digiis & virtutibus, D.4. de S. Rocho, n.2.

AD GALATAS.

- Cap.1.v.12. Emulator existens paternarum
 mearum traditionum D.3. de S. Maria Mag-
 dal. n.2.
 Cap.4.v.4. Vbi venit plenitudo temporis, misit
 Deus filium suum. D.2. de S. Anna, n.2.
 Item v.4. Misit Deus filium suum factum ex
 muliere disc.11. de Nativ. B.V. n.6.
 cap.5.v.17. Caro concupiscit aduersus spiritum.
 disc.1. de S. Maria ad Nives, n.2.

AD EPHESIOS.

- Cap.1.v.3. Benedixit nos in omni benedictione
 spirituali in caelestibus, D.2. de Nativ. B.V.
 n.2.
 cap.4.v.22 Deponere veterem hominem, qui
 corrumpitur secundum desideria erroris. D.5.
 de S. Bartholomæo Apost. n.1
 cap.5.v.5. Avarus quod est idolorum servitus,
 non habet hereditatem, disc.7. de S. Mar-
 thæo, n.1. & 7.
 v.8. Eratis aliquando tenebra, nunc autē lux in
 Domino D.5. de S. Petro in Vinculis, n.4.
 v.14. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, &
 illumina-

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- illuminabit te Christus, disc. 5. de S. Petro in Vinculis, n. 9.*
 v. 18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, D. 4. de S. Joanne Baptista, n. 1.*
 v. 29. *Nemo carnem suam odio habet, sed nutrit & fovet eam. D. 1. de S. Maria ad Nives, n. 2.*
 v. 3. *Labora sicut bonus Christi miles, disc. 6. de s. Bartholomæo, n. 1.*
 Cap. 4 v. 8. *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitia, quam reddet mihi Dominus iustus iudex. D. 3. de S. Jacobo, n. 1.*

AD PHILIPPENSES.

- Cap. 1. v. 23. *Desiderium habens dissolvi & esse cum Christo, disc. 3. de Assumpt. B. V. n. 3.*
 Cap. 3. v. 7. & 8. *Qua mihi fuerunt lucra, arbitratum sum propter Christum detrimenta, &c. disc. 10. de S. Matthæo, n. 7.*

AD COLOSSENSES.

- Cap. 1. v. 24. *Adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in carne mea. disc. 4. de S. Jacobo Apostolo, n. 2.*
 Cap. 3. v. 10. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum disc. 5. de S. Bartholomæo, n. 1.*
 v. 14. *Super omnia autem hac charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. disc. 4. de S. Petro in Vinculis, n. 1.*
 v. 15. *Pax Christi exultat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, disc. 6. de S. Matthæo, n. 15.*

AD THESSALONICENSES.

- Cap. 5. v. 17. *Sine intermissione orate disc. 1. de s. Bartholomæo, n. 1.*

I. AD TIMOTHEUM.

- Cap. 1. v. 5. *Finis autem precepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta disc. 6. de s. Maria Magdal. n. 5.*
 v. 15. *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum ego primus sum &c. disc. 1. de s. Matthæo, n. 1.*
 Cap. 6. v. 10. *Radix enim omnium malorum est cupiditas, D. 4. de S. Matthæo Apost. n. 7.*

II. AD TIMOTHEUM.

- Cap. 2. v. 5. *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit, disc. 2. de s. Rocho, n. 2 & disc. 5. de s. Jacobo, n. 1.*

AD HEBRÆOS.

- Cap. 1. v. 4. *Tanto melior effectus, quanto differentius pra illis nomen hereditavit, cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te, disc. 4. de S. Anna n. 2.*
 v. 6. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei disc. 9. de Nativit. B. V. n. 4.*
 Cap. 2 v. 16. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ disc. 3. de s. Maria ad Nives, n. 3. & disc. 4. de ead. n. 4.*
 v. 17. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari ut misericors fieret, D. 4. de Nat. B. V. n. 4.*
 Cap. 12. v. 2. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio &c. disc. 1. de S. Bartholomæo, n. 5, & disc. 5. de s. Maria Magdal. n. 2.*
 v. 24. *Sanguinis asperionem melius loquentem quam Abel, disc. 2. de S. Jacobo, n. 3.*
 Cap. 13. v. 12. *Propter quod & Iesus ut iustificaret per suam sanguinem populum extra portam passus est, exeunte igitur ad eum extra castra improprium ejus portantes. D. 5. de s. Maria Magdal. n. 2.*
 v. 15. *Offeramus hostiam laudis, disc. 2. de S. Petro in Vinculis, n. 2.*

EX EPISTOLA S. JACOBI.

- Cap. 1. v. 4. *Patientia opus perfectum habet. D. 5. de s. Anna, n. 4. & disc. 5. de s. Laurentio n. 3.*
 v. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum. D. 2. de s. Matthæo, n. 4.*

I. P E T R I.

- Cap. 1. v. 12. *In quem desiderant prospicere D. 2. de Assumpt. B. V. n. 2.*
 Cap. 2. v. 11. *Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideris, qua militant adversus animam. D. 2. de s. Rocho, n. 3.*

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

Cap. 4. v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* disc. 5. de S. Maria ad Nives, nu. 8. & disc. 13. de S. Maria Magdalena n. 7.
 cap. 5. v. 8. *Fratres sobrii estote & vigilate.* disc. 3. de S. Petro in vinculis n. 2. circa finem.
 Item v. 8. *Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret.* D. 2. de S. Maria ad Nives, n. 2.

II. PETRI.

Cap. 11. v. 14. *In convivijs suis luxuriantes oculos habentes, plenos adulterii & incessabilis delicti.* disc. 4. de S. Joanne Baptista n. 1.

I. JOANNIS APOSTOLI.

Cap. 4. v. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem,* disc. 13. de S. Maria Magdal n. 3.

APOCALYPSIS.

Cap. 3. v. 20. *Si quis aperuerit mihi,* disc. 11. de S. Mattheo n. 8.
 Cap. 4. v. 5. *De Throno procedebant fulgura, voces & tonitrua,* disc. 1. de S. Jacobo n. 6.

cap. 5. v. 5. *Radix David,* disc. 11. de Nativit. B. V. n. 7.

cap. 6. v. 1. *Et audiui unum de quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonitrus magni veni, & vide, & ecce equus albus & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona. & exivit vincens ut vinceret,* p. 3. de S. Jacobo Apost. n. 3.

Cap. 12. v. 7. *Et factum est prælium magnum in caelo, Michael & Angeli ejus prelabantur,* D. 1. de S. Michael n. 2.

v. 12. *Descendit Diabolus ad nos, habens iram magnam. sciens quod modicum tempus habet.* D. 1. de S. Michael n. 7.

Cap. 14. v. 8. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum.* p. 2. de S. Jacobo n. 6.

Cap. 17. v. 6. *Vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu,* D. 2. de S. Joanne Baptista n. 2.

Cap. 20. v. 1. *Et vidi Angelum descendentem de caelo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua,* D. 3. de S. Petro in Vinculis n. 2.

Cap. 21. v. 14. *In ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum.* D. 3. de S. Jacobo, n. 2.

FINIS TOMI TERTII.



38. Journal of the ...
... ..

Del Ordo de la Compañía de N. S. J. de Sionada 33

